¶ Beda. Predicator penitētie futurus: vt liberi⁹ auditores suos a mūdi illecebris erudiēdo substollat primeuā in desertis trāsigit vitam. vñ dicitur. Puer autē crescebat. Theo. Secundum corporalem etatē: et cōfortabatur. Simul et cū corpore spirituale donū crescebat: et spiritus operationes in eo magis ac magis ostendebātur. Orige. Uel crescebat spiritu nec in eadē permanebat mēsura qua ceperat: sed semper crescebat spiritus in eo: semper voluntas eius ad meliora tendens habeat profectus suos: et mens diuinitus aliquid contemplabatur. Crescebat se memoria: vt pura in thesauro suo recōderet. Addit autē. Et cōfortabatur. infirma enim est humana natura. Legimus eni. Caro autem infirma. Confortanda est itaqꝫ spiritu: spirit⁹ enim promptus est. Multi confortantur carne: athleta dei spiritu roborādus ē: vt sapiam carnis elidat. vnde recessit fugiēs tumultū vrbiū propter frequētiā. Sequitur eniz. Et erat in desertis: vbi purior aer est celum apertius: et familiarior de⁹: vt quia nōdū baptismi et predicationis tēpus aduenerat: vacas-

Umbra mortis.

Oriens deus.

Crescentia pueri iesu.

ret orationibus:et cum angelis cõ
uersaretur:appellaret dominũ:et
illũ audiret dicẽtẽ. Ecce assũ. The.
Uel erat in desertis vt extra multo
rum malitiã nutriretur:⁊ vt nemi-
nem vereret .r arguere. Si enim
fuisset in mundo:forte fuisset ami-
citia et conuersatione hominum de
prauatus simul etiã vt esset fidedi-
gnus qui predicaturus erat xp̃m.
Occultabatur autem in desertis.
donec placuit deo ip̃o israeliticopo
pulo demonstrare. vnde sequitur
Usque ad diem ostensionis sue ad
israel. Ambro. Pulchre ãt tempus
quo fuit invtero propheta describi
tur:ne Marie presentia taceatur:
sed tempus siletur infantie:eo q̃ p̃
sentia matris domini in vtero ro-
boratur:qui infantis impedimen-
ta nesciuit. Cap. ij.



Factum est autem in diebus illis exijt edictum a cesare augusto:vt descri-beretur vniuersus orbis. Hec descriptio prima facta est a preside syrie cyrio. Et ibant omnes vt profiterentur singuli in suã ciuitatem. Ascẽdit autem et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeaz ciuitatem dauid que vocatur bethleem:eo q̃ esset de domo et familia dauid: vt profiteret cuz maria desponsata sibi vxore pregnante.

¶ Beda. Nasciturus in carne dei
filius sicut de virgine natus virgi-
nitatis sibi decus ostendit esse gra
tissimũ:ita pacatissimo tempore se
culi procreatur:quia pacem quere
re docuit et pacis sectatores inuise-
re dignatur. Nullus autem potuit
magis eẽ pacis idiciũ:q̃ vna totũ
orbem descriptione cõcludi: cuius
moderator augustus:tanta duode
cim annis circa tempus dominice

Temp⁹ natiui-tatis christi.

natiuitat⁹ pace regnauit:vt bellis
toto orbe sopitis prophete p̃sag:uz
ad litterã videat impleisse. vñ dicit.
Factũ est aũt in diebus illis. Exijt
edi. a cesa. augusto:vt descr. vniuer
sus or. b. Grecus. Tũc ẽt nascit xp̃s:
cũ pricipes iudeoꝝ defecerant:⁊ ad
romanos principes translatũ erat
imperiũ:q̃bus iudei tributa solue-
bant. ⁊ sic iplet ꝓphetia p̃dicẽs nõ
deficere ducẽ de iuda:nec principez
de femorib⁹ eius:donec veniat qui
mittendus est. Jaz ĩo cesare augu
sto. xlij. annũ iperij pagẽte:exijt ab
eo edictũ totũ orbẽ ↄscribi ad tribu
ta soluẽda:qd̃ euid ã cyrino cesar cõ
miserat:quẽ iudee:⁊ syrie p̃sidez sta
tuit. vñ sequit. Hec descriptio p̃ma
facta est a p̃side syrie cyrino. Beda.
Signat hãc descriptionẽ vel primã
esse earum que totum orbez ↄcluse
rint:q̃ plereq̃ iam partes terrarũ
sepe legunt fuisse descripte:vel pri
mo tunc cepisse qñ cyrinus in syriaz
missus est. Ambro. Pulchre aũt pre
sidis nomen addidit: vt seriez tem
poris designaret. nã si cõsules ascri
buntur tabulis emptionis: quanto
magis redẽptioni oium debuit tp̃s
ascribi? Beda. Superna aũt dispẽ
satione ꝓfessio census ita descripta
est:vt in suã q̃sq̃ p̃riam ire iubere
tur:fm q̃ sequit: Et ibant oẽs vt ꝓ
fite. singuli in ciuita. suã. Qd̃ iõ fa
ctũ est:vt dñs alibi cõceptus: alibi
natus:insidiantis herodis furorem
facilius euaderet. vñ sequit. Ascẽ.
au. ⁊ ioseph a galilea de ciuita. na
za. in iudeã. Chry. Dño aũt dirigẽ
te augustus h̃ edictũ censuit: vt vni
geniti p̃ntia famulet: nã hoc edictũ
matrem attrahebat in patriã:quã
prophete predixerãt. s. in bethleem
iude. vnde dicit. Ciuitatem dauid
que vocatur bethleem. Grecus. Jã
autem addidit ciuitatem dauid. vt
promissionem factam dauid a deo
ex fructu vẽtris eius rex perpetu⁹
adueniret: esse completam annũ-
ciet. vnde sequitur. Et q̃ eẽt de do
mo ⁊ familia dauid. Per hoc autez
q̃ ioseph erat de cognatiõe dauid:

Descri-ptionis ratio.

contentus fuit euāgelista ipsam q̄z virginem de cognatione dauid pro mulgare: cuz lex diuina preciperet cō iugales copulas ex eadē progenie contrahi. vnde sequitur. cū maria desponsata sibi vxore pregnāte. Ciril. Dicit autem eā fuisse desponsa taz innuēs q̄ solis sponsalibus p̄ce dentibus ē cōceptio subsecuta: neq̄ eniz ex virili semine sancta virgo cō cepit. Grego. i ho. Mystice autē na scituro domino mundus describit quia ille apparebat i carne qui ele ctos suos ascriberet in eternitate. Ambro. Et dum professio secularis ostenditur: spiritalis implicatur: non terrarū regi dicāda: sed celi. p fessio ista fidei census animoruz ē. Abolito. n. synagoge censu vetusto nouus cēsus ecclesie parabatur. De niq̄ vt scias censum non augusti eē sed xp̄i: totus orbis profiteri iubet. Quis autē poterat professionē to tius orbis exigere: nisi qui toti⁹ or bis habeat imperium. Non enī au gusti sed domini est terra et pleni tudo eius. Beda. Qui etiā vocabu lū augusti perfectissime ꝯpleuit vt puta suos et augere desiderando: et augere sufficiens. Theophi. Cōue niens ēterat: vt per xp̄m cult⁹ mul torum deorum deficeret: et vnus de⁹ coleretur: vnde vn⁹ rex orbi īperas se describitur. Orige. Diligēti⁹ aūt intuenti sacramētum quoddā vr̄ fi gurari: q̄ in toti⁹ orbis professione describi oportuit xp̄m vt cum oībus scriptus sanctificaret omnes: et cuz orbe relatus in cēsuz: cōmunionem sui preberet orbi. Beda. Sicut autē tunc imperante augusto et preside te cyrino ibant singuli in suam ciui tatem vt profiterētur censuz sic mo do imperante xp̄o per doctores ec clesie presides profiteri debemus censuz iustitie. Ambro. Hec est ergo prima professio mentiū domino cui omnes profitētur: nō preconis euo catione: sed vatis dicentis omnes gentes plaudite manibus. Denique vt sciant censuz esse iustitie: venibat ad cuz ioseph et maria: hoc ē iust⁹

Conceptio xp̄i post sponsalia.

Nascēs christus describit

et virgo illū que verbum seruaret: ista que pareret. Beda. Ciuitas no stra patria est beata: ad quā crescē tibus quotidie virtutib⁹ ire debe mus. Quotidie autem sancta eccle sia suum comitata doctorē de rota mundane conuersationis quod ga lilea sonat in ciuitatē iuda. i. cōfes sionis et laudis ascēdens: in censū sue deuotionis regi eterno persol uit: que in exemplo beate virginis Marie concepit nos virgo de spiri tu que alij quidem desponsata ab illo fecundatur: dum preposito sibi pontifici visibiliter iungitur: sed in uisibilis spiritus virtute cumulat: indicās ipso nomine: q̄ instantia lo quētis magistri nil valet: nisi aug mētū supni iuuaminis vt audiatur acceperit.

¶ Factum est autem cū essent ibi: impleti sūt dies vt pareret. Et peperit filium suum primo genitum: et pānis eum inuoluit: et reclinauit eum i presepio. q̄z non erat ei locus in diuersorio.

¶ Ambro. Breuiter sanctus lucas et quomō et quo tempore et quo lo co secundum carnē xp̄s natus sit: explicauit dicens. Factum est autē cum essent ibi: impleti sunt dies vt pareret. Quomodo quidē: quia nu pta concepit: sed virgo generauit. Greg. Nisenus. Apparens enim vt homo non per omnia legibus hūa ne nature subijcitur. nam q̄ ex mu liere nascitur humilitatem redolet Uirginitas vero que ortui deserui uit: ostendit q̄ transcēderet hoīem Huius ergo iocunda portatio: ort⁹ immaculatus: part⁹ facilis: absq̄ corruptela natiuitas: nec ex luxu i cipiens. nec dolorib⁹ edita: q̄z nanq̄ ea que nature nostre mortē per cul pā īseruit damnata ē: vt cum dolo ribus pareret: oportebat parentez vite cum gaudio partuz perficere. Eo autem tempore per icorruptio nē virgineam ad vitā transmigrat mortalium: in quo diminui incipiūt tenebre et nocturna imensitas ex

Natiuitatis xp̄i circūstātie

berentia deficere cogitur. Mors.n. peccati finem prauitatis attigerat: sed decetero tendit ad nihilum propter vere lucis presentiam: que radijs euāgelice tot frōtē lustrauit. Beda. Eo ēt tempore dignatus est incarnari: quo mox natus censu cesaris ascriberetur: atq ob nostri liberationē ipse seruitio subderet. vnde etiā non solum propter iudicium regij schematis: sed ēt ,pter nominis sacramentū domin' in betheleem nascitur. Grego. Betheleez quippe dom' panis interpretatur. ipse nanq est qui ait. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Locus ergo in quo domin' nascitur domus panis āte vocabat: qui futurum erat vt ibi ille per naturaz carnis appareret: qui electorum mentes iterna satietate reficeret. Beda. Sed et vsq ad cōsummationem seculi domin' in nazareth concipi: in betheleem nasci non desinit: cum quilibet audiētiū verbū flore suscepto. domū in se eterni panis efficit quotidie in vtero virginali: hoc est in animo credentium per fidem cōcipitur: per baptismū gignitur. Sequitur. et peperit filium suuz pmogenitum. Hiero. contra heluidiuz. Ex hoc heluidius nititur approbare pmogenitū dici nō posse: nisi euz q habeat t frēs: sicut vnigenit' ille vocat q parētib' sit solus fili'. Nos aūt ita diffinim'. Unigenit' est pmogenit':. nō ois pmogenitus est vnigenitus. Primogenitum nō esse dicimus eum quē alij subsequuntur: sed ante quē nullus. alioquin si nō est primogenitus nisi is quē seqnt et fratres tandiu sacerdotibus primogenita nō debent. quādiu et alij fuerit procreati: ne forte partu post ea non seqnte vnigenitus sit et nō primogenitus. Beda. Est etiā vnigenitus in substantia diuinitatis: primogenitus susceptione humanitatis. primogenitus in gratia: vnigenitus in natura. Hier. Cōtra heluidiū. Nulla āt ibi obstetrix nulla muliercularū sollicitudo itercessit. Ipsa pānis iuoluit ifantē ipsa materk obstetrix fuit. vnde sequitur. Et pānis euz inuoluit. Beda. Qui totum mundum vario vestit ornatu pānis vilibus inuoluit: vt nos stolaz primā recipe valeamus: per quē oia facta sunt: manus pedesq astringit: vt nostras māus ad op' bonū exercitet: pedesq sint in viaz pacis directi. Grecus. O admirabilem coartationem t peregrinationē quaz subijt q continet orbē. ab initio captat penuriā: t eam in seipso decorat: nimirum si voluisset ventre poterat mouendo celum concutiendo terrā. emittens fulmina: nō aūt sic processit. nō enim pdere: sed saluare volebat: ab ipsis primordijs humanā cōculcare superbiaz: atq ideo nō tantū homo fit: sed ēt homo paup: t pauperē matrē elegit: que caret his quib' natū infantē reclinet. Sequit.n. Et reclinauit euz in psepio. Beda. Duri presepis angustia continet: cui celuz sedes est: vt nos per celestis regni gaudia dilatet. qui panis est angeloz in presepio reclinatur: vt nos quasi sca aialia carnis sue frumēto reficiat. Cyril. Reperit etiam hominem factuz bestialem in anima: t ideo in presepio loco pabuli ponitur: vt vitaz bestialem mutantes: ad consonantem homini perducamur scientiaz: pertingentes non fenum: sed panem celestem vite corpus. Beda. Qui autem ad dextram patris sedet: in diuersorio loco eget: vt nobis in domo patris sui multas mansiones preparet: vnde sequitur. Quia non erat ei locus in diuersorio. Nascitur non in parentum domo: sed in diuersorio t in via: quia per incarnationis mysterium via factus est: qua nos ad patriam vbi veritate t vita fruemur adduceret. Grego. in homi. Et vt ostenderet: quia per humanitatem quam assumpserat quasi in alieno nascebatur: non fm ptātē: sed fm naturā. Ambro. Propter te ergo ifirmitas i se potētia: ppt te lopia i se opulētia: noli hoc

Myste= riū betheleem

Primo= genitus xpi

Nascen tis xpi pauper tas.

estimare qđ cernis: sed qđ redime ris agnosce. Plus domine iesu iniuriis tuis debeo ꝙ redēptus sum ꝙ̄ opib⁹ ꝙ creatus. Nō ꝓdesset nasci: nisi etiā rediml profuisset.

¶ Et pastores erāt in regione eadē vigilātes ⁊ custodientes vigilias noctis sup gregē suū. Et ecce angel⁹ dñi stetit iuxta illos: ⁊ claritas dei circūfulsit illos: ⁊ timuerunt timore magno. Et dixit illis angel⁹. Nolite timere. Ecce eñ euāgelizo vobis gaudiū magnū qđ erit omni populo: q: natus est vobis hodie saluator: qui est xp̄s dñs in ciuitate dauid. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantē pannis inuolutum: ⁊ positum in presepio.

¶ Ambr. Uidete queādmodū diuina curia fidē astruat. Angelus mariam: angelus ioseph: angelus pastores edocet. de qb⁹ dr. Et pastores erāt in regione eadē: vigilantes ⁊ custodientes vigilias noctis sup gregē suū. Chry. Joseph qđē in somnis apparuit angel⁹: pastoribus aūt visibilr quasi rudiorib⁹: nō aūt angelus iuit hierosolymā: nō requisiuit scribas ⁊ phariseos: erāt eñ corrupti. ⁊ pre inuidia cruciabant. Sed hi erāt synceri: antiquā cōuersatiōnē patriarcharū et moysi colētes. Est aūt semita quedā ad philosophiā perducēs innocentia. Beda. in om. Nusꝙ̄ autē in tota veteris testamēti serie reperimus angelos: qui tā sedulo apparuere patrib⁹: cū luce apparuisse. Sed hoc priuilegiū recte huic tpi est seruatū: qñ exortum est in tenebris lumē rectis corde. vñ sequit. ⁊ claritas dei circūfulsit illos. Ambr. Ex vtero fundit: sed coruscat a celo: terreno in diuersorio iacet: sꝫ celesti lumine viget. Grecus. Uerum pauidi facti sunt in miraclo. vñ sequit. Et timuerūt timore magno.

Curie angelice sedulitas.

Sed angelus cū pauor increuerit: fugat ipm. vñ sequit. Et dixit illis angelus: nolite timere. non solū se dat terrorē: sꝫ et alacritatē infundit. Sequit eñ. Ecce eñ euā. gau. ma. qđ erit oi pplo. Non soli pplo iudeorꝫ: sꝫ et oib⁹. Causa aūt gaudij oñdit: nou⁹ ⁊ admirabilis ptus manifestat ex ipis nolb⁹. Nam sequit. Quia natus est vobis hodie saluator: q̄ est xp̄s dñs quorꝫ pmū id est saluator eit actionis: tertiū aūt. s. dñs maiestatis. Cyril. Sed id qđ in medio ponit. s. xp̄s nō natura sigt: sed hypostasim cōpositā. In xp̄o eñ saluatore vnctionē fore celebratā fatemur: non tñ figuralē sicut olim in regibus ex oleo quasi ex ꝓphetica gr̄a: neꝙ ad perfectionem alicuius negocij: iuxta illud esaie. Hec dicit dñs xp̄o meo cyro. Qui cū̄ꝙ̄ esset idolatra: dictus est xp̄s: vt celesti censura totā occuparet babyloniorꝫ ꝓuinciā. Fuit aūt vnctus saluator spiritusancto humanitus in forma serui. vngēs autem vt deus spiritusancto credentes in eum. Grecus. Huius aūt natiuitatis ⁊ tempus ostēdit: cum dicit. Hodie. ⁊ locū cum subdit. In ciuitate dauid. et signū cū subiūgit. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantē pannis inuolutū: et positū in presepio. Ecce pastoribus angeli pastorē precipuū predicāt tanꝙ̄ agnū in antro manifestatū ⁊ editū. Beda. Crebus aūt infantia saluatoris ⁊ angelorū preconijs ⁊ euāgelistarū nobis est cōculcata testimonijs: vt nostris altius cordibus qđ pro nobis factū sit infigat. Et notandum ꝙ signum nati saluatoris dat nō tyrio exceptū nostro: sed pānis squalētib⁹ inuolutū: nō in ornatis auro stratorijs: sed in presepibus inueniendū. Maximus. in sermone natiui. Sed si tibi panni forsassis vilescunt: angelos collaudātes admirare. Si psepe despicis: erige parūper oculos: ⁊ nouā in celo stellam ꝓstantē mundo natiuitatem dominicā ꝯtuere. Si credis vilia

Natiuitatꝭ xp̄i mod⁹.

silia:crede mirifica. Si de his que humilitatis sunt disputas:que alta sunt celestia venerare. Greg. in om. Mystice aūt q vigilātibus pastorib⁹ angelus apparet. eosq cla ritas dei circūfulsit: hoc est q illi pre ceteris videre sublimia meren tur:qui fidelib⁹ gregib⁹ preesse sol licite sciunt. Dūq ipsi pie sup gregem vigilāt:diuina sup eos latius grā coruscat. Beda. in om. Significāt eñi mystice pastores isti gregū doctores quousqz ac rectores fidelium alaꝝ. Nos cuius vigilias cu stodiebant super gregē suū pericu la tētationū indicat:a qb⁹se suosq subiectos custodire non desistunt. Et bñ nato dño pastores sup gregem vigilāt. qz natus est qui dicit. Ego sum pastor bon⁹: sed ⁊ tps im minebat quo idē pastor oues suas que disperse erant:ad vite pascua reuocaret. Orige. Ceterū si ad secretiorē opꝫ ascēdere itellectū:dicā quosdā fuisse pastores angelos q res humanas regerēt. Et cū horū vnusquisq suam custodiā cōseruaret:venisse angelū nato dño: ⁊ annunciasse pastoribus q verus esset pastor erort⁹. Angeli eñ ante aduentū saluatoris:parū poterāt cōmissis sibi vtilitatis afferre. Vix eñ aliqs vnus ex singulis gentib⁹ credebat in deum:nunc autem populi accedunt ad fidem iesu.

Intellectus secretior.

¶ Et subito facta est cū angelo multitudo militie celestis: laudantiū deū ⁊ dicentiū. Gloria in altissimis deo: ⁊ in terra pax hoib⁹ bone voluntatis.

¶ Beda. Ne parua vnius angeli videret auctoritas postq vnius sacramentum noue natiuitatis edocuit:statim multitudo celestiū agminū affuit. vñ dr. Et subito facta est cū angelo multitudo militie celestis. Bene chorus adueniens angelorū militie celestis vocabulū accipit. Qui ⁊ duci illi in prelio q ad debellādas aereas potestates apparuit humiliter obsecūdat: ⁊ ipse

Chori angelorū.

potestates easdē cōtrarias:ne mortales a tm̄ tentare valeant: quantū volunt fortiter armis celestib⁹ per turbat. qz vero de⁹ ⁊ hō nascitur:iure holbus pax et deo gloria canitur. vñ sequitur. Laudantiū deū ⁊ dicentiū. Gloria in altissimis deo. vno angelo:vno euangelizante nuncio:natū in carne deū:mox multitudo militie celestis in laudē creatoris prorumpit: vt ⁊ xp̄o deuotionē impendat: ⁊ nos suo instruat exēplo: quotiens aliquis fratrū sacre eruditionis verbū insonuerit: vl ipi que pietatis sunt ad mentem reduxerimus: deo statim laudes corde: ore: ⁊ opere reddamus. Chry. Et olim quidē angeli ad puniendum mittebantur. puta ad israelitas: ad dauid:ad sodomitas:ad gemitus conuallē. nūc ecōtra canunt in terra gratias agentes deo: eo q suū descensum ad hoies eis reserauit. Grego. xxviij. moraliū. Simul etiā laudant: qz redēptioni nostre voces sue exultationis accōmodant: simul etiā qz dū nos cōspiciūt reci pi:suū gaudent numerū impleri. Beda. Optant etiā pacē hoib⁹ cuꝫ subdunt. Et in terra pax hoibus. qz quos infirmos prius abiectosq desperenant:nascente in carne domino iam socios venerantur. Cyril. Hec aūt pax per xp̄m facta est. Reconciliauit eñ nos per se deo ⁊ patri: culpā hostilem de medio auferens:duos populos in vnū hoiem pacificauit:ac celicolas ⁊ terrenos in vnū gregē cōposuit. Beda. Quibus autē hoibus pacē poscant exponunt dicentes. Bone volūtatis. eis. scꝫ qui suscipiunt natum xp̄m: nō eñ est pax impijs:sed pax multa diligentibus nomen dei. Orige. Sed diligens lector inquirat qūo saluator dicat. Non veni pacē mittere super terram. ⁊ nūc angeli de eius natiuitate cantant. In terra pax hoibus:sed hoc q pax esse dr in hominibus bonevoluntatis soluit questionē. pax eñ quā non dat dñs super terrā: non est pax bone

Pax allata per xp̄m.

voluntatis. Aug. xiij. de trinitate. Pertinet enim iustitia ad bonã voluntatẽ. Chry. Aspice autẽ mirandum pcessum angelos ad nos deduxit prius: ac deide duxit hoiem ad supna. factũ ẽ celũ terra: cũ terrena reciperet recipe. Oug. Mystice aũt videbãt ãgeli se op⁹ qđ ei creditum fuerat implere nõ posse absq eo qui vere saluare poterat: ꝛ medicinã suam inferiorẽ eẽ: ꝙ hoim cura poscebat. vñ sicut si veniat aliquis q̃ habeat summã in medicia notitiã: ꝛ illi qui prius sanari neq̃uerant: cernẽtes ad magistri manus putredines cessare vulnerũ: non inuideãt: sed in laude medici erũpant: ꝛ dei q̃ sibi egrotãtibusq tante scie hoiem miserit: multitudo angelorum pro christi aduentu deum laudent.

¶ Et factũ est vt discesserunt ab eis angeli in celũ: pastores loquebanť adinuicẽ. Trãseamus vsq bethleẽ: ꝛ videamus hoc verbũ qđ factũ est: qđ fecit dñs et ostẽdit nobis. Et venerunt festinantes: ꝛ inuenerunt mariã ꝛ ioseph: ꝛ infantẽ positum in presepio. Vidẽtes autẽ cognouerũt de vbo: qđ dictũ erat illis de puero hoc. Et oẽs qui audierũt mirati sunt: ꝛ de his que dicta erãt a pastorib⁹ ad ipsos. Maria autẽ ↄserua bat oia verba hec: ↄferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes ꝛ laudantes deum in omnibus que audierant ꝛ viderant: sicut dictũ est ad illos.

¶ Grecus q̃ visa sunt ꝛ relata stupore ingesserunt pastoribus: et sic ouilia sua omiserũt: ꝛ profecti sunt nocte bethleẽ: lucẽ indagantes saluatoris. vñ dr. Et factũ est vt discerent ab eis angeli i celũ: pastores loquebanť adinuicẽ. Trãseamus vsq bethleem et vi. hoc ver. qđ factũ est. Beda. Uere quasi vigilãtes: nõ dixerũt videam⁹ puerũ: sed verbũ qđ factũ est. i. verbũ qđ semp erat videamus q̃uo pro nobis caro factũ est: siquidẽ hoc ipm verbũ dñs est. Sequiť enĩ. Qđ fecit dñs: ꝛ ostẽdit nobis. i. videamus q̃uo verbũ ipm ipse se fecerit: ꝛ ostẽdit nobis carnẽ suã. Ambro. Uide ꝙ singulariter scriptura singulorum libret momenta verborũ. Et enĩ cũ caro dñi videť: videť verbũ: qđ est fili⁹. non mediocre fidei tibi hoc videať exemplũ: nõ vilis persona pastorꝫ simplicitas enĩ queriť: nõ ambitio desiderať. Sequiť. Et venerũt festinantes. Nemo enĩ cum desidia xpm requirit. Orige. Qr vo festinantes venerũt: ꝛ non pedetẽtim. Jõ sequiť. Et inuenerũt mariã: q̃ scz fudit iesum in partu. Et ioseph scz dispensatorẽ ortus dñici. Et infantẽ positũ in presepio. s. ipm saluatorẽ. Beda. Est autẽ iusti ordinis: vt honore digno celebrata verbi incarnatione: ad ipam q̃q ver bi gloriã intuendã pertingamus. vñ sequiť. Uidentes aũt cogno. de vbo qđ dictũ erat illis de puero h. Grec⁹. Oculata. s. fide felicia relata ↄducẽtes nec ↄtẽti de vitate illu= pucere q̃ prium⁹ viderẽt ꝛ pceperãt angelo nũciãte: nõ solũ marie ꝛ ioseph ꝓmebãt: sed ẽt ceteris: ꝛ qđ ẽ ampli⁹ eorꝫ mentib⁹ infigebãt. vñ sequiť. Et oẽs q̃ audierunt mirati sũt: ꝛ de his q̃ dctã erãt a pastorib⁹ ad ipos. Q̃uo ei nõ erat mirãdũ videre celicolã in terrenis: ꝛ terram pace cõciliari celestib⁹: ꝛ ineffabilẽ illũ infantulũ numine quidẽ celestia: humanitate vo terrestria connectentẽ adinuicẽ: et sui cõpagine fedus mirandũ ꝑcutẽtẽ. Glo. Nec solũ miranť de incarnationis mysterio: sed etiã de tanta pastorꝫ attestatione: qui fingere inaudita nescirent: sed simplici facundia vera predicarẽt. Ambro. Nec ↄtẽnenda putes quasi verba vilis ꝓphetarꝫ

Mysterium latet i verbis.

a pastoribus: et maria colligit fidē. vñ sequit. Maria autē cōseruabat oīa verba hec: conferens in corde suo. Discamus sancte virginis in oibus castitatem: que non minus ore pudica: q̄ corpore: argumēta fidei cōferebat i corde. Beda. in om. Uirginalis em̄ pudicitie iura custodiens: secreta xp̄i q̄ nouerat nemini diuulgare volebat: sed cōferebat ea que faciēda legerat cū his que iam facta cognouit: non ore p̄mens: sȝ clauso in corde custodiēs. Grecus. Quicq̄d etiā ei retulerat angelus: q̄cq̄d a pastoribus audierat: cuncta cōgerebat in mēte et adinuicē cōparans: vnā in oibus mater saple cernebat cōcordiam: vere deus erat qui natus erat ex ea. Athana. Singuli autē in xp̄i natiuitate exultabāt: non humanitus sicut in puero nato soliti sunt homines cogaudere: sed in xp̄i p̄ntia et lucis diuine fulgore. vñ sequit. Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes deū in oibus que audierāt. Beda. s. ab angelis. Et viderāt. s. in bethleē: sicut dictum est ad illos. i. in hoc glorificant: q̄ non aliud venientes inuenerāt q̄ dictū est ad illos: siue sicut dictum est ad illos: gloriā deo laudesq̄ referunt. Etem hoc illis facere dictū est ab angelis: nō quidē verbo imperantib⁹: sed formā sue deuotionis offerentib⁹: cū deo in excellis gloriā resonarēt. Beda in om̄. Mystice aūt intellectualium pastores grecū: imo cūcti fideles exēplo horum pastorū transeāt cogitatione vsq̄ im bethleem. et incarnationē christi digni celebrent honoribus. Transeamus aūt abiectis concupiscentijs carnalibus toto mentis desiderio: vsq̄ in bethleē supnā. i. domū panis viui: vt quē illi in presepio videre vagientē: nos in p̄ris solio mereamur videre regnantē. non est autē tanta beatitudo cum desidia ac tempore querenda: sed alacriter sunt xp̄i sequenda vestigia. Uidentes autē cognouerunt.

Concordia i his euāgelij.

Tropologia pulchra

Et nos que dicta sunt de saluatore nostro plena dilectione festinem⁹ amplecti: vt hoc in futuro perfecte cognitionis visu comprehendere valeamus. Beda super lucam: Dominici etiam gregis pastores precedentiū partū vitā in qua panis vite seruat quasi bethleē portus cōtēplando subeunt: nihilq̄ in hac aliud reperiunt: q̄ virginalē eccl'ie pulchritudinē q̄si Mariā: virilē sp̄ualiū doctorū cetū: quasi ioseph: et humilē xp̄i aduētū scriptura repaginis sacre incertū: quasi in presepio positum xp̄m infantem. Orig. Uel presepe illud israel erat fm illud esaie. Cognouit bos possessorē suum: et asinus presepe dñi sui. Beda. in om̄. Non celauere autem silentio pastores que agnouerant: q: eccl'ie pastores in hoc ordinati sunt: vt que in scripturis didicerunt auditorib⁹ ostēdant. Beda. super Lucā. Magistri etiam spiritualiū gregum modo ceteris dormientibus contemplando celestia subeūt: modo fideliū exēpla querendo circūeunt: modo ad publicū pastoralis officij docēdo reuertuntur. Beda in om̄. Unusquisq̄ etiā qui priuatus viuere creditur: pastoris officiū tenet: si bonorū actuū cogitationūq̄ mundarū aggregās multitudinem: hanc iusto moderamine gubernare scripturarū pastu nutrire: et contra demonum insidias seruare contendit.

¶ Et postq̄ cōsummati sunt dies octo: vt circuncideretur puer: vocatum est nomen eius iesus. Quod vocatum est ab angelo priusq̄ in vtero conciperetur.

¶ Beda. in om̄. Exposita natiuitate dominica: subiungit euāgelista atq̄ ait. Et postq̄ cōsummati sunt dies octo vt circuncideretur puer. Ambro. Quis puer nisi ille de quo dictum est. Puer natus est nobis: et filius datus est nobis. fact⁹ est eiū

sub lege: vt eos qui sub lege erant lucrifacerent. Epipha. Dicunt aūt hebiōis ⁊ herinthi seq̄ces sufficit discipulo: si sit sicut magister eius. Circūcidit autē se christus tu ergo circuncidaris. Fallunt autem destruentes sua principia. Si eñ fateretur hebion christum deum celitus descēdentē octauo die fuisse circūcisum: tūc pberet circuncisionī materiā argumēti: sȝ cum nudum hunc afferit hominem: nō puer est causa vt circuncidat sicut nec infantes sūt sue circūcisionis auctores. Nos eñ deū ipsuȝ fatemur celitus descendentē: ⁊ in claustro virgineo morā debitam fetibus protraxisse: quoadusq; sibi ex vtero v̄gineo humanitatis carnē pfecte cōponeret: qua circūcisus est veracitermon apparenter octauo die: quatenus cuȝ ad spiritalē effectū figure peruenerint: tā ab ipso q̄ᵃ a suis discipulis diuulgentur non vltra figure: sȝ veritas. Orige. Sicut eñ mortui sumus cum illo moriente: ⁊ consurreximus resurgenti: sic cum eo circūcisi sumus. vñ nequaq̄ nunc indigemus circūcisione carnali. Epipha. Pluribus aūt ex causis circūcisus est christus. Et primo quidē vt ostē dat carnis veritatem contra manicheum: ⁊ illos q̄ apparenter eū dicunt pdisse. Deinde vt pateat q̄ nequaq̄ deitati cōsubstantiale corp⁹ extiterit: vt fatur apolinaris: neq; celitus detulit illud: vt asserit valentinus. ⁊ vt cōfirmet circuncisionem quā olim instituerat eius aduētui seruientem. q̄ etiam vt nulla sit iudeis excusatio: nam nisi circūcisus fuisset obijcere poterant. q̄ nō possent incircuncisum xp̄m recipere. Beda. in ho. Ut etiam nobis obediendi virtutē cōmendaret exēplo ⁊ vt eos q̄ sub lege positi legis onera portare nequerant: sua cōpassione iuuarent: vt qui in similitudine carnis pctī aduenit: remediuȝ quo caro pctī consueuerat mundari nō respuit. Idem eñ salutifere curationis auxilium circuncisio in lege contra originalis pctī vulnus agebat: q̄d nunc baptismus. reuelate grē tpe cōsueuit: excepto q̄ regni celestis ianuā nōdū itrare poterant: tñ in sinu abrae post mortem beata requie cōsolati supne pacis ingressū spe felici expectabāt. Atha. Nihil eñ aliud exp̄mebat circūcisio nisi generatiōis vetuste spoliationē: p hoc q̄ circūcidebatur pars corporis: q̄ corporalis natiuitatis cā extitit. Hoc aūt tūc ipis agebat in signū futuri p xp̄ȝ baptismatis. Idcirco postq̄ᵃ venit signatū cessauit figura. vbi nāq; tota vetustas tollit p baptismū: supfluū est q̄d ptis sectio prefigurat. Cyril. Octauo aūt die cōsuetum erat carnalē celebrari circuncisioneȝ: octaua eñ die xp̄s a mortuis resurrexit: ⁊ insinuauit nobis spūalē circuncisionem dicens. Euntes docete oēs gentes baptizantes eos. Beda. In ei⁹ aūt resurrectione p̄figurata ē vtraq; nr̄a resurrectio ⁊ carnis ⁊ spūs. xp̄s eñ circūcisus nr̄am naturam docuit: ⁊ nūc p ipsum a vitiorū labe purgandam: ⁊ in nouissimo die. a mortis peste restaurandam: ⁊ sicut dñs octaua die: hoc est post septimam sabbati resurrexit: ita ⁊ ipsi post sex huius seculi etates: ⁊ septimā sabbati alarū: q̄ nūc interim i alia vita geritur: quasi octauo tpe surgem⁹. Cyril. Scd̄m aūt legis pceptuȝ eodem die imponens nōls recepit. vñ sequit. Uocatū est nomen ei⁹ iesus. q̄d iterp̄tatur saluator: editus enim fuit ad totius orbis salutē: quā sua circūcisione p̄figurauit: s̄m q̄ apl's dicit Circuncisi estis circūcisiōe nō manu facta in expoliatione corporis carnis. s. in circūcisiōe xp̄i. Beda. Sed in hoc q̄ eodem die sue circūcisionis nomē accepit: ad imitationē p̄sce obseruationis fecit. Abrā ā eñ q̄ primū circuncisionis sacramētum accepit: in die sue circuncisiōis amplificatione nōis benedici promeruit. Orige. Nomē aūt iesu gl'osum omniq; cultu dignissimum: nomen quod est sup omne nomen: nō

Heresis expellit

Circūcisiōis xp̄i ratio.

Compa ratio cir cuncisio nis ⁊ ba ptismi.

decuit primam ab hoībus appella
ri:neq₃ ab eis afferri i mūdū. vnde
signāter euāgelista subdit. Quod
vocatū est ab angelo priusꝗ̄ in vtero
cōciperetur. Bed. Huius aūt nois
etiam electi in sua spirituali circun
cisione pticipes existeret gaudent
vt sicut a xp̄o christiāi: ita etiā a sal
uatore saluati vocent̄: quod illis a
deo vocabulum non solum priusꝗ̄
in vtero ecclesie per fidem concipe-
rent: sed etiā₃ ante tempora secula
ria vocatum est.

Jesu nois laus.

**¶ Et postꝗ̄ impleti sunt dies
purgationis eius secundum le
gem moysi: tulerunt illū in hie
rusalem: vt sisterent eū dn̄o: si-
cut scriptum est i lege dn̄i. Qꝛ
omne masculinum adaperiēs
vuluā sanctum dn̄o vocabitur
Et vt darent hostiam secundū
q̄ dictu₃ est i lege domini: par
turturum aut duos pullos co
lumbarum.**

¶ Cyril. Post circuncisionē rursus
expectat̄ purgationis tempus. vn̄
dicitur. Et postꝗ̄ impleti sunt dies
purgatiōis ei⁹ sm legē moysi. Bed.
Si legis ipsius verba diligentius
īspexeris: pfecto repies q̄ ipsa dei
genitrix: sicut a cōmixtione virili:
sic a legali fit iure imunis. Non eī
omnis mulier pariens: sed ea que
suscepto semīe peperit designat̄ im
munda: ritu q₃ legis docet̄ eē mūdā
da: ad distinctionē. s. illi⁹ que vgo
ↄcepit ꝛ peperit. Sed vt nos a legis
vinculo solueremur sicut xp̄s: ita ꝛ
beata maria legi est sponte subie
cta. Titus. Unde eleganter euāge
lista protulit q̄ completi sunt dies
purgationis ei⁹ sm legem nam re
uera non incumbebat necessitas v
gini sacre: vt dies purgationis ei⁹
expectaretur: que cū ex spūsctō con
cepisset carnis cōiugio. Sequitur.
Tulerūt illū in hierusalē vt sisterēt
eū dn̄o. Athana. S₃ qn̄ a paternis
aspectibus latuit dn̄s: aūt quis lo
cus excipit̄ ab eius imperio: vt ibi
existendo semotus a patre sit: nisi
afferatur hierosolymā: vt introduca
tur i templū. Sed forte causa nostrī
hmōi scripta sūt. Sicut eīn nō grā
sui homo factus est: circuncisus in
carne: s₃ vt nos p grām faceret deo
ꝛ vt spūaliter circūcidamur: sic pro-
pter nos sistitur dn̄o vt discam⁹ deo
pn̄tare nosipsos. Beda. Post trice
simū aūt ꝛ tertiū circūcisionis die₃
dn̄o sistit̄: mystice īsinuans neminē
nisi circūcisū vitijs: dn̄icis dignum
esse conspectib⁹. neminē nisi morta
litatis nexib⁹ absolutū superne ci
uitatis gaudia posse pfecte subire
sequitur. Sicut scriptum est i lege
dn̄i. Orige. Ubi sunt qui deū legis
negant a xp̄o fuisse in euangelio p̄
dicatū? An putandū est: q̄ filiū suū
bonus deus sub lege inimici fecit:
quā ipse non dederat? In lege eni₃
moysi scriptū ē qd̄ sequit̄. qꝛ omne
masculinū adapiens vuluam sctm̄
dn̄o vocabit̄. Bed. Qd̄ dicit. Adape
riens vulua₃. ꝛ hoīs ꝛ pecoris p̄mo
genitū significat: qd̄ vtrūq₃ dn̄o vo
cari: atq₃ ideo sacerdotis eē prece
ptum est ita dūtaxat vt pro hoīs p̄
mogenito p̄ciū acciperet ꝛ oē aīal
imūdū redimi faceret. Greco. nise.
Hoc aūt legis decretū in solo incar
nato deo singulariter: ꝛ ab alijs dif
ferenter ipleri vr̄. Ipse nāq₃ solus
ineffabiliter cōceptus: ac icomp̄hen
sibiliter edit⁹ vginalē vterū apuit:
nō añ a cōnubio referatū: s̄uans ꝛ
post partū mirabile inuiolabilr̄ si
gnaculum castitatis. Ambro. Non
eīn virilis coitus vulue vginalis
secreta referauit: sed imaculatum
semē inuiolabili vtero spūsctūs⁹ infu
dit. Qui ḡ vuluā sctificauit aliena₃
vt nasceretur ppheta. hic ē q̄ apuit
mr̄i sue vuluā: vt imaculat⁹ exiret.
Beda. Qd̄ ḡ ait. Adapiens vulua₃
cōsuete natiuitatis more loq̄t̄: non
q̄ dn̄s sacri ventris hospitiū: qd̄ in
gressus sctificaret: egressus deuir
ginasse credendus sit. Grego. nise.
Solus autem hic partus masculi
nus spiritualiter esse cōspicit̄ q̄ nil

Manichẽorū error el[illegible]ditur.

de fecundentia culpe portauit: vñ reuera sanctus vocatus est. vñ et gabriel quasi hoc decretũ ad ipsum solum ptinere memorãs dicebat. Quod ex te nascetur sanctũ vocabit filius dei. Et in ceteris quidem primogenitis sanctos illos vocari euangelica solertia statuit: tanquam oblatione diuina sortitos hmõi nomen: at in totius primogenito creature: qd nascitur sanctũ pnunciat angelus: quasi proprie sanctũ existẽs. Ambro. Solus eñ p ola in natis de femina sanctus dñs iesus q terrene contagia corruptele immaculati ptus nouitate nõ senserit: et celesti maiestate depulerit: nã si lr̃am sequimur quõ sanctus ols mascul⁹ cũ multos sceleratissimos fuisse nõ lateat: sed ille sctũs p quẽ figurã futuri mysterij legis diuine prescripta signabant: eo q solus sctũs ecclesie virginis ad gnandos ppl'os spiret genitale secretum. Cyril. O pfunditas scientiarũ sapientie et sciẽtie dei. offert hostias qui per singulas hostias honorat cũ pre figuras legis custodit veritas qui legis est conditor: sicut deus legem custodiuit vt hõ. vnde seqt. Et vt darent hostias sm q dictum erat in lege dñi. Par turturũ. aut duos pullos columbarũ. Bed. i ho. Hostia aũt hec pauperũ erat. pcepit quippe dñs in lege: vt qui possent agnum pro filio aut filia: simul et turturẽ siue columbã offerrent. Qui vero non sufficiebãt ad offerendũ agnũ: duos iam turtures vel duos columbe pullos offerrẽt. ergo dñs cũ diues esset: pauper fieri dignat⁹ ẽ: vt nos sua paupertate diuitiarũ suarũ donaret eẽ pticipes. Cyril. Uidẽdũ aũt qd hec oblata isinuãt. Nimirũ loquacissima est turtur in auibus: at columba est aial mãsuetũ. Talis aũt factus est erga nos saluator mansuetudinẽ pfecte colens: et vt turtur orbẽ allexit: replens hortũ suum pro prijs melodijs. Occidebatur ergo turtur aut columba: vt ipse p figuras nobis pãdatur passurus i carne p vita mundi. Beda. in ho. Uel columba simplicitatem: turtur indicat castitatem: qr et columba simplicitatis: et castitatis amator ẽ turtur: ita vt si coniugẽ casu pdiderit non vltra aliã qrere curet. Merito ergo turtur et colũba domino offeruntur in hostiã qr simplex et pudica fidelium conuersatio est illi iustitie sacrificium gratũ. Athana. Ideo vero bina iussit offerri: qr homine cõsistente ex ala et corpore: duplum a nobis poscit deus castitatẽ et mansuetudinem non solũ corporis sed etiam anime: alioquin erit hõ fictor et hypocrita: gerens in tegumentũ occulte malitie inocentiam appentẽ. Beda. in ho. Cum vtra[que] auis pter cõsuetudinem gemẽdi pñtes sctõrũ luctus designãt: in hoc tñ differunt q turtur solinag⁹. colũba aũt gregatim volare cõsueuit: et ob id iste secretas orõnum lachrymas illa publicos ecclesie conuent⁹ insinuat. Beda. sup lucã. Uel colũba q gregatim volat: actiue vite frequẽtiã demonstrat. Turtur q singularitate gaudet: speculatiue vite culmina denũciat. Et qr eque vtra[que] cõditori accepta est hostia: cõsulte lucas vtrũ turtures an pulli colũbarũ p dño sint oblati nõ dixit: ne vnũ alteri viuendi ordinem preferret: sed vtrũ[que] sequẽdum doceret.

Bina oblatio.

Tropologia de colũba.

Jesus legis obseruator.

¶ Et ecce hõ erat i hierusalẽ cui nomen symeon. Et hõ iste iustus et timoratus expectans cõsolationẽ israel: et spũsanct⁹ erat in eo. Et rñsum acceperat a spũsancto: non visurũ se mortẽ nisi prius videret xp̃m dñi. Et venit in spiritu in templũ. Et cũ inducerent puerum iesũ parentes eius: vt facerẽt secũdum consuetudinem legis pro eo: et ipse accepit eum i vlnas suas.

¶ Ambro. Non solum ab angelis

prohetis a pastoribus ⁊ a parētib⁹
sed etiā a seniorib⁹ ⁊ iustis generatio
dñi accepit testimoniū. vnde dicit.
Et ecce homo erat in hierl'm cui no
men symeō: ⁊ hō iste iustus ⁊ timo=
ratus. Beda. Quia difficulter iusti
tia sine timore custoditur: non illū
dico timorē q̄ tp̄alia sibi bona sub=
trahi ꝑhorrescit: quē perfecta dile
ctio foras mittit: sꝫ timorē dñi sctm
qui manet ī secula: quo iustus deū
q̄to ardentius diligit: tāto solerti⁹
offēdere cauet. Ambro. Et bene iu
stus qui nō suā sed ppl'i grām re=
quirebat. vnde seq̄tur. Expectans
cōsolationē israel. Greg. Nissenus.
Nō vtiq̄ mūdanā felicitatem in cō
solationē israel prudens symeō ex
pectabat: sꝫ verā translationem ad
veritatis decorem ꝑ separationē a le=
gis vmbra habuerat nāq̄ ꝑ oracu=
la q̄ visurus esset xp̄m dñi priusq̄ de
sclo p̄nti trāsmigraret. vnde sequi
tur. Et spūssanct⁹ erat in eo. a quo
.s. iustificabat. et respō. ac. a spūsā.
nō vi. se. mor. nisi prius videret xp̄ꝫ
dñi. Ambro. Cupiebat ipse quidē
corporee vinculis fragilitatis absol
ui: sed expectabat videre ꝓmissum
sciebat enim: q² beati oculi q̄ vide=
rent. Greg. xviij. mora. In quo etiā
discimus quanto desiderio ex ple=
be israelitica scti viri incarnatiōis
eius mysterium videre cupierunt.
Bed. Uidere aūt mortem experiri
eam significat: multūq̄ felix mortē
videbit carnis q̄cūq̄ xp̄m dñi pri⁹
oculis carnis videre sategerit: con
uersationem hn̄do in celesti hieru
salem: tēpli dei limina frequētando
hoc est sanctorū ī quibus deus ha=
bitat exempla sectādo. Eadē aūt
spūs gratia qua olim venturū p̄co
gnouerat: ⁊ nūc venientē cognouit.
vnde sequitur. Et venit ī spū in tē
plum. Orige. Et tu si vis tenere ie=
sum: ⁊ amplexari manib⁹: omni la=
bore nitere: vt ducem habeas spm:
veniasq̄ ad templum dei. Sequit
enim. Et cū indu. pue. iesum parē.
ei⁹. s. Maria mr ⁊ ioseph q̄ putaba
tur pr̄. Ut facerēt ſm cōsuetudinē

Bina lana.

Tropologi collig.

Uidere mortem qd sit.

legis ꝓ eo: ⁊ ipse accepit eū ī vlnas
suas. Greco. nise. Quā beat⁹ ille sa
cer ad sacra introit⁹ ꝑ quē aduite ter
minum maturauit. Beate manus
qui verbum vite palpauerūt: ⁊ vlne
quoq̄ quas ad susceptionem para
uit. Beda. Accepit aūt iustus ſm le
gem puerū suum in vlnas suas vt
significet iustitiam operum q̄ ex le
ge erat per manus ⁊ brachia figu=
ratorꝫ humili quidem: sed salutari
fidei euangelice gratie imitandū.
accepit senior infantem xp̄m: vt isti
nuet hoc seculum quasi senio iā de
fessum ad infantiam ⁊ innocentiā
christiane conuersationis reditu=
rum.

Et benedixit deum ⁊ dixit
Nunc dimittis seruum tuū do
mine secundū verbum tuū in
pace. Quia viderūt oculi mei
salutare tuum. Quod parasti
ante faciē omnium populorꝫ.
Lumen ad reuelationem gen=
tium: ⁊ gloriam plebis tue is=
rael.

Orige. Si aūt ad tactū fimbrie
vestimenti mulier sanata est quid
putādum est de symeōe qui ī suas
vlnas accepit infantem: ⁊ gaude=
bat videns paruulum a se gestari:
qui venerat ad victos resoluēdos
sciens neminem eum posse de clau
stro corporis emittere cum spe fu=
ture vite: nisi eis quem in brachiis
cōtinebat. vnde dicitur. Et benedi.
deum: ⁊ dixit. Nunc dimit. ser. tuū
domine. Theophi. Quod dicit do=
mine: cōfitentis est q̄ ipse mortis ē
⁊ vite dñs: ⁊ sic puerum quem susce
pit deum confitet. Orige. q. d. q̄diu
xp̄m nō tenebā: clausus eram ⁊ de
vinculis exire non poteram. Basi.
Si autem voces iustorum īquiras:
omnes super hoc mundo ⁊ eius fle
bili mora ingemiscunt. Heu mihi
dicit dauid: q² incolatus meus ꝓlon
gatus est. Ambro. Uide g̃ iustū ve=
lut corporee carcere mole īclusū vel=
le dissolui vt incipiat esse cū xp̄o: sꝫ

qui vult dimitti. veniat in templũ: veniat in hierusa lez: expectat xp̃m dñi: accipiat in manib⁹ v̄buz dei: ꝛ cõplectat velut quibusdã3 fidei sue brachijs: tũc dimittet: vt nõ videat mortẽ qui viderit vitam. Grecus. Symeon aũt bñdicebat deũ lter ce tera: ꝙ promissa sibi facta sortita erãt efficacie veritatẽ: nã cõsolatio nem israel oculis ꝓspicere meruit: ꝛ manib⁹ portare. ꝛ iõ dicit: ẽm ver bum tuũ. i. cũ finẽ obtinuerĩ3 ꝓmis sorum. at vbi visibilr sensi qđ desi derabã: nũc soluis tuũ seruum nec gustu mortis attonitũ. nec hesita tionis cogitationibus conturbatũ. ꝛ iõ subdit. In pace. Grego. nisen⁹. Quia postꝙ xp̃s culpã hostilez de struxit: nos quoqꝫ patri reconcilia uit facta est trãslatio sanctoꝝ in pa ce. Orige. Quis est aũt qui de secu lo isto recedit in pace: nisi is qui in telligit ꝙ deus erat in xp̃o mundũ3 recõcilians sibi: nihilqꝫ h3 inimicuz deo: sed oẽm pacẽ bonis in se operi bus assumpsit. Grecus. Fuerat aũt sibi repromissum non visurum se mortẽ. nisi prius videret xp̃m dñi. ꝛ iõ hoc ipletũ osidens subdit. Quia viderũt oculi mei salutare tuũ. Gre go. nisenus. Bti oculi tui ta3 anime ꝙ corporis: hi quidẽ visibilr deũ su scipiẽtes: illi v̄o nõ solũ q̃ visa sunt attẽdẽtes: immo illuminati fulgore spũs dñi v̄bũ in carne cognoscẽtes: salutare nãqꝫ qđ tuis oculis pcepi⁹ sti: ipse iesus est q̃ noie saluus decla rat. Cyril. Fuerat ãt xp̃i mysteriũ: qđ patuit in vltimis tpib⁹ seculi p̃ paratũ añ mũdi originẽ. vñ sequit. Qđ parasti añ faciẽ oium. pploꝝ. Athana. s. cõfectã toti mũdo p xp̃m salutẽ. q̃liter ergo suprãdictũ est: ꝙ expectabat israel cõsolationẽ: eo ꝙ s. tũc futurã eẽ cõsolationem israel agnouit in spũ: cũ ãt in olb⁹ pplis pa ratũ est salutare. Grecus. Attende ẽt sagacitatẽ digni ꝛ venerandi se nis: anteꝙ dignus videret btẽ visio nis: prestolabat solamen israel. Ut aũt qđ sperabat obtinuit exclamat se vidisse salutẽ oium pploꝝ: adeo

Benedictio symeonis

Intellectus v̄borum.

n. Ifantis ineffabile iubar illustra uit eũ: vt pcessu tpis secutura mor sibi fierent nota. Theophi. Signã ter aũt dicit. Añ faciẽ: vt. s. olb⁹ ei⁹ incarnatio appareret. hoc aũt salu tare dicit esse gentium lumen. ꝛ glo riam israel. vnde sequit. Lumẽ ad reuelationem gentium. Athana. Gentes. n. ante christi aduentũ3 in vltimis tenebris erant cõstitute: co gnitione diuina priuate. Cyril. S3 christus adueniens factus est lux tenebrosis ꝛ erraticis: quos dyabo lica manus presserat. Uocati sunt aũt a deo patre ad noticiã3 filij: qui est lux vera. Athana. Israel autem li cet tenuiter lege illuminabatur. ꝛ iõ nõ dicit ꝙ lumen illis p̃(…)erit: sed subdit. Et gloriã plebis tue israel. Memorans antiquam hystoriam: ꝙ sicut olim moyses dñm alloquen do gloriosam rettulit faciẽ: sic ipsi diuinam humanitatis lucem per tingentes: ve(…) abijcientes vela men: in eand(…) imaginem trãsfor marentur (…) gloria in gloriã3. Cy ril. Nam ꝛ si quidam eorum inobe dientes fuerint: tamen reliquie sal ue factẽ sunt: ꝛ per christum perue nerunt ad gloriam. Harũ primitie fuere diui apostoli: quorum fulgo res vniuersum orbem illuminant. Fuit ẽt christus singulariter israel gloria. qꝛ ẽm carnẽ ex eis processit: quãuis cunctis vt deus preesset per secula benedictus. Grego. nisenus. Et ideo signãter dixit. Plebis tue: quia non ab eis tantum est adora tus: sed insuper ex eis est ẽm carnẽ natus. Beda. Et bñ reuelatio gen tiũ israelis glorie prefertur: qꝛ cum plenitudo gentium introierit: tunc omnis israel saluus erit.

¶ Et erant pater eius ꝛ mater eius mirãtes super his que di cebantur de illo. Et benedixit illis symeon: ꝛ dixit ad Ma riã3 matrẽ eius. Ecce positus est hic in ruinã ꝛ in resurrectio nem multoꝝ in israel: ꝛ in si

gnum cui contradicet. Et tuā
ipsius animā pertransibit gla
dius: vt reuelēt ex multis cor=
dibus cogitationes.

¶ Grecus. Trāscendentiū rerū no=
titia: quotiens in memoriā venerit:
totiēs renouat in mente miraculū.
vñ dr. Et erant pr eius et mater mi=
rantes sup his q dicebant de illo.
Orige. Tam ab angelo ꝙ a multi=
tudine celestis exercitus: necnō et a
pastoribus et ipso symeone. Beda.
Patrē saluatoris appellat: non ꝙ
vere pr fuerit ei: sed quo ad famā
marie ꝯseruādā pr sit ab oib⁹ esti=
matus. Augu. Quāuis et eo mō pr
illius valeat dici quo et vir marie: re
cte itelligit sine cōmixtione carnis.
ipsa copulatiōe cōiugij multo vide
licet cōiunctius: ꝙ si eēt aliūde ad=
optatus. neq. n. ꝓpterea non erat
appellādus ioseph pr xp̄i: qr nō eū
ꝯcumbēdo genuerat: qnquidē pr
esset: et ei quē non ex sua cōiuge ꝓ=
creatū aliunde adoptasset. Orige.
Qui aūt altius aliqd inqrit pōt di=
cere qm̄ generationis ordo a dauid
vsq ad ioseph deducit: ne videret
frustra ioseph nolari: qr pater non
fuerat saluatoris: vt generationis
ordo haberet locū. pater domini
appellatus est. Grecus. Laudibus
autē diuinis exhibitis: vertit se sy=
meon ad benedictionē adducentiū
puerum. vnde sequitur. Et bñdixit
illis symeon. Bñdictiōe igit vtrūq
donat: occultorū vo p̄sagia dirigit
tantum ad matrem: quatenus per
cōem bñdictionē non priuet ioseph
similitudine pris: p ea vo q dicit mri
seorsum a ioseph: verā eā predicat
genitricē. vñ sequit. Et di. ad ma.
matrē eius: ecce posi. est hic in rui.
et resurrec. mul. i israel. Ambro. Ui
de vberem in oēs gratiā dñi in ge=
neratione diffusam. et prophetiā in=
credulis negatam esse. nō iniustis.
Ecce et symeon prophetizat in rui=
nam et resurrectionē multorum ve=
nisse xp̄m iesum. Orige. Qui simplr

Joseph quo pater iesu dicatur.

exponit pōt dicere in ruinā eum ve
nisse infideliū: et in resurrectionem
credentium. Chry. Sicut. n. lux et si
oculos debiles turbet lux est hō mō
saluator ꝑseuerat. et si corruant plu
rimi. neq. n. est eius officiū destru=
ctio. sed eorū vesanie. quāobrē nō
solum ex salute bonoꝝ: sꝫ ēt ex ma=
lorū dissipatiōe virtus eius ondit.
nam sol qm̄ multum radiat: ꝓpter=
ea visus debiles precipue pturbat.
Grego. nisenus. Attēde aūt distin=
ctionis exq̄sitam prolationem: ꝑpa
ratio q̄ppe salutis dr corā oī popu=
lo. sed casus et subleuatio plurium.
Diuinum. n. propositum est salus
et non deificatio singulorum. casus
autem et subleuatio consistit in plu=
rium intentione credentiū et nō cre
dentium. Qꝺ aūt iacentes et icredu
li subleuentur: non est absurdum.
Orige. Qui autem curiosus inter=
pres est: dicit: nequaꝙ eū cadere q
aīt nō steterit. Da mihi igit q fue=
rit ille q stetit: in cuius ruinam sal=
uator aduenerit. Grego. nise. Sed
p hoc designat ruinā ad iā ma: q̄ si
nō puniēdus eq̄liter aīt incarnatio
nis mysteriū: et post datā dispensa=
tionē et p̄dicationē. Et maxie hi sūt
ex israel: quos necessarie erat et pri
stinis bonis carere et penas luere
grauiores: ꝙ oēs alie gentes: eo ꝙ
dudū ꝓphetatum in eis et adoratū:
et ex eis ꝓductū minime susceperūt.
Idcirco specialit eis minat ruinā.
nō solum a spiritali salute: sꝫ ēt pro
pter destructionē vrbis et habitātiū
ciuitatē. Resurrectio vo promittit
credentib⁹ partim: q̄dem velut sub
lege iacentibus et ab eius seruitute
subleuandis: partim vero velut cō
sepultis cum xp̄o et ei cōsurgentib⁹.
His aūt verbis intellige per concor
diam intellectuū: ad dicta prophe=
tica vnū et eundem deum et legislato
rem: et in prophetis in nouo testamē
to locutū esse. lapidē nāq ruine et
petram scandali futurum: ne ꝯfun
dantur credentes in eum sermo ꝓ=
pheticꝰ declarauit. Orige. Est autē
et altius quid intelligēdū aduersus

Christus lux est mūdo.

bentur rhetia? niſi verborum cō=
plectiones ⁊ quaſi quidam oratio=

Allegoria de nauicula.

nis sinus z disputationū recessus: qui eos quos ceperint non amittāt. Et bene aplica istrumēta piscādi rhetia sunt que non captos pimūt sed reseruant: z fluctuantes de infimis ad superna transducunt. Dicit autem. Preceptor: per totā noctē laborātes nihil cepimus: qz nō hoc humane facūdie opus: sed supne vocationis est munus. Qui autem nihil āte ceperāt: magnā in verbo dñi cōcludunt piscīū multitudinē. Cyri. Hoc aūt fuit figura futuri nō em̄ icassum laborabunt euangelice doctrine rhete tendentes: sz greges gentiū aggregabunt. Aug. De cō. Qd aūt rhetia rumpebāt z piscium copia z nauicule iplete sunt: ita vt pene mergerentur: significat homium carnalium multitudinē tātā futurā in ecclesia vt etiā disruptiōe pacis p hereses z scismata scinderentur. Beda. Rumpitur aūt rhete sed non labitur piscis: qz suos dñs inter psequentium scandala seruat. Ambro. Alia autē nauis est iudea ex qua Joānes z Jacob eligunt. Hi igitur de synagoga ad naui petri: hoc est ad ecclesiam cōuenerūt vt iplerent ambas nauiculas. oēs em̄ in noīe iesu genuflectūt: siue iudeus: siue grecus. Be. Uel alia nauis est eccl'ia gētiū: q z ipa vna nauicula nō sufficiente piscibus ipletur electis. Qz nouit dñs qui sūt ei z apd ipm certus ē suoz nūerus electorū: dūqz tot in iudea credituros nō inuenit qd ad fidem vitāqz pdestinatos nouit eternam: quasi alterius nauis receptācula piscibus qrens suis. Corda quoqz gentiū fidei gratia replet: z bñ rupto rheti socia nauis aduocat. Qm autez iudas pditor: simō magus: ananias z saphira: z multi discipulorū abierunt retro: ac deinde barnabas z paulus a gentiū sūt apostolatu segregati. Ambro. Possumus tamen z aliā ecclesiā intelligere nauim alterius. ab vna ei plures ecclesie deriuantur. Cyril. Innuit autem socijs vt auxiliarentur eis. Multi ei sequuntur apostolorum labores: z prius illi q euāgelioz ediderūt scripturas: post quos alij psides z populorum pastores: z in deitatis doctrina periti. Beda. Harum autem ipletio nauiū in fines seculi crescit: sed qz implete merguntur. hoc ē in submersione premuntur nō em̄ sūt submerse sed periclitate. Apostolus exponit dicens. In nouissimis diebus erunt tpa periculosa: z erūt homines seipsos amātes: z cetera: nā mergi naues est homines i seculo ex quo electi per fidem fuerant morum prauitate relabi.

Credulitas gētium.

¶ Quod cū viderit simon petrus procidit ad genua iesu dicēs. Exi a me dñe: qz hō peccator sum. Stupor em̄ circūdederat eū z omnes qui cū illo erāt in captura piscīū quam ceperant. Similiter aūt iacobum z ioannē filios zebedei: qui erāt socij simonis. Et ait ad simonem iesus. Noli timere. ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus relictis omnibus secuti sunt eum.

¶ Ambro. Admirabatur petrus dona diuina: quo plus meruerat pre sumebat magis. vnde dicitur. Qd cum vide. simon petrus pci. ad ge. ie. di. Exi a me dñe: qz hō pctōr suz. Cyril. Reducens. enim ad conscientiam patrata delicta: tremit z trepidat z velut inmundus mundum nō credit se posse suscipere: acceperat enim a lege distinguendum esse inter maculatū z sctm̄. Greg. nisen. Cum enim mandasset demergere rhetia: tota copia piscium capta ē: qntum ipse maris dñs z terre voluerat. Uox em̄ verbi semper est vox virtutis: cuius pcepto ī origine mūdi lux z cetere creature pdibāt. in his admiratur petrus. vnde sequit. Stupor enim circū. eum: z om. qui cum illo erant in captu. pisc. quā cepe.

similiter autem iaco. et ioã. filii zebe. qui erant so. simonis. Aug. De cõ. euã. Andreã non nominat. qui tamen intelligit in ea naui fuisse ꝑm matthei et marci narrationem. Et ait ad simonem iesus. Noli timere. Ambro. Dic et tu. Exi a me domine qꝛ peccator sum vt respondeat de. Noli timere. Indulgenti domino peccatum fatere. Uides ꝙ bonus dñs qui tantum tribuit hominib⁹: vt viuificandi habeant potestatem vnde sequitur. Ex hoc iam homines eris capiens. Bed. Hoc ad ipsum petrum spũaliter pertinet expo nit enim ei dñs quid hec captura piscium significet q. s. ipse sicut nũc ꝑ rhetia pisces: sic aliquando ꝑ verba sit captur⁹ homines: totusqꝫ facti huius ordo quid in ecclesia: cui⁹ ipse typum tenet: quotidie geratur ostendit. Cyril. Considera autẽ eorum fidem et obedientiam habentes enim opus pre manibus appetibilis piscationis: cum audissent mandantem non distulerunt: sed relictis omnibus sequebantur. Talem enim obedientiam requirit a nobis xp̃us vt eam nõ pretermittamus: etiã si aliqd valde necessariũ vrgeat. Unde et sequitur. Et subductis ad terram nauibus relic. om. secu. sunt eum. Augu. de cõ. euan. Mattheus et Marcus breuiter hoc perstringunt: quẽadmodũ gestum sit quod Lucas hic apertius explicauit. Hoc tamẽ videtur distare: q tm̃ petro a dño dictum ꝯmemorat. Ex hoc iam homines eris capiens: qđ illi ambobus fratribus dictum esse narrauerunt. Sed potuit vtiqꝫ ꝑus hoc petro dici: cũ de capta ingenti multitudine piscium miraret: qđ Lucas insinuauit: et ambobus postea: qđ illi duo ꝯmemorauerunt: vel intelligendum est hoc ꝑino fuisse factũ qđ Lucas ꝯmemorat. nec tunc eos a dño vocatos: s; tm̃ fuisse ꝑdictum petro q homines esset capturus: nõ aũt q nunꝙ pisces esset capturus. vnde dat locus intelligere eos ad capturam piscium remeasse vt postea fieret qđ Matthe⁹ et Marcus narrant: tunc nõ subductis ad terram nauibus tanꝙ cura redeũdi: sed ita eũ secuti sunt tanꝙ vocãtem aut iubentem. Sed si ꝑm Joannem iuxta iordanem secuti sunt eũ Petrus et Andreas: quoniã ab aliis euangelistis dicitur. q eos in galilea piscantes inuenit: et ad discipulatum vocauit: nisi qꝛ intelligendum est non sic eos vidisse dñm iuxta iordanem vt ei inseparabiliter coherent: sed tm̃ cognouisse quis esset: eũqꝫ miratos ad propria remeasse. Ambro. Mystice aũt quos petrus i verbo capit: verbo credidit: negat suã predã: negat suũ munus. Exi inquit a me domine. Noli timere et tu que tua sunt domino deferre: qꝛ que sua nobis ille cõcessit. Aug. de que. euan. Uel aliter. Ex persona ecclesia carnalibus hominibus plene petrus dicit. Exi a me quia homo peccator sum. tanꝙ ecclesia turbis carnalium impleta: et eorum moribus pene submersa: regnũ spiritalium in quibus maxime persona christi eminet: a se quodammodo repellit. Non enim hoc voce lingue dicũt homines bonis ministris dei vt eos a se repellant: sed voce morum et actuum suadent a se recedine ꝑ bonos mergãtur: et eo vehementius q deferunt eis honorẽ: vt honorificentiam eorũ significauerit petrus cadẽs ad pedes dñi. Mores aũt in eo q dixit. Exi a me Beda. Confortat aũt dñs timorem carnalium: ne quis vel de sua conscientia culpe tremens: vel de aliorum innocentia stupẽs sanctitatis iter formidet aggredi. Augu. de q. euan. Dñs aũt dum non recessit ab eis significat in bonis et spũalibus viris non esse oportere hanc voluntatem: vt peccatis turbarum cõmoti: quo q̃si securius tranquilliusqꝫ viuant: munus ecclesiasticum deserat Quod aũt subductis ad terram nauibus. relictis omnibus secuti sunt eum potest significare finem tẽporis quo ab huiusmodi salo qui xp̃o

Typus ecclesie i petro.

Cõsens⁹ euangelicus.

Uox duplex hominum

inheserunt: penitus recessuri sunt. ¶ Et factum est cum esset in vna ciuitatum: et ecce vir plenus lepra videns iesum et procidens in faciem suam rogauit eum dicens. Domine si vis potes me mundare. Et extendens iesus manum tetigit eum dicens. Uolo. Munda re. Et confestim lepra discessit ab illo. Et ipse precepit illi vt nemini diceret: sed vade ostende te sacerdoti: et offer pro emundatione tua sicut precepit moyses in testimonium illis. Perambulabat autem magis sermo de illo et conueniebant turbe multe vt audirent et curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem secedebat in desertum et orabat.

¶ Ambro. Quarto signo ex quo in capharnaum dominus venit leprosus sanatur. Si autem quarto die solem illuminauit et clariorem ceteris fecit: hoc clarius opus estimare debemus. de quo dicitur. Et factum est cum esset in vna ciuita. et ecce vir plenus lepra. Bene vbi leprosus mundatur: certus non exprimitur locus: vt ostendatur non vnum populum specialis alicuius ciuitatis: sed omnes populos fuisse sanatos. Athana. Adorauit autem leprosus dominum deum existentem in corpore: neque propter carnem putauit esse creaturam verbum dei: nec pro eo quod verbum erat vilipendit carnem quam vestiebat: imo vt in templo creato adorabat omnium creatorem in faciem procidens. Sequitur enim. Et videns iesum et procidens in faciem rogauit eum. Ambro. Quod in faciem procidit humilitatis est et pudoris: vt vnusquisque de vite sue maculis erubescat: sed confessionem verecundia non repressit: ostendit vulnus: remedium postulauit dicens. Domine si vis potes me mundare. De voluntate domini non quasi pietatis incredulus dubitauit: sed quasi indignitatis sue conscius non presumpsit religionis autem et fidei plena confessio est in voluntate domini tribuit potestatem. Cyril. Nouerat enim lepram experimentis medicorum non cedere sed vidit demonia maiestate pelli demones: et ceteros ab alijs valitudinibus curari: que coniecit diuina dextra fieri. Tytus. Addiscamus etiam ex verbis leprosi corporalium infirmitatum medelam non querere: sed diuino beneplacito totum committere: qui nouit opportuna et omnia iudicio disposuit. Ambro. Eo autem sanat genere quo fuerat obsecratus. vnde sequitur. Et extendens iesus manum tetigit illum. Lex tangi leprosos prohibet: sed qui dominus legis est non obsequitur legi: sed legem facit. Non ergo tetigit quia sine tactu mundare non poterat: sed vt probaret: quia subiectus non erat legi: nec contagium timebat vt homines: sed quia contaminari non poterat: quia alios liberabat. sed econtrario vt lepra tactu domini fugaretur: que solebat contaminare tangentem. The. Ipsius enim sacra caro est purgatiua et vitam tribuens: sicut existens verbi dei caro. Ambro. In hoc autem quod subdit. Uolo mundare: habes voluntatem: habes et pietatis effectum. Cyri. A maiestate autem processit imperiosum mandatum. Qualiter igitur in seruis computatur vnigenitus filius qui volendo tantummodo cuncta potest: Legitur de deo patre quod omnia quecunque voluit fecit. Qui vero sua patris potestate fungitur: quomodo diuersificabitur in natura ab eo? Solent etiam quecunque sunt eiusdem virtutis: eiusdem esse substantie. Mirare tamen in his christum diuine et corporalis operantem: diuinum enim est ita velle vt presto fiant omnia: humanum autem extendere dexteram. Unus itaque christus ex vtrisque perficitur: eo quod verbum caro factum est. Greg. nisenus. Et quia cum vtraque homo particula: aia. s. et corpore vnita est deitas: per vtraque patebant superne nature indicia. Corpus enim reconditum in se lu-

Corpus christi templum est.

men declarabat: cum palpando p̄stabat remedia: sed anima prepotenti voluntate diuinā ostendebat virtutē. velut eñ sensus tact⁹ ꝓpri⁹ corporis est: sic ꝛ anime voluntari⁹ motus: vult anima tangit corpus. Ambro. Dicit ergo volo ꝓpter photinū imꝑat ꝓpter arriū tangit ꝓpter manicheū. Nihil aūt mediū ē inter opus dei atq̄ p̄ceptū: vt intelligas medentis affectuȝ: virtutē operis. vnde sequit̃. Et confestim lepra discessit ab illo. Sed ne lepra trāsire possit in medicū. vnusq̄sq̄ dñice humilitatis exemplo iactantiā vitet. nam sequit̃. Et precepit illi vt nemini diceret. vt. s. doceret nō vulgāda nostra beneficia: sed premenda: vt non solū a mercede abstineam⁹ pecunie: sed etiā gratie. aut fortassis illa silentij causa est imperati ꝙ meliores putabat: qui fide magis spōtanea q̄ speratis beneficijs credidissent. Cyril. Leproso etiā silente sufficiebat ipsa negocij vox ad narrandū oībus agnoscentibus p eūȝ potestatem curantis. Chry. Et q: vt plurimum homines dum egrotant dei sunt memores: vt autem conualescunt hebetantur mandat vt deū pre oculis habeat dans gloriā deo. vnde sequitur. Sed vade: ostēde te sacerdoti vt. s. mundatus leprosus cōmitteret se sacerdotis aspectui: ac sic p illius censuram numeraretur inter suos. Ambro. Et vt etiam intelligeres sacerdos nō legit ordine: sed gratia dei supra legē esse curatum: vt duȝ mandatur sacrificiū secundum preceptum moysi: ostenderet dñs: q: legem non solueret: s; impleret. vnde sequitur. Et offer p emū. tua sicut p̄cepit moyses. Aug. de que. euan. Uidetur hic approbare sacrificium quod per moysen p̄ceptum est: cum id non recipiat ecclesia: quod ideo iussisse itelligi pōt q: nondum ceperat esse sacrificium sanctū sctōrū quod corpus ei⁹ ē non eñ oportebat auferri significatiua sacrificia p̄usq̄ illud quod significabatur confirmatum esset cōtestatione apostolorū p̄dicātiū ꝛ fide credentiū ppłorū. Ambro. Ut q: lex spiritalis est: vt sacrificiū mādasse spiritale. vñ dixit. sicut p̄cepit moyses Deniq̄ addidit: In testimōniū illis. Tytus. Heretici perperā hoc accipiunt dicentes in opprobriuȝ legis esse dictū. Qualiter aūt iuberet offerre pro emundatione fm p̄ceptū moysi. Cyri. Dicit g. In testimoniū illis: q: ex hoc facto ostendit̃ x̄pm ĩcōparabili excellentia moysi p̄ferri. q: eñ moyses insufficiens erat a sorore lepre pellere morbū: orabat dñm vt eā liberaret. sed saluator in ꝑtāte diuina ꝓtulit. Uolo mundare. Cyril. Uel in testimoniū illis: h̄ est ad reprehensionem eorum ꝛ ad probationem ꝙ leges reuereor. Cū eñ te curauerim: mitto te ad sacerdotū experiētiā: vt attesteris mihi ꝙ non sum p̄uaricatus in legē: ꝛ q̄uis dñs ipendēs remedia moneret nemini dicere. instruens nos euitare supbiā: fama tñ eius volabat vndiq̄ instillans auditui cunctoruȝ miraculū. vnde sequitur. Perā. ma. se. de il. Beda. Unius autem pfecta saluatio multas ad dñm cogit turbas. vnde sequitur. Et cō. tur. mul vt au. ꝛ cu. ab infi. su. Ut eniȝ leprosus exterius ꝛ interius se sanatum doceret: p̄ceptum bñficium: vt marcus ait etiā iussus nō tacet. Grego. sexto mo. Redemptor aūt nr̄ p dieȝ miracula in vrbibus exhibet. ꝛ ad orationis studium in nocte pernoctat. vnde sequitur. Ipse auteȝ se. in deser. ꝛ orā. vt perfectis. vȝ p̄dicatoribus innuat: quatenus nec a ctiuam amore speculatiōis funditus deserant: nec cōtemplationis gaudia operatiōis nimietate cōtēnāt: sed quieti contemplantes sorbeant quod occupati erga ꝓximos loquētes profundant. Beda. Quod autē secedit orare nō ei nature tribuas que dicit. Uolo mūdare. sed ei que extendens manum tetigit leprosū: non ꝗ iuxta nestorium gemina sit filij persona: sed eiusdem persone sicut nature: sic ꝛ operationes sūt

Tres errores excludūtur.

Rep̄he̅sio iudeorum

due. Grego. nazãzenus. Et optaiqui
dẽ in pplo: crones aũt in deserto p=
agebat vt plurimũ: sanctiens ꝙ li=
ceat parũ ꝑq̃escere: vt mẽte sincera
Que loca christus elegit. cũ deo colloq̃mur. Neq3.n. ipse indi
gebat remotiõe: qr nõ erat in eo qd
remitteret: cũ deus esset: sed vt pa=
teat nobis ꝛ operationis hora ꝛ al=
tioris solertie. Beda. Typice autẽ
leprosus humanũ genus languidũ
peccatis designat: plenum lepra: qr
oẽs peccauerũt ꝛ egẽt grã dei: vt. s.
extẽta manu. i. verbo dei humanã
ꝯtingẽte naturã: a prisci erroris va
rietate mundent. ꝛ offerãt ꝓ emũ=
datione corpora sua hostiã viuam.
Ambro. Si aũt lepre medicina xbũ
est: ꝯtẽptus verbi: lepra mentis est.
Theo. Uide aũt ꝙ postq̃ mũdatus
est aliq̃s tũc dignus est offerre hoc
munus. s. corpus ꝛ sanguinem dñi:
qd est diuine vnitum nature.

¶ Et factum est in vna dierũ:
ꝛ ipse sedebat docens. Et erãt
pharisei sedẽtes ꝛ legis docto
res qui venerãt ex omni castel
lo galilee ꝛ iudee ꝛ hierusalẽ:
ꝛ virtus domini erat ad sanã=
dum eos. Et ecce viri portan=
tes in lecto hominem qui erat
paralyticus. Et querebant eũ
inferre ꝛ ponere ante eum. Et
nõ inuenientes qua parte illũ
inferrent ꝑ turba: ascenderunt
supra tectũ: ꝛ per tegulas sum
miserunt eum cum lecto in me
dium ante iesum. Quorum fi=
dẽ vt vidit dixit. Homo remit
tuntur tibi peccata tua. Et ce=
perunt cogitare scribe ꝛ phari
sei dicentes. Quis est hic qui
loquitur blasphemias? Quis
põt dimittere peccata: nisi so=
lus deus? Ut cognouit autem
iesus cogitationes eorum: re=
spondẽs dixit ad illos. Quid
cogitatis mala in cordib⁹ ve=
stris? Quid est facilius dicere
dimittũtur tibi peccata: an di
cere surge ꝛ ambula? Ut autẽ
sciatis qr filius hominis habet
ptãtẽ in terra dimittẽdi pec=
cata: ait paralytico. Tibi dico
surge tolle grabatum tuum: ꝛ
vade in domum tuam. Et con
festim consurgens coram illis
tulit lectum in quo iacebat: ꝛ
abiit in domum suam magni=
ficans deum. Et stupor appre=
hendit omnes: ꝛ magnificabãt
deuz. Et repleti sunt timore di
centes: quia vidimus mirabi=
lia hodie.

¶ Cyril. Scribe ꝛ pharisei qui facti
fuerant ꝓdigioꝝ xpi visores: audie
bant ipsum quoq3 docẽtẽ. vñ dr. Et
factũ est in vna dierũ: ꝛ iesus sede.
do. ꝛ erant. pha. seden. ꝛ legis doc. q̃
vene. ex omni castel. gali. ꝛiu. ꝛ hie=
rusalẽ: ꝛ vir. dñi erat ad sanã. eos.
Nõ q̃si mutuo acciperet ptãtẽ alteri⁹:
Intellectus hystorie. s3 q̃si deus ꝛ dñs ꝓpria opabat virtute. fiunt aũt hoies sepe donoꝝ spi
ritaliũ digni: sed plerũq3 deficiũt
ea rõne quã nouit donorũ largitor:
qd in xpo nõ accidit: affluebat. n. in
ꝯstãdis remedijs virtus diuina. Qr
vo necessariũ erat vbi tãta scribaꝝ
ꝛ phariseoꝝ turba ꝯuenerat: aliq̃d
fieri ex his q̃ virtuti attestarentur
ipsius: corã eis q̃ eũ ꝯtẽnebãt fa
ctũ est quoddã miraculũ in paraly
tico. in quo qr defecisse videbat me
dicinalis ars: portabat a proximis
ad supnũ ꝛ celestẽ medicũ. vñ sequi
tur. Et ecce viri por. in lec. homi. q̃
erat paralyticus: ꝛ querebãt eũ in
fer. ꝛ po. añ eũ. Chry. Mirãdi vero
sunt q̃ paralyticũ adduxerũt: qua=
liter cũ nequissent intrare ꝑ ostiuz:
nouũ aliq̃d ꝛ alienũ attentauerũt.
vñ sequit. Et nõ inue. qua parte eũ
infer. pre. tur. ascẽ. supra tec. detegẽ=
tes aũt tectũ deponũt grabatũ ꝛ po
nunt in medio paralyticũ. vñ sequi

tur. Et ꝑ tegu. submise. illū cū3 lec. in me. añ iesu3. Dicet aliqs demissu3 fuisse locū: a quo ꝑ tegulas deposuerūt paralytici lectum. Beda. Hoiem aūt dñs a paralysi curaturus primo peccatorū vinculo absoluit vt ostēderet eū ob nexus culparum artuū dissolutione dānari: nec nisi his relaxatis membrorū posse recuperatione sanari: vñ sequitur. Quoꝝ fidē vtvi. dixit. Hō remit. ti. pec. tua. Ambro. Magnus dñs qui aliorū merito ignoscit alijs: ꝛ dum alios probat: alijs relaxat errata. Cur apud te homo collega non valeat: cum apud deum seruus ꝛ interueniendi meritum ꝛ ius habeat impetrandi: si grauiū pctōꝝ diffidis veniaꝫ: adhibe precatores: adhibe ecclīā: q̄ ꝓ te p̄cet: cuius cōtēplatione qđ tibi dñs negare posset: ignoscat. Chry. Occurrebat autem ꝛ in hoc ipsius patientis fides: nō. n. sustinuisset se inferius submitti: nisi credidisset. Augu. de cō. euā. Quod aūt dicit. Hō dimittunt tibi peccata ad hoc insinuandū valet: q꞉ homini dimittebant peccata q̄ eo ipso ꝙ hō erat nō posset dicere. Nō peccaui. Simul etiam vt ille qui homini dimittebat itelligeret deus. Chry. Nos aūt si corporalit̄ patimur: satagimus nociuū abijcere: cū āo male fit anime differimus: atq꜡ iō nec a corporis nociuis curamur. Abscidamus igit̄ fontē malorum: ꝛ cessabunt egritudinū fluxus. Metu aūt multitudinis suā intentionē aperire pharisei nō audebāt: sed solum in cordibus suis meditabant̄. vñ sequit̄. Et cepe. cogitare scri. ꝛ pha. dicētes. Quis est hic q̄ lo. blasphemiā: Cyril. In quo mortis ꝑcipitāt sniam. Erat. n. mandatū in lege. ꝙ qcūq꜡ blasphemaret in deu3: morte puniretur. Ambro. Itaq꜡ ab ipsis ex operibus suis dei fili' accipit testimoniū: nā ꝛ validius est ad fide3 qđ confitent̄ inuiti: ꝛ ꝑniciosius ad culpā qđ negāt: q̄ suis assertionibꝰ relinquunt̄. vñ sequit̄. Quis potest pctā dimittere nisi solus deus: Magna in fide plebis amentia: vt cū cōfessa fuerit solius dei esse donare peccata: non credat deo peccata donanti. Beda. Uerū eñ dicunt q꞉ nemo peccata dimittere nisi deus pōt qui per eos quoq꜡ dimittit quibus dimittendi tribuit potestatem. Et iō xp̄s vere deus eē ꝓbat̄: q꞉ dimittere peccata quasi deus pt̄. Ambro. Dñs aūt saluos volens facerē peccatores ex occultorū cognitione deū se esse demōstrat. vñ sequit̄. Ut aūt cognouit deus cogita. eorū respondens di. ad illos. Quid cogi. in cor. vestris: Cyril. q. d. O pharisei q꞉ dicitis. Quis pōt pctā dimittere nisi solus de'? Rñdeo vobis. Quis pōt secreta cordis scrutari: nisi sol' de'? q̄ ꝑ ꝓphas dicit. Ego dñs scrutans corda ꝛ probans renes. Cyril. Si ḡ increduli estis erga primū. s. remissionē peccati: ecce aliud adijcio du3 intima vr̄a patefacio. q̄n ēt aliud dum paralytici corpus cōsolido. vñ subdit. Quid est facilius di. dimit. ti. pec. an di. sur. ꝛ am: Palā quidē est: q꞉ cōsolidare corpus facili' est. q̄to nāq꜡ nobilior est aīa corpore: tāto est excellentior absolutio criminum. verū q꞉ illud nō creditis: eo ꝙ lateat adijciam qđ minus est apertius: tñ quatenus qđ est magis occultū ꝑ hoc demonstret̄. Et quidem cū allocatus est infirmantē: non dixit dimitto tibi peccata: ꝓpriam exprimēs ptātē: s3 remittunt̄ tibi peccata. Cogentib' aūt illis euidētius ꝓpriā declarat ptātē dicens. Ut aūt scia. quia fi. ho. po. h3 i ter. di. pec. Theo. vide ꝙ in ter di. pec. Dum eñ sumus in terra: peccata nostra delere possumus. Postquam vero a terra tollimur: non valebimus cōfiteri: claudit̄. n. ianua. Cyril. Demonstrat autem peccatorum veniā per corporis sanationē. vnde sequitur. Ait paraly. ti. di. sur. Ipsa3 āo corporis sanationem demonstrat ꝑ lecti portationē. vt sic nō reputetur fantasia qđ factu3 est. vñ sequitur. Tol. gra. tu. ꝛ va. in do. tu. q. d. Ego volebam per tuam passione3 cura-

Inertia hominum.

Corporis ꝛ anime comparatio

re illos qui sani vident. Firmantur aūt in anima. sʒ qꝛ noluit: vade tuaʒ correcturus familiaʒ. Ambro. Nec mora vlla sanitatis interuenit: vnū dictorū remediorūqꝫ momentū est. vñ sequit. Et ꝯfes. sur. col. vl. tu. lec. in quo ia. ꝛ abijt in do. suā ma. deū. Cyrill. Quo facto patuit: ꝙ fili⁹ hominis pōt i terra relaxare pctā: qd ꝓ se ꝛ ꝓ nobis dixerat. ipse nāqꝫ vt deus fact⁹ hō tanqꝫ dñs legis pctā dimittit. Sortiti sum⁹ et nos ab eo tam mirabilē grām. Dictū est. n. discipulis. Quoꝝ remiseritis peccata: remittuntur eis. Quō autē non magis ipse pctā dimittit: q̄ ceteris ptātē faciendi hoc tradidit? Chry. Reges aūt terreni ꝛ principes homicidas absoluētes a pena pñti liberāt. a criminib⁹ expiare aūt non pñt. Ambro. Spectant aūt surgentem increduli: mirant abeuntē. vñ sequit. Et stupor app. om. ꝛ mag. deū. Chry. Paulatiʒ serpunt iudei magnificātes deū: non tñ putāt euʒ deum esse: obstabat. n. eis caro: nec tñ erat modicū estimare eū p̄cipuū esse mortalium: ꝛ a deo processisse: Ambro. Diuini aūt operis miracula malunt timere qꝫ credere. vñ sequit. Et rep. sunt ti. d. qꝛ vi. mi. ho. Si aūt credidissent non timuissent vtiqꝫ sʒ dilexissent: pfecta. n. dilectio foras timorē excludit. Nō ociosa āt hui⁹ paralytici negangusta medicina est: qm̄ orasse pmittit: nō ꝓpter suffragiū: sʒ ꝓpter exēpluʒ. Augu. de q̄. euā. De paralytico. n. pōt intelligi alam dissolutā mēbris: hoc est operationib⁹ xp̄m q̄rere. i. voluntatem verbi dei. Impediri autē a turbis. s. cogitationū nisi tecta. i. operta scripturarum aperiat: ꝛ per hoc ad noticiam christi perueniat: hoc est ad eius humilitateʒ fidei pietate descēdat. Beda. Et bene domus iesu tegulis cōtecta describitur: qꝛ sub ꝯtemptibili litterarum velamine spiritalis gratie virtus inuenitur. Ambro. Vnusquisqꝫ autēʒ eger petēdo precatores salutis dʒ adhibere: per quos nostre vite cōpago

Moralis intellectus.

resoluta: actuūqꝫ nostrorum clauda vestigia verbi celestis remedio reformentur. Sunt igitur aliqui monitores mentis q̄ alum hoīs: q̄uis exterioris corporis debilitate torpētē ad supiora erigāt quoꝝ rursus adminiculis ꝛ attollere: ꝛ humiliare se facilis añ iesum locet: dñico videri dignus aspectu. humilitatem. n. respicit dñs. Aug. de q̄. euā. Hi ergo a q̄bus deponitur: bonos doctores eccl'ie pñt significare: ꝙ aūt cum lecto deponitur: significat ab hoīe in ista carne adhuc ꝯstituto xp̄m debere cognosci. Ambro. Dñs autem plenā speʒ resurrectiōis ostēdēs peccata donat a loꝝ debilitateʒ carnis excludit. hoc est. n. totū hominē ee curatū. Quāuis igitur magnuʒ sit hoībus peccata dimittere. tñ multo diuinius est resurrectioneʒ donare corporibus: qm̄ quidem deus resurrectio est. lectus aūt qui tolli iubetur: nihil est aliud q̄ corpus humanum. Augu. de ques. euā. Ut nō iam in carnalibus gaudijs tanquā in lecto requiescat infirmitas anime. sed magis ipsa contineat affectiones carnales ꝛ tendat ad domū suam: idest requiem secretorum cordis sui. Ambro. Uel domum repete re suam hoc est ad paradisū ꝛ redire. ea. n. est vera domus que hominē prīa suscepit: nō iure amissa sed fraude. Merito ergo restituit quoniam venerat qui nexum fraudis aboleret: iusqꝫ reformaret.

¶ Et post hec exiit: ꝛ vidit publicanum nomine leui sedēteʒ ad teloneum ꝛ ait illi. Sequere me. Et relictis oīb⁹ surgēs secut⁹ est euʒ. Et fecit ei conuiuiuʒ magnū leui in domo sua: ꝛ erat turba multa publicanorum ꝛ aliorum qui cū illis erāt discūbentes. Et murmurabāt pharisei ꝛ scribe eorum dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis ꝛ peccato-

ribus manducatis et bibitis? Et rñdens iesus dixit ad illos. Non eget q̄ sani sūt medico: sꝫ q̄ male hñt. Non. n. veni vocare iustos: sꝫ pctōres ad pniam. ¶ Augu. Post paralyticū sanatū de ꝯversione publicani subiūgit dicēs. Et post hec exiit et vidit publicanū noīe leui sedētē ad teloneum. Ipse est mattheus qui et leui. Beda. Sed lucas et marcus propter honorē euāgeliste nomen tacēt vulgatū. Mattheus aūt in sermonis pricipio accusator sui factus: mattheū se et publicanū nolat: ne q̄s a salute desperet ꝓ imanitate peccatoꝝ: cū ipe de publicano in apostolū sit mutatus. Cyril. Publicanº. n. fuerat leui: vir auarus: effrenis erga supflua: alieni amator. Hoc est. n. publicanoꝝ officiuꝫ: sed ab ipsis officinis malicie detrahit. Christo eū vocante. vñ sequit. Et ait illi. Seq̄re me. Ambro. Seq̄ iubet nō corporis gressu: sed mentis affectu. Itaq ille verbo vocatus: ꝓpria derelīq̄t qui rapiebat aliena. vñ sequit. Et relictis oibus surgens secutº est eum. Chry. Ubi et vocantis virtutē, et vocati obedientiam considera. Neqꝫ. n. obstitit: neqꝫ vacillauit: sed protinº paruit: nec in ꝓpriā domū reuoluit vt suis hoc intimaret: sicut nec piscatores. Basi. Nec soluꝫ fenora telonei postposuit: sꝫ et ꝯtempsit pericula: q̄ sibi ac suis accidere poterāt: dum calculos telonei dimitteret imperfectos. Theo. Et sic ab accipiēte cēsum a transeuntibus: xp̄s censum accepit: nō q̄dē eius accipiēs pecuniā: sꝫ totaliter eū trāfferēs ad suū ꝯsortiū. Chry. Uocatū aūt leui dñs honorauit: qm̄ cū eo ꝯfestim epulatº est: hoc. n. ei maiorem p̄stabat fiduciā: vñ sequit. Et fecit ei. ꝯui. mag. leui in do. sua. Nec solū cū eo discūbit imo cū pluribº. vñ sequitur. Et erat tur. mul. publi. et alio. qui cum il. erant discumbē. Cōuenerant. n. publicani ad eum sicut ad collegā et hoīeꝫ eiusdē officij. sed et ipse glorians de presentia xp̄i conuocauit oēs. Xp̄s et quodlibet genus remedij exhibebat: et non solum disputādo et prestando sanitatis remedia: vel etiam redarguendo emulos: sꝫ et comedendo nonnullos errantium corrigebat. inde nos istruēs ꝙ q̄dlibet opus et tēpus potest nobis vtilitatem afferre. Sed nec publicanorum participationem vitauit propter vtilitatem sequenteꝫ more medici: qui nisi tangeret saniem: nō liberaret a morbo. Ambro. Cū peccatoribus. n. manducando etiam cuꝫ gentibº non prohibet nos inire conuiuiuꝫ. Chry. Sed tamen dominus inculpatus est inde a phariseis inuidentibus et volentibus a xp̄o discipulos separare. vnde sequitur. Et murmur. phari. et scri. di. ad disci. eius. Quare cū publi. et pec. mādu. et bibitis? Ambro. Serpentina vox est: hanc primam voceꝫ serpēs emisit dicens eue. Quid dixit deus. nolite manducare ꝛc. ergo patris sui venena diffundunt. Augu. de con. euan. Uidetur autem lucas hoc aliquanto differentius ab alijs euangelistis cōmemorasse. non eñ dicit tantum domino obiectuꝫ esse: ꝙ cuꝫ publicanis et phariseis manducaret et biberet: sꝫ discipulis ꝙ de ipso ac de ipsis acciperetur. Propterea enim mattheus et marcus de christo discipulis obiectum narrant: qꝛ ꝙ discipulicum publicanis et peccatoribus māducabant magistro magis obijciebatur: quē sectando imitabantur. vna ergo sentētia est tanto melius insinuata quanto q̄busdam verbis manente veritate varia. Chry. Ipse autem dominus in contrarium eorum sermonem conuertit. ostendens non esse culpā cū pctōribus ꝯuersari: sed et ꝯsonum misericordie ꝓprie. vñ sequit. Et respondēs iesus dixit ad il. Nō eget me. q̄ sa. sunt: sꝫ q̄ male hñt. In quo cōmemorat eos cōis infirmitatis: et de numero languentiū eos esse ostēdit. se vero medicum esse latenter subiungit. Nō. n. ve. vo. iu. sed pec

catores. Gre. nisen⁹. q. d. Adeo pecca tores non abhominor: quia eorum tm̄ gratia veni non vt maneāt peccatores: sed vt conuertantur. vt boni fiant. Aug. de con. euā. Unde addidit. In penitentia. quod ad explanandā sniam valet: ne quisꝗ pctōres ob hoc ipsuȝ ꝙ peccatores sunt diligi arbitreť a christo: cum et illa similitudo de egrotis bn̄ intimet q̄d velit deus vocando peccatores tāꝗ medicus egrotos: vt ab iniquitate tanꝗ ab egritudine salui fiāt. Ambro. Sed quomō dum iusticias dilexit: neq; vidit dauid iustū derelictū si iust⁹ derelinquitur: peccator asciscitur: non intelligas ꝙ eos iustos dicit qui ex lege presumant et euāgelij gratiam non requirant. Nemo autem iustificatur ex lege: sed redimitur ex grā. Non vocat ḡ eos q̄ se iustos dicunt vsurpatores. n. iustitie non vocantur ad gratiā. nā si grā est ex pnia: vtiq; q̄ fastidit penitentiā abdicat gratiā. Beda. Peccatores autem vocat eos qui sua mala attendentes: nec per legem iustificari se posse putātes xpi grē se penitendo despiciunt. Chry. Ironice autem dicit illos iustos sicut quando dr. Ec. e adā factus est q̄si vnus nostrum: ꝙ autē nullus erat iustus super terrā ostendit paul⁹ dicens. Omnes peccauerūt et egent gratia dei. Greg. nisen⁹. Ut dicit non egere sanos et iustos medico. s. angelos: sed male habentes et peccatores. i. nos. quia morbū peccatj incurrim⁹ qui in celis nō est. Beda. Per Mathei autem electionē fides gentiuȝ exprimitur: qui prius mundanis inhiabant: sed nunc christi corpus sedula deuotione conficiunt. Theo. Uel publicanus ē qui principi mūdi seruit et debituȝ carni reddit: cui gulosus reddit escas adulter voluptateȝ et alius aliud. Cū autem viderit eum dominus sedentē in teloneo. i. non mouentē se ad maiorem nequitiā: tūc a malo erigetur: et sequetur iesum et suscipiet in domo anime dominuȝ. Ambro. Qui autē domicilio xpm̄ recipit interno: maximis delectationibus exuberātiuȝ pascitur voluptatum: itaq; libenter dominus ingreditur: et in eius recumbit affectu sed rursus accendit inuidia perfidorū: et future pene spēs prefiguratur epulātibus eniȝ fidelibus in regno celoruȝ perfidia ieiuna torquebitur. Beda. Uel per hoc designatur iudeorum inuidia que de gentium salute torquetur. Ambro. Simul et ostenditur ꝙtū sit inter emulos legis et grē. ꝙ illi qui legem sequuntur mentis famē patientur eternā. Qui vero verbū in interioribus anime receperunt alimenti celestis et fontis vbertate recreati esurire et sitire nō pn̄t. Et ideo q̄ alo ieiunabāt murmurabāt.

Magni scrupuli discussio

¶ At illi dixerūt ad eū. Quare discipuli ioannis ieiunant frequēter et obsecrationes faciunt similiter et phariseorum: tui autem edūt ꝛ bibunt? Quibus ipse ait. Nunqd potestis filios sponsi dū cum illis est spō sus facere ieiunare? Uenient autem dies cum ablatus fuerit ab illis sponsus: tunc ieiunabunt in illis dieb⁹. Dicebat āt et similitudinem ad illos. Qr nemo commissuram a nouo vestimento mittit in vestimentū vetus alioquin et nouum rumpit: et veteri non conuenit commissura a nouo. Et nemo mittit vinū nouū in vtres veteres: alioqn rūpit vinū nouū vtres: et vinū effundetur et vtres peribunt. sȝ vinū nouū in vtres nouos mittendu ē: et vtraq; conseruantur. Et nemo bibēs vet⁹ stati vult nouū: dicit enim Uetus melius est.

Differētia legis ꝛ grate

¶ Cyril. Postꝗ primū verbū acceperunt a xpo ab alijs ad alia se trāfe

runt: volentes ostendere sacros di=
scipulos et ipsum cum eis iesū mi=
nime curasse de lege. vnde dicit. At
illi dixerunt ad eum. Quare disci.
io. ieiu. freq̄uē. et obsecra. faci. filii
ter et phari. tui autē edūt ⁊ bibūt?
Quasi dicant comeditis cū publica
nis et peccatoribus: cū iubeat lex i=
mundo nō cōicare. sed in excusatio
nem preuaricationis vobis accedit
mia. Cur ergo nō ieiunatis: vt mos
est fm legem volētib' viuere? Sed
isti quidē iccirco ieiunāt vt corpus
affligētes quietēt passiōes ipsius.
Sed xp̄s non egebat ieiunio ad p=
fectionem virtutis: cum tanq̄ de' ab=
solutus eēt a q̄lz vinculo passionis
sz nec ei' comitiua ieiunio egebat: sz
particeps gratie ei' sine ieiunio de
corata virtuose conuersabatur. q̄ si
tempus .xl. diebus ieiunauerat: nō
hoc fuit vt in se passionē mortifica=
ret: sed vt normā abstinentie osten=
dat carnalibus. Augu. de cō. euan.

Consensus euā gelicus.

Euidēter autē lucas alios de aliis
hoc dixisse narrauit. vñ & math. di
cit. Tunc accesserit ad eū discipuli io
annis dicentes. Quare nos et pha
risei ieiunamus. nisi q2 et ipsi ade=
rant: et omnes certati vt quisq̄ po=
terat hoc obiecerunt. Augu. in eo=
dem. Est āt duplex ieiunium vnū in
tribulatione ad ꝓpiciādū deū in
pctis. aliud in gaudio: cū tāto mi'
delectāt carnalia q̄nto spiritaliū ma
ior sarcina ē. Interrogat' & dñs cur
discipli ei' nō ieiunarēt de vtroq̄ ie
iunio respondit. ⁊ p̄mo de ieiunio
tribulatiōis. Sequit̄ ei Quib' ipse
ait. Nunquid po. fi. spo. dū cū il. est
spō. face. ieiunare. Cyril. q. d. Pñs
tēp' leticie ē et alacritatis. nō igr̄ i=
miscenda sunt tristia. Cyril. Sal=
uatoris. n. nr̄i in hoc seculo demon
stratio nihil aliō fuit q̄ quedā festi
uitas intelligibiliter q̄si quādā spō
saz copulās illi nr̄az naturā: vt q̄n=
dā steril' fecūda fieret. Igr̄ filii spon
si esse noscūt̄ q̄cūq̄ vocati sunt ab
eo p nouā euāgelicā disciplinā: nō
āt scribe cū ⁊ pharisei q̄ solā legis
vmbrā ꝯsiderāt. Aug. de con. euā.
Per hoc autez q̄ solus lucas dicit.
Non potestis filios sponsi facere
ieiunare: intelligit̄ eos ipsos q̄ loq̄
bantur fuisse facturos vt lugentes
ieiunarent filii sponsi: q̄m ipsi eēnt
sponsum occisuri. Cyril. Ubi vo cō=
cesserat filius sponsi q̄ nō decebat
eos laborare: tanq̄ qui spiritalem
solēnitatez habebant: ne inter nos
anullaret̄ ieiuniū: dispēsatiue sub=
iungit di. Uenient aūt dies cū ablat'
fuerit ab eis spōsus: tūc ieiunabūt
i illis dieb'. Augu. de cō. euā. q. d.
Tūc desolabunt̄ ⁊ in merore ⁊ luctu
erūt: donec eis per spiritumsanctū
gaudia cōsolatoria retribuantur.
Ambro. Uel aliter. Nō hec ieiuniū
relegat̄ quo conficit̄ caro: ⁊ corporis
luxuria castigat̄: ieiunium nos cō
mēdat deo: sed non possumus ieiu=
nare q̄ xp̄m habemus: ⁊ xp̄i carnez
epulamur ⁊ sanguinē. Basi. Filii eēt
sponsi ieiunare nequeunt: hoc est
aie nutrimentū non sumere nec vi=
uere in oi verbo qd̄ de ore dei proce
dit. Ambro. Sed q̄ sunt illi dies q̄=
bus nobis xp̄s auferet̄: cum ipse di
xerit. Uobiscū ero vsq̄ ad consum=
mationē mundi? sed nemo tibi xp̄z
pōt auferre nisi te illi ip̄e auferas.
Beda. Quādiu. n. spōsus nobiscū ē
in leticia sumus: nec ieiunare pos=
sumus nec lugere. Cum aūt p pctā
ille recedit: tūc indicendum est ieiu
niū: ⁊ reqrendus luct'. Ambro. De

Ieiunium duplex.

niq̄ de animi dictum est ieiunio vt
sequentia declarant. Sequit̄. n. Di
cebat aūt similitudinem ad illos. Q̄d
nemo cōmissurā. i. particulaz abla=
tam a vestimēto nouo mittit in ve
stimentuz vetus. Appellauit ieiu=
nium vestimentum vetus. qd̄ exuen
duz aplus estimauit dicēs. Spolia
te vos veterē hoiem cū actib' suis.
In eadē igit̄ forma series conuenit
p̄ceptorum: ne actus veteris ⁊ noui
hois misceamus. Augu. de q̄. euā.
Uel aliter. Dono spiritussancti per
cepto. Genus autem ieiuniū qd̄ fit
per letitiam iam renouati in vitaz
spiritalē conuenientissime celebrāt
qd̄ anteq̄ accipiant dicit eos eē tā=
quā vetera vestimēta. q̄bus incon=
uenienter pānus nouus assuitur. i.

aliqua particula doctrine q̄ ad no- ue vite tēperātiā pertinet: quia si hoc fiat et ipsa doctrina quodāmodo scinditur que docet generale ieiunium non a concupia ciborum tm̄: sed ab omni leticia temporaliū delectationum cuius particulā q̄ ad cibos ptinet dicit nō oportere hominibus adhuc veteri consuetudini deditis ipartiri: quia et illic q̄si concisio vi- fieri et ipsi vetustati non conuenit. Dicit etiā eos esse sites vetēribus. vtribus. vnde sequit. Et nemo mit. vinum no. i vtres veteres. Ambro. Fragilitas humane conditiōis apt tur: cum corpora nostra erunijs defunctorum animalium cōparantur Augu. de q̄sti. euā. Ueteribus autē vtribus comparantur apostoli qui vino nouo quasi spiritalibus precep- ptis facilius dirumpuntur q̄ contineant. vnde sequit. Alioquin rū. vi. no. vtr. et ipsum ef.. et vtr. pere. Erunt autē noui vtres cū post ascē sionez accepto desiderio consolationis eius orando et sperādo in noua buntur. vnde sequitur. Sed no. vi. in vtr. no. mit. est et vtraq̄ conser. Beda. Uino siquidem intus reficimur. veste autem foris tegimur. Uestis ergo sunt bona opera q̄ foris agimus: quibus corā hoībus lucem⁹: vinū feruor fidei: spei: et charitat;. Aliter. Ueteres vtres sunt scribe et pharisei: nouus pān⁹: et nouū vinū precepta euāgelij. Greg. nisen⁹. Ui- nū enī de nouo elicitum: propter fer uorem naturalis humidi fumosum est despumās naturali agitatione a se materialē sordiciē. Tale vinuz nouū testamentū ē: qd̄ ātiqui vtres qui propter icredulitatem ueterati sunt non capiunt: imo scindūt excellētia doctrine: necnō et gratiā spiritus icassuz fluere faciunt. q: in maliuolam aīaz nō introibit sapientia Beda. Sed cuicūq̄ anime nondū in nouitate: sed in vetustate malicie p seueranti: nouorū mysteriorū sacramēta n̄ dht imitti: q̄ et pcepit euāgelicis pcepta leg; miscere volūt. vt galathe: vinū nouū in vtres veteres

Apostoli vtres veteres.

mittūt. Sequitur. Et ne. bi. ve. sts. vul. no. di. enim ve. me est: q: iudeis vite veteris saliua ībutis noue gratie precepta sordebant. quia maiorum traditionibus cōmaculati dulcedinem spiritalium verborum percipere non valebāt. Cap. vi.



Actum est autē in sabbato scdo pri- mo cū transiret p sata vellebant discipuli eius spicas et māducabant cōfricātes eas manib⁹ suis. Quidā autē phariseorū dicebāt illis. Quid facitis quod non licet in sabbatis? Et respōdēs iesus ad eos dixit. Nec hoc legistis quod fecit dauid: cum esuriisset ipse et qui cum illo erant: quomodo intrauit ī domum dei et panes propōnis sumpsit: et manducauit: et dedit his qui cum ipso erant: quos non licet māducare nisi tantum sacerdotib⁹. Et dicebat illis: quia dominus est filius hominis etiam sabbati.

¶ Ambro. Non solum ꝯprehēsione verborū: sed etiā ipso vsu speciei q̄ gestorū incipit hominē domin⁹ veteris obseruatione legis exuere. vn̄ dicitur. Factū ē au. in sab. se. pri. cū trā. per sa. vel. dis. ei spi. et mā. ꝯf. eas ma. su. Beda. Nō habentes. n. discipuli spacium māducādi ꝑpter importunitatez turbarū esuriebāt. vt homines: sed vellētes spicas inediā consolabantur: qd̄ est indicium austerioris vite nō preparatas escas: sz simplices q̄rere cibos Theo. Dicit autem in sabbato secundo ꝓmo quia iudei omnē festiuitatē sabbatū nuncupabant: requies. n. dr sabbatū. Multotiēs ergo contingebat in parasceue festiuitas: et vocabāt parasceuē festū propter sabbatum deinde principalem sabbatum se-

Sabbatum duplex.

cundū primū dicebant quasi secun dū existens a precedētis diei festi nitate. Chry. Duplex.n. erat festuz et principalis festi et alterius solen nitatis sabbati. Isido. Uel dicit se cundo primo quia fm erat pascha: primū autem azimorum .cū immo larent enim pascha in sero: sequen ti die festū azimoꝝ celebrabāt. ꝙ ēt ita sit pz ex hoc ꝙ apostoli vellebāt spicas: et manducabāt. in illo nāqꝫ tempore spice flectuntur a fructu. Epipha. Die igitur sabbati visi sūt transeuntes p segetes et spicas ede bāt: ostendētes quoniā dissolutuz ē vinculū sabbati: vbi magnū adue nit sabbatum. hoc est xps qui fe cit nos quiescere ab opere delicto rum nostroꝝ. Cyril. Pharisei au tem ꝛ scribe ignari sacrarū scriptu rarū in vnum conspirauerant ad reprehendendū christi discipulos vnde sequitur. Quidam autē pha riseorum dicebant illis: Quid fa citis quod non licet in sabbatis? Dic mihi tu cum in sabato tibi mē sa proponitur: nonne frangis pa nem. Quid igitur alios reprehen dis? Beda. Alij vero dicunt ipi do mino hec fuisse obiecta: sed a di uersis. et ipsi domino et discipulis potuerunt obijci: ꝛ cuicūqꝫ obiectū ad ipm maxime respicit. Ambro. Dn̄s autē defensores legis arguit nescire que legis sunt exemplum inducēs dauid. vnde sequitur. Et respondens iesus ad eos di. Nec hoc legistis qd̄ fecit dauid: et qui cum eo erant. Cyril. Quasi dicat. Cum expresse dicat lex moysi. Iu dicate iustum iudicium: nec consi derabis personā in iudicio: qua liter increpatis discipulos: qui vsqꝫ in hodiernum diem extollitis dauid vt centum: ꝛ prophetā: cum moysi preceptum non seruauerit? Chry. Et attende ꝙ quandocunqꝫ dn̄o fit sermo pro seruis. i. discipu lis: seruos ducit in mediū. s. dauid et sacerdotes. quādo ꝯo pro se in troducit patrem sicut ibi. Pater meus vsqꝫ modo operatur: et ego operor. Theophi. Aliter autez eos reprimit cum subditur. Et dicebat illis. qꝛ dn̄s est fili⁹ hominis ꝛ sab bati. q. d. Ego sum dominus sabba ti tanquam dispositor: ꝛ sicut legis lator potestatez habeo soluere sab batum. filius. n. hominis vocat⁹ est christus: qui dei existēs filius mira culose dignatus est filius hominis ppter homines fieri ꝛ vocari. Chry. Marcus autem dē cōmuni natura hoc ipsum protulisse fatet: dicebat n. propter homines sabbatuz factū est. non homo propter sabbatū. Ex pedit igitur potius sabbatum hoi subijci ꝙ huic colla subijcere sab bato. Ambro. Non mediocre autez mysteriū hic est. Ager. n. est h mun dus. agri seges. in satione humani generis fecunditas numerosa san ctorum. Spice agri fructus ecclesie quos opibus discutientes suis apo stoli pascebantur: nostro se alentes profectu: ꝛ tanquam folliculis cor porum mentiuz fructus ad fidei lu cem preclaris operum suorum mi raculis eruebāt. Beda. Spicas. n. confricant. quia in illis quos in cor pus christi volunt traijcere: morti ficant veterem hominem cum acti bus suis a terrena intentiōe extra hendo. Ambro. Sed hoc putabant iudei sabbato non licere. christus autez noue gratie munere designa bat ocium legis opus gratie. mire tamen secundo primum. non primo scdm sabbatum dixit: qꝛ sabbatum illud ex lege solutum est: quod erit primum: ꝛ hoc primum factum est qd̄ secundo constitutum est. Sabba tuz igitur dicitur scdm iuxta nume rum primū iuxta operationis gra tiam. melius est enī sabbatū quo impunitas datur: ꝙ quo pena pre scribitur. Hoc forte primuz est. Hoc in predestinatione ꝯsilij: ꝛ secunduz in sanctione decreti. Deinde qꝛ da uid cum socijs fugit: hic prefigura tus in lege christus est: qui cuz apo stolis principē mundi lateret. Quo modo autem ille obseruator legis atqꝫ defensor panes ꝛ ipse mandu

Christ⁹ dn̄s sab bati.

Dāuid christū figurat.

cauit: et dedit his qui secũ erãt: quos non licebat manducare nisi sacerdotibus: nisi vt per illã demõstraret figurã sacerdotalem cibum ad vsum trãsire populorum: siue quia oẽs vitã sacerdotalẽ debemus imitari siue quia oẽs filij ecclesie sacerdotes sunt. vngimur enĩ in sacerdotium sanctũ offerentes nosmetipsos deo hostias spirituales. Si aũt sabbatum propter hoies factũ est: vtilitas autem hoim postulabat esurientẽ hoiem: qui diu fuerit terre fructibus abdicatus: veteris panis vitare ieiunia: nõ vtique lex soluitur: sed impletur.

¶ Factũ est aũt et in alio sabbato: vt intraret in synagogã et doceret. Et erat ibi hõ et manus eius dextera arida. Obseruabãt aũt scribe et pharisei: si in sabbato curaret: vt inuenirent vñ accusarent eũ. Ipse vero sciebat cogitationes eorũ et ait hoi qui habebat manũ aridã. Surge et statim mediũ. Et surgẽs stetit. Ait aũt ad illos iesus. Interrogo vos si licet sabbato benefacere: an male? aiam saluã facere an pdere? Et circũspectis oib9 dixit homini. Extende manũ tuã. Et extendit: et restituta est manus eius. Ipsi aũt repleti sunt insipientia: et colloquebantur adinuicẽ quid nã facerẽt de iesu.

¶ Ambro. Hic ad alia pgredit dominus: nam qui totũ hoiem saluũ facere disposuerat: p singula mẽbra curabat. vñ dr. Factũ ẽ aũt in alio sabbato vt intraret in synagogã et doceret. Beda. Sabbatis maxime curat et docet: nõ solum propter insinuandũ spiritale sabbatũ: sed etiã propter celebriorẽ populi quentum. Cyril. Docebat autẽ reuera transcendentia intellectũ: et quo salutis future per eũ reserabãt audiẽtibus semitã. deinde precedẽte doctrina. subito diuinã ostẽdebat virtutem. vñ sequit. Et er. ibi hõ et ma. ei. dex. arida. Beda. Quia vero destructionẽ sabbati quã in discipulis arguebãt pbabili magr excusauerat exẽplo: nũc ipm obseruando magrm calũniari volũt. vñ sequitur. Obseruabãt aũt scribe et pharisei si in sabbatis curaret: vt. s. si nõ curet crudelitatis vel imbecillitatis: si curet transgressiõis vitio arguãt vñ sequit. Ut inuenirẽt. vñ accusarent eũ. Cyril. Hic enĩ est mos aduersarij: pascit in se dolosis morbis aliorum preconijs: sed dñs nouit oia: et corda rimat. vñ sequit. Ipse autẽ sciebat cogitationes eorum. et ait hoi qui habebat manũ aridã: surge et sta in medio. Et surgens stetit: vt forsan incitaret ad pietatẽ crudelem phariseũ: et ipa passio flãmas mitigaret liuoris. Beda. Preueniẽs ãt dñs calũniã quã sibi preparabant arguit eos qui precepta legis male interpretãdo etiã a bonis operib9 sabbato estimabãt feriãdũ: cũ lex a seruili ope. i. malis abstinere precipiat in sabbato. vnde sequit. Ait aũt ad illos iesus. Interrogo vos si licet sabbato bñfacere an male? Cyril. Nimis est idonea qstio. nam si licet in sabbato bñfacere. Nec aliqd obstat vt laborãtes a deo misericordiã osequent: desinas colligere aduersus xpm calũniam. Si aũt nõ licet in sabbato bñfacere et lex phibet aiarum salutẽ: fact9 est legis accusator. Ipam quoque sabbati sanctionẽ si velim9 discutere: ad op9 pietatis introductũ fuisse repiemus. Iussit enĩ in sabbato feriari et qescere vt qescat inquit puer tu9 et ancilla tua: bos tuus et quodlibet pecus tuũ. quo vero bonis miserek et ceterorũ pecorum: qũo nõ miserebitur hois graui morbo perplexi? Ambro. Lex aũt in phtibus formã prefigurauit futurorũ: in quibus vtique malorum ferie sunt non bonorum. nã licet secularia opa conquiescãt non ociosus th boni operis actus est in

Mos aduersarij.

est in dei laudes requiescere. Aug. de que. euā. Cū aūt dñs corpus cu rauerit: sic interrogauit. Aiam sal uam facere an perdere? Uel q: il la miracula ꝓpter fidem faciebat: vbi salus est aie. vel q: ipa sanatio manus dextere salutē aie significabat: que a bonis operibus cessans: aridā quodā modo dexterā hr̄e videbat. vel aiam p̄ hoie po suit: sicut dici solet. Tot aie ibi fue runt. Aug. de cō. euā. Sed pōt mo uere quō matth. dixerit: ꝙ ipsi in terrogauerunt dñm si licet curare sabbato: cū lucas hic illos potius a dño interrogatos esse perhibeat itaqꝫ intelligēdum est ꝙ illi p̄us interrogauerūt dñm: si licet sabba to curare. Deinde intelligēs cogi tationes eo᷑: aditū accusandi querentiū. cōstituit in medio eum: quē fuerat sanaturus: ꝛ interroga uit que marcus ꝛ lucas eū interro gasse cōmemorāt. Sequit. Et circū spectis oibus. Titus. Quasi colle ctis oim oculis. quinetiā incitata mente eo᷑ ad ɔsiderationē nego cij dixit homini. Extēde manum tuā. Ego tibi mando ꝗ creaui ho minē. audit āt qui lesam habebat manū: ꝛ sanus fit. vñ sequit. Et ex tendit ꝛ restituta est manus eius. Quos autem oportebat in mira culo stupere augēt malitiā. vñ se quit. Ipsi aūt repleti sunt insipien tia: ꝛ colloquebant adiuicē: quid nam facerent de iesu. Orige. Et vt narrat mattheus. Exeūt ꝛ ɔsilian tur: vt occidant eū. Cyril. Cernis o pharisee operantē diuine ac sup na maiestate liberantē languētes ꝛ mortē portas ex liuore. Beda. Hō aūt iste humanū genus significat in fecūditate boni opis arefactū ꝓ manu in p̄mo parēte ad pomū ex tensa quā sanauit innocēs manus in cruce extensa: ꝛ bene manus in synagoga erat arida: q: vbi mai⁹ donū scie: ibi transgressor maiori subiacet culpe. Ambro. Audisti igi tur verba dicētis. Extende manū tuā. Cōis ista generalisqꝫ medici

Consensus euāgelic⁹.

na est. ꝛ tu qui putas manū habe re te sanā: caue ne auaricia vel sa crilegio ɔtrahat. Extēde sepi⁹ eā: vt ꝓximū iuues: vt vidue p̄sidiū feras: eripias iniurie quem vides iniuste ɔtumelie subiacere. exten de ad pauperē qui te obsecrat: ex tende ad dñm p̄ peccatis tuis: sic manus extendit: sic sanat.

¶ Factū est aūt: in illis dieb⁹ exijt in montē orare: ꝛ erat p̄ noctās in oratione dei. Et cū dies factus esset vocauit disci pulos suos: ꝛ elegit duodecim ex ipsis quos ꝛ aplos noiauit simonē quē cognoiauit petrū ꝛ andreā fratrē eius: iacobū ꝛ ioannē: philippū et bartholo meum. mattheū et thomā: ia cobū alphei: et simonē qui vo catur zelotes: ꝛ iudā iacobi: et iudā scarioth: qui fuit ꝓditor.

¶ Glo. Insurgētibus aduersarijs ɔtra xp̄i miracl'a ꝛ doctrinā aplos elegit quasi defensores veritatis ꝛ testes: quo᷑ electioni orationem p̄emittit. vñ dr. Factum est aūt in il. die. exi. in mon. or. Ambro. Noli insidiatrices aperire aures vt pu tes filiū dei quasi infirmū rogare vt impetret qd̄ implere non possit. ptātis eñ obedientie magr̄ ad p̄e cepta ꝟtutis suo nos informat ex emplo. Cyril. Scrutemur igitur in his que xp̄s egit: qualiter nos do ceat orōnibus diuinis insistere: se motim. s. ꝛ secreto: nemine vidēte. an: ota quoqꝫ mūdana sollicitudi ne: vt sursum ad diuie speculatio nis intuitū erigat intentio: qd̄ desi gnat in h̄ ꝙ semotim orabat iesus exiens in montē. Ambro. Ubiqꝫ ēt sol⁹ obsecrat. dei eñ ɔsiliū humana vota nō capiūt. Nec quisq̄ in teriorū pōt esse particeps xp̄o: nō aūt ois qui orat ascendit in montē sed qui orat a terrenis ad superio ra ꝓgrediens: sed non ille qui de seculi diuitijs aut de honore sollici

Exēplū xp̄i.

iſte qui aͣplius debet:niſi nos qbꝰ
amplius creditum eſt? Illis credi=
ta ſunt eloquia dei.nobis creditur
virginis partꝰ hemanuel.i.nobiſcũ
deus:domini crux: mors : reſurre=
ctio:itaq; non eſt dubium ꝙ plus
debet qui plus accipit ſm homines
plus fortaſſe offendit:qui plus de=
buerit. Sed per miſericordiam do=
mini cauſa mutatur:vt amplius di
ligat qui amplius debuit:ſi tñ gra
tiam conſequatur. Et ideo quoniã
nihil ẽ quod digne deo referre poſ=
ſimus.veh mihi et ſi non dilerero.
Reddamus ergo amorem pro debi
to:aͣplius enim diligit cui donatur
amplius. Ca.viij.



T factum eſt dein
ceps et ipſe iter fa
ciebat per ciuita
tes et caſtella pre=
dicans et euãgeli=
zans regnum dei :et duodecim
cum illo:et mulieres alique .q̃
erant curate a ſpiritibus mali
gnis et infirmitatibus; maria
que vocatur magdalene : de q̃
ſeptem demonia exierant: et
ioanna vxor chuze procurato
ris herodis:et ſuſanna et alie
multe q̃ miniſtrabant ei de fa
cultatibus ſuis.

¶ Hiero. Qui celitus deſcẽdit vt ex
emplum fieret nobis et forma in=
ſtruit nos non pigritare in docen=
do.vñ dicitur. Et factum eſt dein=
ceps et ipſe iter faciebat per ciuita
tes et caſtella predicans et euange
lizans regnum dei. Grego.nazanze
nus. Uadit quippe de loco in locũ
non ſolum:vt plures lucret: ſed ẽt
vt multa dedicet loca. Dormit labo
rat:vt ſomnũ et laborẽ ſanctificet:
plorat vt det precium lachrymis:p̃=
dicat celeſtia:vt audiẽtes exaltet.
Titus. Qui enim de celo ad terrã
deſcendit: annunciat habitantibus
terram regnũ celeſte :vt terrã in ce
lum conuertat. Quis autem predi=
care debebat regnũ dei:niſi filius
dei cuius eſt regnũ:venerunt plu= Regni dei ãnunciatio.
res prophete.non tamen predicaue
runt regnũ celorum . nam qualiter
eorum que non viderunt ſermonẽ p̃
tenderẽt? Iſido.abbas . Hoc autẽ
regnum dei aliquibus videtur al=
tius ⁊ melius regno celeſti:quibuſ
dam vero vnum et idem ſm eſſen=
tiã ſed diuerſimode notari:aliqñ
quidẽ regnũ dei a regnante: aliqñ
autẽ regnũ celorũ a ſubditis ange=
lis et ſanctis qui celi dicuntur. Be=
da. More autem aquile prouocan=
tis ad volandum pullos ſuos domi
nus pedetentim diſcipulos ſuos ad
ſublimia erigit. Siquidẽ primo do
cet in ſynagogis et miracula facit
ex his duodecim quos apoſtolos
nominat elegit : poſtmodum oẽs
predicans ſecũ ducit.vñ ſequit. Et
duodecim cũ illo. Nõ docẽtes aut p̃di
cãtes ſꝫ inſtruẽdi ab eo. Ne aũt temi
neꝰ ſexꝰ phiberi videretur ſeq̃ xp̃s
ſubdit. Et mulieres alique q̃ erant
curate a ſpiritibꝰ malis et infirmi=
tatibꝰ. Maria que vocatur magda
lena d q̃ ſeptẽ demõia exierãt. Bed.

Maria magdalena ipsa est cuius tacito nole ppria lectio penitentiã notat. Magdalena bynomia Nã pulchre euangelista vbi eã cum domino iter facere cõmemorat: nominato hanc vocabulo manifestat. vbi vero peccatricem sed penitentẽ describit mulierem generaliter dicit: ne nomen tante fame prisci erroris nota fuscaret de qua demonia septẽ exisse referuntur. Grego. in home. Quid enim per septẽ demonia nisi vniuersa vitia intelligunt? Qr em septem diebus omne tẽpus comprehenditur: recte septenario numero vniuersitas figuratur. Septẽ ergo demonia maria habuit: q̃ vniuersis vitijs plena fuit. Sequitur. Et ioanna vxor chuze procu. hero. et susanna et alie multe que ministra. ei de facultatibus suis. Hiero. contra vigilantium. Consuetudinis iudaice fuit. nec ducebatur in culpã more gentis antiquo: vt mulieres de substantia sua victũ atq; vestitum preceptoribus darent: hoc qr scandalũ facere poterat in nationibus paulus se abiecisse cõmemorat. Ministrabant autẽ dño de substantia sua. vt meteret earum carnalia cuius ipse metebãt spiritalia: nõ q; indigeret cibis dominus creaturarũ: sed vt typum ostenderet magistrorũ: q; victu atq; vestitu de discipulis deberent esse contẽti. Beda. Interpretaꝛ aũt Maria amarũ mare propter penitentie rugitũ. Magdalena turris: vel melius turrita: a turre de qua dicit. Factus es spes mea turris fortitudinis: a facie inimici. Joanna domini gratia eius: vel dñs misericors interpretatur: videlicet qr eius ẽ omne quod viuimus. Si autẽ maria mundata a sorde vitiorum ecclesiam de gentibus insinuat: cur non ioanna eandem designat ecclesiaꝫ quondam idolorũ cultui subditã? Naꝫ quilibet malignus spiritus duꝫ pro regno diaboli facit: quasi herodis procurator existit. Interpretatur susanna lilium aut gratia eius ppter odoriferũ celestis vite cãdorẽ aureũq; interne dilectiõis ardorem.

¶ Cũ aũt turba plurima conuenirent et de ciuitatibus ppeꝛarent ad eũ: dixit per similitudinẽ. Exiit qui seminat seminare semen suũ. Et duꝫ seminat: aliud cecidit secus viã et cõculcatũ est: et volucres celi comederũt illud. Et aliud cecidit supra petrã et natũ aruit: quia nõ habebat humorẽ. Et aliud cecidit inter spinas et simul exorte spine suffocauerũt illud. Et aliud cecidit in terrã bonam: et ortũ fecit fructũ centuplũ. Hec dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius que esset hec parabola? Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni dei: ceteris auteꝫ in parabolis vt videtes nõ videãt et audientes nõ itelligãt. Est aũt hec parabola. Semẽ est ɫbũ dei. Qđ aũt secus viã: hi sunt q̃ audiũt: deinde venit diabolus et tollit verbum de corde eorum: ne credentes salui fiant. Nam qđ supra petram: hi sunt qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent. quia ad tempus credunt: et in tempore tentationis recedunt. Qđ autem in spinas cecidit: hi sunt qui audierunt. et a solicitudinibus et diuitijs: et voluptatibus vite euntes suffocantur et non referunt fructum. Qđ autem in bonam terram: hi sunt qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent et fructuꝫ afferunt in patientia.

¶ Theo. Quod dauid in persona xpi prędixerat: aperiam in parabolis os meũ: hoc dñs implet. vñ dr. Cũ aũt tur. plu. conue. ⁊ de ciuita. ppe. ad eũ. dixit p similitudinẽ. Loquitur autẽ dñs per similitudinẽ. primo quidẽ vt attẽtiores faceret auditores: cõsue uerũt enim hoies in obscuris se exercitare: ⁊ spernere manifesta deinde vt nõ caperẽt indigni q̃ mystice dicebantur. Orige. Et ideo signãter dr. Cũ turba plurima conueniret. Non enim sunt multi: sed pauci q̃ per artam viam incedũt: et qui inueniũt viam que ducit ad vitã. vnde mattheus dicit q̃ extra domũ docebat per parabolas: sed intra domũ parabolã discipulis exposuit. Euse. Satis aũt cõgrue xps primũ ppõnit parabolã multitudini: nõ solũ tũc astantiũ: sed etiã futuroꝝ post illos inducentẽ ad audientiã verborũ suoꝝ cũ dicit. Exijt q̃ seminat seminare semẽ suũ. Beda. Satorẽ istũ nullũ melius q̃ filiũ dei intelligere possimus: qui de sinu pr̃is q̃ creature nõ erat accessus egrediẽs: ad hoc venit in mundũ vt testimoniũ phiberet veritati. Chry. Exijt aũt q̃ vbiq̃ est nõ localiter: sed p amictũ carnis nobis appropinquauit. Decẽter aũt aduẽtũ proprium xps exitũ nolat. eram⁹ enim exclusi a deo: ⁊ sicuti condẽnati ⁊ rebelles regi eiecti sunt: qui h̃o cum reconciliare vult eos: exeundo ad ipos extra cũ eis loquitur: donec dignos iã factos aspectu regio eos introducat: sic ẽt xps fecit. Theo. Exijt aũt nũc nõ vt agricolas perderet: aut cõbureret terrã: sed exijt seminare. sepe enim agricola qui seminat ob aliã cãm exijt nõ solũ vt seminet. Euse. Exiuerũt aũt nonnulli a patria celesti ⁊ ad hoies descenderũt: nõ tñ vt sererẽt: neq̃ enim satores erant: sed administratorij spũs in ministeriũ missi. Moyses etiã ⁊ pphete post eũ non inseruerũt holbus mysteria regni celoꝝ: sed retrahendo insipientes ab errore nequitie ⁊ idoloꝝ cultu: quasi colebant alas hoim et in nonalia redigebant. Solus autẽ olim sator verbũ dei exiuit euangelizaturus noua semina: scꝫ mysteria regni celorũ. Theo. Non cessat autẽ dei filius semp in nostris alabus seminare: non solũ cum docet: sed etiã cum creat in nostris animabus seminat semina bona. Titus. Exijt aũt vt seminaret semẽ suũ: nõ aũt accepit verbũ q̃si mutuatũ: cuꝫ ipe naturalr̃ sit v̄bũ dei viui. Nõ ẽ igitur suũ ppuũ semẽ pauli vel ioannis: sed habẽt cũ acceperũt. Christus aũt habet ppiũ semẽ proferens doctrinã ex sua natura. vnde ⁊ iudei dicebant: qualiter hic litteras nouit: quas non didicit. Euse. Docet igitur duos esse gradus eorũ qui recipiũt semina: primũ quidẽ eorũ qui digni facti sunt vocatione celesti: sed labuntur a gr̃a pter negligentiã ⁊ torporẽ. 2 dm vero multiplicantiũ semẽ in bonis fructib⁹. Ponit aũt sm mattheũ tres differentias in quolibet gradu. Nã q̃ corrumpũt semẽ nõ similẽ habent perditionis modũ: ⁊ qui ab eo fructificãt: non equã recipiũt copiam. Sane actiones perdentium ostendit semen. Quidam enim cum non peccauerint: suis aiab⁹ insita sibi semina salubria perdiderũt subtracta ab intentione et memoria eorũ per spũs malignos ⁊ demones: qui volant per aerẽ: vel viros fallaces ⁊ callidos: que volatilia nũcupauit. Vñ subdit. Et dũ seminat aliud cecidit secus viã. Theo. Non dixit q̃ seminans pieccit aliud secus viã sed q̃ semen cecidit. Qui enim seminat docet rectum sermonẽ: sed sermo diuersimode cadit in audientes: vt quidam eorum via dicantur. Et cõculcatum est: et volucres celi comede. illud. Cyril. Arida enim est et inculta quodã modo omnis via: eo q̃ a cunctis conculcatur: ac nihil ex seminibus humatur in ea. Sic igitur habentes cor indocile non penetrat diuina monitio: vt possit laudem germinare virtutum:

Exitus filij dei qualis.

Grad' duoꝝ satorum.

tum: sed tales sunt via frequentata immundis spiritibus. Sunt iterum aliqui leuiter gerentes fidem in se quasi in verborum simplicitate: horum fides caret radice: de quibus subdit. Et aliud cecidit supra petram et natum aruit: quia non habebat humorem. Beda. Petram dicit durum et indomitum cor. hoc est autem humor ad radicem seminis: quod iuxta aliam parabolam oleum ad lampades virginum nutriendas id est amor et perseuerantia virtutis. Euse. Sunt etiam aliqui qui per auaritiam et appetitum voluptatum et mundanas sollicitudines: quas quidam spinas nuncupant: immissum sibi semen suffocari fecerunt: de quibus subditur. Et aliud cecidit inter spinas et simul exortae spine suffocauerunt illud. Chrys. Sicut enim spine non permittunt oriri semen: sed ex condensatione suffocant immissum: sic sollicitudines vite presentis semen spirituale fructificare non sinunt. increpandus autem esset agricola qui super sentes et spinas et petram et viam seminaret. Non enim possibile est petram terram fieri: nec viam non esse viam. nec spinas non esse spinas. in rationalibus autem secus est. Possibile est enim petram conuerti in terram pinguem. et viam non conculcari. et spinas dissipari. Cyril. Sunt autem terra pinguis et ferax: anime honeste et bone: que in profundo suscipiunt verbi semina et retinent et fouent. Et quantum ad hoc subditur. Et aliud cecidit in terram bonam et ortum fecit fructum centuplum. Cum enim in mentem mundam ab omnibus perturbantibus verbum diuinum infunditur: tunc immittit radices in profundum: et germinat tanquam spica: et conuenienter perficitur. Beda. Fructum ei centuplum fructum perfectum dicit. nam denarius numerus pro perfectione semper accipitur. quia in decem preceptis legis custodia continetur. Denarius autem numerus per semetipsum multiplicatus: in centenarium surgit. vnde per centenarium magna perfectio significatur. Cyril. Que autem sit sententia parabole:

Expositio moralis.

accipiamus per eum qui eam composuit. vnde sequitur. Hec dicens clamauit. qui habet aures audiendi audiat. Basi. Audire pertinet ad intellectum. vnde per hoc dominus excitat ad exaudiendum: attente mentionem eorum que dicuntur. Beda. Quotiens enim hec admonitio vel in euangelio vel in apocalypsi ioannis interponitur: mysticum esse quod dicitur: querendumque a nobis intentius ostenditur. vnde discipuli ignorantes saluatorem interrogant. Sequitur enim. Interrogabant autem eum discipuli eius que esset hec parabola. Nemo tamen putet finita mox parabola discipulos hoc interrogasse: sed vt marcus ait: cum esset singularis interrogauerunt eum. Orige. Est autem parabola sermo quasi facti: non autem facti iuxta quod dicitur: possibilis autem fieri rerum significatiuus per transumptionem eorum que in parabola traduntur. Enigma vero est processus sermonis in his que dicuntur quasi facta que tamen non sunt facta: nec possibilia fieri: significant vero aliquid in occulto sicut quod dicitur in libro iudicum quod ligna iuerunt vt vngerent sibi regem. Non est autem ad litteram factum quod dicitur. Exijt qui seminat. sicut ea que narrat hystoria: possibile tamen fuit fieri. Euse. Dominus vero docuit eos causam quare turbis per parabolas loquebatur. vnde subditur. Quibus ipse dixit. Uobis est datum nosse mysterium regni dei. Gregorius. nazanzenus. Cum hoc audis non introducas diuersas naturas secundum quosdam hereticos qui putant hos quidem esse pereuntis nature: hos vero salubris. quosdam vero sic se habere vt eorum voluntas eos ducat ad peius vel melius. Sed addas ei quod dicitur. Uobis datum est id est volentibus et similiter dignis. Theophi. His autem qui sunt indigni tantis mysterijs obscure dicuntur. vnde sequitur. Ceteris autem in parabolis: vt videntes non vi-

Parabole ro

deant: ⁊ audientes non intelligant.
Uidere enim se putant. non vident
autem: ⁊ audiunt quidem: sed non
intelligunt. Huius ergo gratia hoc
eis christus abscondit: ne maius eis
preiudicium generetur si postq̄ no
uerint christi mysteria contempse-
rint. Qui enim intelligit: ⁊ postea
spernit: grauius punietur. Beda. Re
cte igitur in parabolis audiūt quā
do clausis sensibus cordis non cu-
rant cognoscere veritateꝫ: obliti eius
quod dominus dixerat. Qui habet
aures audiendi audiat. Gre. in ho-
mel. Dominus autem dignatus est
exponere quod dicebat: vt sciamus
rerum significationes querere etiā
in his que per semetipsuꝫ voluit ex
planare. Sequitur enim. Est auteꝫ
hec parabola. Semen est verbum
dei. Euse. Destruentium autem im
missa semina suis animabus tres
dicit esse causas. Quidam enim de-
struunt in se semen reconditum dā
tes leuiter auditum volētibus fal
lere. de quibus subdit. Quod auteꝫ
secus viā: hi sunt qui audiunt: dein
de venit diabolus ⁊ tollit verbuꝫ de
corde eoruꝫ: ne credentes salui fiāt.
Beda. Qui scilicet ā bū q̄d audiūt
nulla fide: nullo itellectu: nulla sal
tē tentande vtilitatis actione pcipe
re dignantur. Euse. Quidam vero
cum in mentis profundo non susce-
perint verbum dei: facile extinguū-
tur aduenientc aduersitate. de qui-
bus subditur. Nam qui supra pe-
trā: hi sunt qui cū audie. cū gau. su
sci. ver. ⁊ hi radi. nō hn̄. qui ad tē.
cre. ⁊ in tempo. tenta. recedunt. Cy
ril. Cum enim intrant ecclesiam le
tanter attentant diuina mysteria: sꝫ
ex leui voluntate: vt autē egressi sūt
ecclesiā: obliuiscuntur sacraruꝫ di-
sciplinaruꝫ: ⁊ si fides christiana nō — Fictio pravorum
fluctuet permanent. turbante vero
persecutione perfugaꝫ habent men
teꝫ: fides eoruꝫ caret radice. Grego.
in homel. Multi boni operis initia
proponunt: sed mox vt fatigari ad-
uersitatibus vel tentationibus ce-
perint: inchoata derelinquunt. Pe

trosa ergo terra humorem non ha-
buit: que hoc quod germinauerat:
ad fructus perseuerantiaꝫ non per
duxit. Euse. Quidaꝫ vero suffocāt
reconditum in eis semen diuitiis ⁊ il
lecebris: quasi quibusdaꝫ suffocan-
tibus spinis: de quibus subdit. Qd̄
autē in spinis cecidit hi sunt qui au
die. ⁊ a sollicitu. ⁊ diuit. ⁊ volup. vite
eun. suffo. ⁊ nō refe. fructū. Grego. i
homel. Miruꝫ quomodo dominus
diuitias spinas interpretatus sit:
cum ille pungant iste delectent: ⁊ ta
men spine sunt quia cogitationum
suaruꝫ punctionibus menteꝫ lace-
rant: ⁊ cum vsq̄ ad peccatuꝫ pertra
hunt: quasi inflicto vulnere cruen-
tant. Duo autē sunt que diuitiis iū
git: sollicitudines ⁊ voluptates: q̄
per curam mentē opprimunt: ⁊ per
affluentiam resoluunt. suffocant au
tem semen: quia importunis cogita
tionibus guttur mentis strangulāt
⁊ dum bonū desiderium intrare ad
cor non sinunt: quasi aditū vitalis
flatus vetant. Euse. Hec auteꝫ ex p̄-
uisione a saluatore p̄dicta sunt. Sic
auteꝫ se habere patefacit effectus:
nō enī aliter aliqui a verbo diuini cul
tus deficiunt: nisi sm̄ aliquē modoꝝ
predictoruꝫ ab eo. Chry. Et vt plura — Negligentia verbi dei.
breuibus cōprehendā. hi quidem
tanq̄ negligentes audire: hi tanq̄
delicati ⁊ debiles. hi vero tanq̄ ser-
ui facti voluptatis ⁊ reruꝫ mundi a
bono desistunt. Bonus etiā ordo vie
petre: ⁊ spinarū: opus est primo me
morie ⁊ cautele: deinde fortitudinis
consequenter contēptus presentiū.
Consequenter ponit bonā terrā con
trario modo se habenteꝫ ad viā et
petrā ⁊ spinas cū subdit. Quod autē
in terrā bonam hi sunt qui in corde
bono ⁊ optimo verbum retinent: et
fructuꝫ afferunt in patientia. Naꝫ
qui secus viaꝫ positi sunt: non reti-
nent verbuꝫ sed rapit eis semen dia
bolus qui vero sunt in petra: non su
stinent in patientia tentationis in-
sultuꝫ propter imbecillitatem: qui
vero sunt in spinis non fructificant
sed suffocantur. Greg. in homi. Ter

ra q̄ bona fructū p patientiam reddit: q: nulla sūt bona que agimus si non equanimiter etiam proximorū mala toleramus: fructus ergo per patientiam reddunt: quia cum humiliter flagella suscipiunt post flagella ad requiem sublimiter cum gaudio suscipiuntur.

¶ Nemo autē lucernam accendens operit eam vase: aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit: vt intrantes videant lumen. Non est enim occultuz quod non manifestet nec absconditū qd̄ si cognoscatur: et in palam veniat. Uidete ergo quid audiatis. Qui enim habet dabitur illi: et quicunq; non habet: etiam quod putat se habere auferetur ab illo.

¶ Beda. Quia supra dixerat apostolis. Uobis datum est nosse mysterium regni dei: ceteris autem in parabolis. nunc ostendit per eos aliquando etiam ceteris idem mysterium esse reuelandū dicens. Ne. au. lu. accen. ope. eā vase. aut sub. le. p. o. sed su. cande. po. vt intrā. vi. lumen. Euse. quasi dicat. Sicut lucerna accenditur vt luceat: non vt operiatur sub modio vel lecto: sic etiā secreta regni celorum in parabolis edita: q̄uis lateant alienos a fide non tamen penes omnes manifestuz habebunt sensuz. vnde subdit. Non enim est oc. quod non ma. ni. nec abscon. quod non co. et in pa. veniat quasi dicat quamuis plurima in parabolis dicta sunt: vt videntes non videant. et audientes nō intelligant propter sui incrudelitatem: totus tamen sermo patebit. Augusti. de questio. euange. Uel aliter. Totam his verbis typice docet fiduciam predicandi: nequis timore carnalium incommodorum lucē scientie abscondat: vasis eniz et lecti nomine carnē lucerne autē

Secreta fidei q̄modo reuelāda.

vocabulo verbum designat: quod ob metuz carnaliuz incommodoruz occultat qui ipsam carnem preponit manifestationi veritatis: et ea quasi operit verbuz: qui predicare trepidat. Supra candelabrum autem ponit lucernam: qui corpus suum ministerio dei subijcit: vt superior sit predicatio veritatis: et inferior seruitus corporis. Orige. Sz et qui vult adaptare lucernam perfectioribus christi discipulis: persuadebit nobis per ea que dicta sūt de ioāne: quoniaz ipse erat lucerna ardens et lucens. non decet ergo eū qui lucernam rationalē accendit in anima: abscondere eam sub lecto: vbi quis requiescit: nec sub aliquo alio vase: quia qui facit hoc non prouidet intrantibus domum quibus lucerna paratur: sed oportet superponere candelabro id est omni ecclesie. Chrysosto. Hoc autem dicens inducit eos ad vite diligentiam docēs eos strennuos eē q̄si expositos aspectib⁹ oim ac pugnantes in mūdo quasi in theatro quasi dicat ne consideretis q; manemus in modica parte mundi eritis enim omnib⁹ noti: quia tantaz virtutē impossibile est latere. Mari. Uel forsan seipsum appellat dominus lucernaz radiantem cunctis habitantibus domum id est mundum: cum sit naturaliter deus: et factus dispensatiue caro: et sic quasi lux ad instar lucerne retinetur in testa carnis per mediam animam: sicut per lychinum ignis in testa lucerne. Uocat āt cādelabrum ecclesiam supra quam perbum diuinum effulgens: quasi quādam domum illuminat radijs veritatis. Dixit autem similitudinarie vas aut lectum corporalem cultum legis sub quo contineri non vult. Beda. Instanter autem nos dominus docet verbo auscultare: vt etiam et nostro illud pectore continue ruminare: et alieno eructare sufficiamus auditui. vnde sequitur. Uidete ergo quid audiatis. Qui enim ha. da. il. et quicunq; non

ha.etiam qđ pu.se.ha.aufe. ab il- lo.q.d.tota intentione verbo quod audit: opa; date:quia q amorē ha bet verbi:dabitur illi ⁊ sensus intel ligendi quod amat:at qui verbi au diendi amorem nō habet:⁊si vel na turali igenio:vel litterato:io se cal lere putauerit exercito: nulla sapi entie dulcedine gaudebit. Sepe et desidiosus ingeniū accipit:vt de ne gligētia iustius puniatur:q: quod sine labore assequi potuit:scire con temnit:⁊ nōnunquā studiosus tar- ditate intelligentie premitur vt eo maiora premia retributionis inue niat:quo magis studio inuentiōis elaborat.

Aurea sententia

¶ Venerunt aūt ad illū mater ⁊ fratres eius: ⁊ non poterant adire cū p̄e turba. Et nuncia tum ē illi. Mater tua ⁊ fratres tui stant foris volentes te vide re. Qui respōdēs dixit ad eos Mater mea ⁊ frēs mei hi sunt qui verbum dei audiunt et fa- ciunt.

¶ Tytus. Derelictis cognatis car nalib⁹ dominus insistebat doctrine paterne:quia vero desiderabatur ꝓpter absentiam accedunt ad eu;. vnde dicitur. Vene.au. ad illūma. ⁊ fra.eius: ⁊ nō pote. adi. cum p̄e turba. Si audiuer; de fratribus do mini adijce pietatē:⁊ītellige gratiā null⁹ eni ꝫ diuinitatē saluator; fr̄ ē vnigenit⁹ ei est:ꝫ pietat; gratia cōi cauit nobis in carne ⁊ sanguine:et factus est frater noster cu; esset na tur aliter deus. Beda. Fratres ta- men domini secundum carnem di- cuntur:non filij beate Marie geni- tricis dei secundum heluidiu;: nec filij ioseph de alia vxore secundum quosdam putandi sunt: sed eorum potius intelligēdi sunt ēt cognati. Tytus. Putabant autem fratres eius:ꝙ cum eorum audiret presen tiam dimitteret populum reuerit⁹ maternum nomē;.et flexus amo- re materno. vnde sequitur. Et nū- cia.est illi. Mater tua et fratres tui foris stant vo.te videre. Chry. Cō- sidera quale erat astāte ei toto po pulo.et ab ore eius pendente iā in- choata doctrina:cum foras extra- here. Ob hoc dominus quasi incre pando:respōdit. Sequitur. Qui re spon.di.ad eos. Mater me. et fra. me. hi sunt:qui ver.dei audiūt⁊ fa- ciunt. Ambro. Moralis magister q̄ de se ceteris prebet exēplu;: prefer ri pturus ceteris quoniā qui non re- liquerit patrem aut matre; suam: non est filio dei dignus: sententie huic ipse primus se subijcit: non ꝙ materne refutet pietat; obsequia. ipsius eni preceptum est:qui nō ho norificauerit patrem et matrē mor te moriatur:sed q: paternis se my- sterijs amplius q̄ maternis affe- ctibus debere cognoscit.neq; tamē iniuriose refutātur parētes:sed re ligiosiores copule mentium docent esse q̄ corporum .ergo hic non vt q̄ dam heretici tendiculas aucupan tur mater negatur:que ēt de cruce agnoscitur:sed necessitudini corpo rali prescriptorum celestiu; forma prefertur. Beda. Mi igitur qui ver bum dei audiunt et faciunt mater domini vocantur eo ꝙ illum quoti die suo exemplo vel dicto quasi par turit in cordibus proximorum fra- tres quoq; sunt eius:cum et ipsi fa ciant voluntatem patris eius qui in celis est. Chry. Non autem hoc dicit increpādo matrem:sed eā plu rimū adiuuando. Nam si erga ce- teros solicitus erat: vt generaret eis de se debitā opinionē:mlto ma gis erga matrem: non autem ele- uasset eā ad illa fastigia si semper expectaret honorari ab eo tanq̄ a filio non autem eum dominum re- putaret. Theophi. Quidā vero hoc sic intelligunt:ꝙ xp̄o docēte quidā inuidi:subsanantes eum super do- ctrina eius dixerunt. Mater tua et fratres tui stant foris volētes te vi- dere:tanq̄ propter hoc ignobilem eū demōstrarent.et ideo qui men- tem eorum cognouit:sic eis respon-

Christ⁹ magr̄ moralis

dit:quoniam non nocet vilis consãguinitas:sed si ignobilis ds existat: audiat autẽ verbum dei: ipsum consanguineum reputat:quia tamen audire solum neminem saluat:sed magis condemnat. subiũgit. Et faciunt. Decet.n. audire et facere verbum autem dei dicit suã doctrinam quecunqꝫ enim ipse dicebat:patris erant. Ambro. Mysti ce autem non debuit foris stare q̃ christũ querebat. Unde et ille ait Accedite ad eũ et illuminamini. Si enim foris stant:nec ipsi agnoscuntur parẽtes et propter nostrum fortasse non agnoscuntur exemplum. quemadmodũ nos nõ agnoscunur si foris stemus. Illud quoqꝫ intelligere non abhorret: quia per figuram parentum demõstrat iudeos: ex quibus est christus scdm carnẽ: ecclesiãqꝫ synagoge credidit pꝛeferendam. Beda. Intus eni eo docente venientes intrare nequeũt: cuiꝰ spiritaliter intelligere dicta negligunt. pꝛeoccupans autem turba intrauit in domũ: quia differente iudea gentilitas confluxit ad xp̃m. foris autẽ stantes volunt christũ videre: qui spiritalem in lege sensũ querentes sese ad custodiam littere foris fixerunt. Et quasi christũ potius ad docenda carnalia cogũt exire q̃ se ad discẽda spiritalia cõsentiunt intrare. Sacrũ secretũ

¶ Factum est autẽ in vna dierum. et ipse ascendit in vnã nauiculã:et discipuli eius: et ait ad illos. Trãsfretemus trans stagnũ. Et ascenderunt. Et nauigantibꝰ illis obdormiuit. Et descendit procella vẽti in stagnum:et cõpellebãtur:et pꝛiclitabantur. Accedentes aũt suscitauerunt eum dicentes: pꝛeceptoꝛ perimꝰ. At ille surgens increpauit ventum et tẽpestatem aque et cessauit: et facta est tranquillitas. Dixit autem illis. Ubi est fides vestra? Qui timẽtes mirati sunt ad inuicẽ dicentes. Quis putas hic est? Quia et ventis et mari impe rat:et obediunt ei?

¶ Cyril. Qꝛ discipuli oẽs beneficiatos a xp̃o videbant:decebat etiam ipsos sensim et beneficiis xp̃i delectari:non enĩ sic̃ quis considerat que fiunt in alienis coꝛpoꝛibus et in suo:et ideo dominꝰ discipulos a mari et vẽtis exposuit. vnde dr. Factum est autem i vna dierũ:et ipe ascendit in vnã nauiculam:et discipuli eius:et ait ad illos. Transfretemus trans stagnum. et ascenderunt. Chꝛy. Uitans quidem lucas questionẽ que sibi fieri posset de tẽ poꝛum oꝛdine: dicit eũ i vna dierũ intrasse nauiculam. Cyril. Si autẽ vigilante domino. accidisset tempestas vel non timuissent discipuli: vl̃ non exhoꝛruissẽt: vl̃ nõ credidissent eũ posse tale aliq̃d facere q̃ꝓpter doꝛmit p̃stãs tp̃s timoꝛi. Seq̃r. enĩ Nauigantibus aũt illis obdoꝛmiuit. et descen. pcel. ven. in stagnũ. Ambꝛo. Supꝛa hẽs qꝛ pnoctabat i ofne: quomodo h̃ in tẽpestate doꝛmit? s; expꝛimit̃ securitas tẽpestatis: quomodo omnibus timẽtibus solꝰ itrepidꝰ q̃escebat s; q̃escebat coꝛ poꝛis sono cũ itẽderet diuinitatꝫ mysterio: nihil eni sine verbo fit. Cyril. Cum magna aũt dispensatione videtur esse pactũ: ne mox postq̃ tẽpestas inuadere cepit nauiculã: q̃rerẽt ab eo suffragium. s; postq̃ malum inualuit vt manifestioꝛ fiat diuine maiestatis ptãs. vñ dr. Et cõpellebant̃ et periclitabãt̃. Qd q̃dẽ dñs permisit exercitatiõis grã: vt cũ confessi fuerint periculũ cognoscant miraculi magnitudinẽ. Unde postq̃ magnitudo periculi in intolerabilem metũ eos vrgebat: tanq̃ aliã spẽ non h̃ntes salutis nisi solum ipsũ dominũ virtutũ eũ excitauerũt. Seq̃t̃. Acced. au. susci. eũ dicẽtes. Pꝛeceptoꝛ pim̃ꝰ. Aug. de ꝯ. euã. Matthęꝰ q̃dẽ dic. Dñe salua Consensus euãgelicus.

nos perimus. Marc⁹ aūt: Magister nō ad te attinet qz pimus? Eadem aūt est sula excitanti ū dñm volētiū q̄ saluari. Neco p⁹ est querere: q̄d hoꝝ potius xp̄o dictū sit siue eūn ali quid hoꝝ triū dixerint siue alia ꝟba que nullus euangelistaꝝ cōmemorauit: tantundē aūt valentia. q̄d ad rē interest: q̄ꝗ etiā hoc fieri potuerit: vt pluribus eū excitantibus oia: hec aliud autē ab alio diceret. Cyril. Nō autē erat po^e eos perire existente cum eis olpotente. vnde illico surgit xp̄s qui habet oium potestatē: ⁊ sedat confestim p̄cellā ⁊ ventoꝝ imperiū: ⁊ cessauit tēpestas: ⁊ facta est tranquillitas in quo ostendit se deum esse cui in psalmo dicit. Tu dominaris ptāti maris: motuz autem fluctuū eius tu mitigas. Beda. Sic igitur in hac nauigatione dñs vtrāq̄ vnius eiusdēq̄ psone naturā ostēdit dū is qui vt hō dormit i naui furorē mar⁊ vt de⁹ ꝟbo coercet. Cyril. Simul aūt cū tēpestate aquarū soluit tēpestatē aiaꝝ. vnde seq̄t. Dixit aūt illis. Ubi est fides vestra. In quo verbo ostēdit q̄ timorē non facit tentationū inductio: sed ibecillitas mētis. Sicut eī auꝝ pbat̄ in igne sic i tētatiōib⁹ fides. Aug. d̄ co. euan. Hoc aūt ab alijs euāgelistis alijs ꝟbis dictū est. Matthe⁹ eī dicit eū dixisse. Quid timidi estis modice fidei? Marc⁹ aūt ita dicit. Quid timidi estis: ne dū habetis fidē id ē illā pfectā velut granū synapis. h̄ ergo ⁊ ille ait. Modice fidei. Lucas aūt. Ubi est fides vestra? Et totuz q̄dē dici potuit. Quid timidi estis? Ubi est fides vestra? Modice fidei. vnde aliud hic: aliud ille cōmemorat. Ambrosi. Pacata igitur tempestate ad imperium christi discipuli stupefacti miraculo susurrabant adinuicē. vnde sequitur. Qui timentes mirati sunt adinuicem dicentes. Quis putas hic est quia et ventis imperat ⁊ mari: ⁊ obediunt ei? Nō āt discipli vt ignorātes eū h̄ dixerūt adiuicē. nouerāt ei eū deū eē ⁊ filiū dei ihm. admirant̄ āt tāte ptātis abūdātiā: ⁊ diuinitat⁊ glīa: q̄uis similis nobis esset et visibilis ꝺm carnem. vnde dicunt. Quis est hic. i. qualis et q̄tus et i q̄ta virtute et maiestate? Imperiosum est opus: dominatiuum pceptū: non seruilis petitio. Bed. Uel nō discipuli sed naute ⁊ alij mirant̄ qui in naui erant. Allegorice autē mare vel stagnū tenebrosus ē et amarus mundi estus. Nauicula arbor crucis. cuius beneficio fideles adiuti emersis mundi fluctib⁹ obtinent littus patrie celestis. Ambro. Itaq̄ domin⁹: q̄ se intelligit pter diuinū in terras mysteriū venisse: relictis nauē ascendit parentibus. Beda. Ascendūt āt et discipuli admoniti cū eo. vñ ipse ait. Siq̄s vult post me venire abneget semetipm: et tollat crucē suā: et sequatur me. Discipulis nauigātibus. i. fidelib⁹ seculū calcātib⁹: et futuri seculi alo quietā meditātib⁹: ⁊ per sctispirit⁹ flatū vel ēt propriū remigij conatū infidos mūdi fast⁹ certatī post terga iactantib⁹: subito obdormiuit domin⁹. i. aduenit tempus dominice passionis: et descendit procella: qz domino somnū mortis in cruce subeūte: fluct⁹ persecutionū demōiacis flatib⁹ excitati exurgūt: fluctib⁹ autē non domini patientia turbat̄ sz discipuloꝝ ibecillitas ꝯcutit̄ et trepidat: q̄ suscitarēt dñz: ne eo dormiente pereant quia cuius mortē viderāt resurrectionē optāt q̄ si differretur: ipsi i perpetuū perirent. Ui surgens increpat ventū: qz celeri resurrectione p mortē destruit supbiā diaboli q̄ hēbat iperiū mortis. Tempestatem autem aque facit cessare: qz rabiē iudeorum morti ei⁹ insultātiuz resurgēs labefacit. Ambro. Et aduertas sine tentatione neminem posse ex hoc vite curriculo demigrare: quia exercitium fidei tētatio ē. Subiecti igit̄ sum⁹ neq̄tie spiritalis pcellis: sz q̄si pugiles naute gubernatorē excitem⁹ qui non seruiat: sz impet vētis: qui et si iā nō dormiat sui corpis sōno:

Tempestas duplex.

Allegoria pulcherria

caueam⁹ tñ ne nŕi corpis somno nobis dormiãte ḡescat. Vñ aũt arguũtur q̃ p̃sente xp̃o timebant: cũ vtiq̧ ibi aderat q̃ pire nõ posset. Beda. Cui simile est: q̧ post mortẽ discipulis apparẽs exprobrauit incredulitatẽ eorũ: ⁊ sit tumidis gurgitib⁹ sedatis: patefecit cunctis potentiam sue diuinitatis.

¶ Et nauigauerunt ad regionẽ gerazenorũ que est cõtra galileã. Et cum de naui egressus esset ad terrã: occurrit illi vir quidã qui habebat demoniũ iã temporibus multis: et vestimento nõ induebat: neq̧ in domo manebat: sed in monumentis. Is vt vidit iesum: procidit ante illũ ⁊ exclamãs voce magna dixit. Quid mihi ⁊ tibi est iesu fili dei altissimi? Obsecro te ne me torqueas. Precipiebat enĩ spiritui immũdo: vt exiret ab homine. Multis enĩ tẽporib⁹ arripiebat illũ. ⁊ vinciebat cathenis ⁊ cõpedibus custoditus: ⁊ ruptis vinculis agebat a demonio in desertο. Interrogauit aũt illũ iesus dicẽs Quod tibi nomẽ est? At ille dixit. Legio. Quia intrauerãt demonia multa in eũ. Et rogauerunt illũ ne imperaret illis vt in abyssum irent. Erat aũt ibi grex porcorũ multorũ pascentiũ in monte: et rogabãt eũ vt permitteret eis in illos igredi Et permisit illos. Exierunt ergo demonia ab homine: ⁊ intrauerunt in porcos: ⁊ ĩpetu abiit grex perp̄ceps in stagnũ et suffocatus est. Quod vt viderũt factũ q̃ pascebãt fugerũt: ⁊ nũciauerũt in ciuitatẽ ⁊ in villas. Exierũt aũt videre quod factũ est. et venerũt ad iesum et inuenerunt hominẽ sedentẽ a quo demonia exierant: vestitũ ac sana mente ad pedes ei⁹ et timuerũt. Nunciauerũt aũt illis ⁊ qui viderãt. quomodo sanus factus esset a legione. Et rogauerũt illũ oĩs multitudo gerazenorũ: vt discederet ab ipsis: q̄ magno timore tenebant. Ipse aũt ascẽdẽs nauim reuersus est. Et rogauit illum vir a quo demonia exierant vt cũ eo esset. Dimisit aũt eũ iesus dicẽs. Redi ĩ domum tuã et narra quãta tibi fecit deus Et abiit p̱ vniuersam ciuitatẽ p̄dicans q̄ta fecisset illi iesus.

¶ Chry. Saluator nauigãdo vna cũ discipulis ad portũ puenit. vñ dr̄. et nauigauerũt ad re. geraze. q̄ ẽ ꝯtra galileã. Tytus. Veraciora exẽplaria nec gerazenorum hñt: nec gadaroꝝ: sȝ gergezinoꝝ. est enĩ gadara ciuitas ĩ iudea: stagnũ aũt vl' mare nullaten⁹ inueniť ĩ ea. sȝ geraza ciuitas arabie ẽ nec stagnũ nec mare iuxta hñs. Est aũt gergeza a qua gergesei vrbs ãtiq̃ iuxta tyberiacũ stagnũ: circa quã ẽ rupes stagno vicina: ĩ qđ oñdiť deiectos fuisse porcos a demõib⁹: q̄ tñ gerazar ⁊ gadara cõfiniũ hñt cũ terra gergezinoꝝ verisimile ẽ inde ad horũ terrã porcos fuisse adductos. Be. Geraza enĩ vrbs ẽ ĩsignis arabie trãs iordanẽ iũcta mõti galaad: quã tenuit trib⁹ manasse nõ lõge a stagno tyberiadis in q̃ porci p̄cipitati sunt. Chry. Cum autẽ dominus descendisset a mari: occurrit ei aliud terribilius miraculum. nam demoniacus tãq̧ seruus videns dñm suitutẽ cõfiteť. vñ sequiť. Et cũ egres. eẽt ad ter. occur. ei vir q̃dã q̃ demoniũ habebat iam tp̄ibus multis. Augu. de con. euan. Q: mattheus duos dicit fuisse demoniacos. marcus ⁊ lucas aũt vnum cõmemorant: intelligas vnũ

Exemplarium varietas

eorum fuisse persone alicuius clarioris et famosioris: quē regio illa maxime dolebat: et pro cuius salute plurimum satagebat. Hoc volentes significare duo euangeliste solum commemorandū indicauerūt de quo facti huius fama latius ꝓ clariusq̄ fragrauerat. Chry. Ut lucas elegit ex illis duobus eum qui seuior erat. vnde flebilius narrat eius infortuniū cum subdit. Et vesti. nō idue. neq̄ in do. ma. s3 i mo. Uisitant autez demones mortuorū sepulchra: volentes imbuere homines piculosa doctrina: q. s. mortuorum anime demones fiunt. Cyril. Qd autem nudus petebat defunctorum sepulchra: demoniace ferocitatis erat indicium: permittit autez quosdam dispensatiue deus sub esse demonibꝰ: vt nos perpendamꝰ per eos quales sunt demones erga nos: vt renuamꝰ eis subijci velle: e t sic vno patiente edificantur q̄ples. Chry. Qr vero hominez eū populi fatebantur accesserunt demones diuinitatem predicātes ipsius: quā etiam mare sua tranquillitate clamauerat. vnde sequitur. Is vt vidit iesuz pci. āte il. et excla. vo. ma. et dixit. Cyril. Attendas hic timorem annexum audacie et desperationi multe signū eni diabolice desperationis est in audiēdo dicere. Quid mihi et tibi est iesu fili dei altissimi: Timoris vero cum precat. Obsecro te ne me torq̄as. S3 si nosti eum esse filium dei altissimi fateris eū deū celi et terre: et eorum q̄ continentur in eis. Qualiter igitur nō tua imo sua vsurpas: et dicis. Quid mihi et tibi: Quis aūt principum terrenorum omnino sustinebit a barbaris lacessiri suo subiectos iperio. vñ seqr. P̄cipie ei spi. imūdo vt exiret ab hoie: Et necessitatē precepti ostendit subdens. Multis. enim tē. arri. il. et vincie. ca. et ꝯpe. custo. et ru. vin. age. a demo. in deserto. Chry. Unde quia nemo audebat demoniacum tenere: ipse iesus ad eum vadit alloq̄ns ipsum. Sequitur. Interroga. au. il. ie. di. Qd

Consensus euāgelicus

ti. no. est. Non velut insciꝰ nomē inquirit: sed vt confessa peste quaz tolerabat: virtus curantis gratior emicaret. Beda. Sed et nostri temporꝫ sacerdotes qui per exorcismū gratiam demones eijcere norunt: solent dicere patientes non aliter valere curari nisi oē quod ab imūdis spiritibus vigilantes dormientes sue pertulerint confitendo patēter exponant: et maxime quando corporis humani concubitum petere se ac patrare confingunt. vnde ꝛ hec confessio subditur. At ille dixit Legio. q: intra. demo. mul. in euz. Exego. niseñ. Imitantes quidā demones supernas militias et legiones angelicas dicunt se legionē: sicut et eoꝝ princeps dicit se positurꝫ thronum super astra: vt fiat altissimo similis. Chry. Postq̄ autem dominus superuenerat demonibus creaturam dei perturbantibus putabant eum propter excessum eorū que fiebāt nō expectare tēpus supplicij: et quia culpā diffiteri nō poterant: instant ne cito sustineāt penā. vnde sequit. Et roga. il. ne im. vt in abys. irent. Theo. Qd quidez postulāt demōes volētes adhuc cū hominibꝰ conuersari. Cyril. Hoc āt palā ē q̄ emule caterue maiestatꝫ diuine: ineffabili potentia saluatoris detrudebātur ad iferna. Mari. Statuit autē deus vnicuiq̄ maneries pctōꝝ ꝯsonā penā. gehēnā ignis ꝑpter carnis lcēdiū stridorē dētiū ꝑpt risuz lasciuū: itolerabilē sitz propt voluptatē et crapulā: ꝑuigilē vermē propt obliquū et malignū cor: caliginē perpetuā ꝑpter ignorantiā ꝛ fallaciā: lymbū abyssi ꝑpter supbiā: vñ demōibus tāq̄ superbis abyssus delegat. Sequit. Erat āt ibi grex mul. por. pascētiū in mōte. Augu. de ꝯ. euā. Qd marcus dixit circa mōtem fuisse gregē porcoꝝ: lucas aūt in monte non repugnat. grex. n. porcoꝝ tā magnus fuit vt aliquid eius esset in monte aliquid circa montem: erant enim duo milia porcorum sicut marcus expressit. Ambrosius. Demōes āt

Nota la bona

celestis luminis claritatē sustinere nō poterant: vt qui oculos dolēt radios solis ferre non possunt. Cyril. Et ideo turba immūdorū spirituū petit mitti in ꝯformē sibi gregē immūdorū porcoꝝ. Seqꝛ. Et roga. eū: vt pmit. eos i il. igredi. Athana. i vita anthonij. Qz si sup porcos ptātē non habent multo magis nullā habent demones contra hoies factos ad imaginē dei. oportet ergo deū solū timere: cōtēnere aūt illos. Cyril. Dñs aūt concessit eis ptātē. vt hoc inter cetera fiat nobis cā salutis et roboris spes. Seqꝛ. Et pmisit illos Considerare ergo oportet ꝙ demones praui sunt et hostiles his q̄ eis sunt subditi: vt pōt patere ex eo ꝙ ꝓcipitauerūt suffocauerūt in aqs. vñ sequiꝛ. Exi. ergo demo. ab ho. et intra. i por. ⁊ impe. abijt grex p precepa in sta. ⁊ suffo. ē. Et ideo ꝯcessit eis xp̄s petētibus: vt ex euentu appareat ꝙ sint crudeles. Erat etiaꝫ necessariū ostēdere filiū dei ꝓuidētiā rerū habere nō minus ꝙ pater vt equalitatis decor in vtroqꝫ appareat. Tit⁹. Fugā aūt pastores arripiūt: ne cū porcis pirēt. vñ seqꝛ. Qđ vt vide. fa. q̄ pasce. fu. ⁊ nū. i ciui. ⁊ in vil. ⁊ hmōi terrorē ciuib⁹ intulerūt. Durit aūt eos ad saluatorē dāni necessitas. Sequitur. Exi. au. videre. qđ fa. est: et ve. ad iesum. Ubi cōsidera ꝙ dū deus homines punit in rebus confert beneficium alabus. Cū autē ꝓfecti eēnt: viderunt sanū eū q̄ iugiter vexabaꝛ. Sequiꝛ. Et inue. ho. se. a quo demo. exi. vestitū. Qui antea cōtinuo nud⁹ erat ac sana mēte ad pedes eius. nō eñ discedit a pedibus a quib⁹ est nact⁹ salutē: ⁊ sic agnoscētes signū: mirati sunt passionis remediuꝫ: ⁊ obstupuerūt in facto. Sequiꝛ. Et timuerunt. Hoc aūt factū partim visu cōperiūt partim verbis audiuerant. Sequiꝛ. Nunciauerūt autē illis q̄ viderāt quomodo sanus factus est a legione. Oportebat aūt eos supplicare domino ne inde recederet: sed custos esset regionis ne demones haberent accessum ad eos: sed pre timore ꝓpriā salutē amiserūt rogantes saluatorem recedere. Sequiꝛ. Et rog. il. om. multitu. regionis gerazenorū vt discederet ab ipsis: quia timore magno tenebātur. Theo. Timebant eñ ne iterū dānū aliquod paterēꝛ: sicut passi fuerāt in submersione porcorū. Chry. Attēdas autem christi hūilitatē. postꝙ enim collatis a se talib⁹ beneficijs emittebant eū: non obstat: sed discedit: eos qui seipsos idignos sua doctrina ꝓmulgauerāt relinquēs. Sequitur. Ipse aūt ascendens nauim reuersus est. Titus. Sꝫ eo discedēte ille qui passus fuerat a saluatore nō discedit. Sequiꝛ. Et rogabat illū a quo demonia exierāt vt cū eo esset. Theophi. Nā sicut expertus timebat ne forte elongatus a iesu rursus demonibus esset paratus: dñs aūt ostēdit ei ꝙ q̄uis nō sit cū eo ꝑsentialiter: tñ pōt cū gratia sua ꝓtegere. Sequiꝛ eñ. Dimisit autē eū iesus dicens: Redi in domū tuā ⁊ narra quanta tibi fecit deus. Nō aūt dixit. Quanta tibi feci ego. formā prebens humilitatis: vt rectitudines nostras referamus in deum. Titus. Nec tñ preuaricaꝛ in lege veritatis: quicquid eñ filius opaꝛ: pater operatur. Cur aūt qui vbiqꝫ oēs liberatos monebat nulli dicere huic liberato a legione dicit: narra q̄ta tibi fecit deus? q. s. tota regio illa deū ignorabat irretita⁹ cultib⁹ demonū. Uel verius: qñ quidem ad patrē retorquet miraculū diꝛ. Narra: cum vero loquiꝛ de seipso monet nulli dicere. Ille aūt qui liberatus est a demonibus: nouerat deū esse iesuꝫ: ⁊ ideo predicauit quāta fecit illi iesus. Sequiꝛ enim. Et abijt ꝑ vniuersam ciuitatē ꝑdicās q̄ta illi fecit iesus. Chry. Et sic illos q̄ se indignos sua doctrina ꝓmulgauerant derelinquens: statuit eis eū in magistrū qui fuerat a demonibus liberatus. Beda. Mystice aūt gerasa significat nationē gentium: quas post passionē: ⁊ resurrectionem suā

Puni-tio diui-na.

Sēsus mystic⁹.

dominꝰ per predicatores visitauit. vnde gerasa vel gergesi vt quidam legunt: interpretatur colonū eiiciēs id est diabolū: a quo prius incolebatur vel aduena ꝓpinquās qui ꝓus longe erat. Ambro. Licet autē discordet, numerus curatorum a christo sm̄ lucam et mattheū: tamen cōcordat mysterium. Ut enim iste qui habebat demoniū populi gentilis est figura: duo quoqꝫ illi similiter figuram populi gentilis accipiunt: qm̄ cū tres filios noe generauerit: sem: cham: et iaphet: sem tantūmodo familia in possessionē accita est dei: et ex duobus illis diuersarū nationum populi pullularūt: qui multis inquit temporibus habebat demonium: vtpote qui a diluuio vsqꝫ ad aduentum domini vexabatur. Nudus autem erat: q: tegumentū nature sue ⁊ virtutis amisit. Augu. de que. euan. In domo non habitabat: hoc est in conscientia sua nō requiescebat. In monumentis manebat id est in mortuis operibus hoc est peccatis delectabatur. Ambro. Uel quid sunt corpora perfidorum: nisi quedā sepulchra in quibus dei verba nō habitant? Augu. de que. euā. Qđ aūt cōpedibus ferreis ⁊ cathenis ligabatur significat graues et duras leges gentiū: quibus etiā in eorū republica peccata cohibentur: q̄ aūt vinculis talibꝰ diruptis agebatur a demonio in desertū: significat q̄ etiā ipsis transgressis legibꝰ ad ea scelera cupiditate ducebatur: que iā vulgarē consuetudinē excederet. q̄ vero in eo legio demonum erat: significate sunt gentes que multis demonibus seruiebant. q̄ in porcos pascentes in mōtibus demonia ire concessa sunt: significat etiam immundos et superbos homines quibus demonia dominantur propter idolorum cultus. Ambro. Porci enim hi sunt qui immundorū vsu animalium vocis et rationis expertes: luculētis vite sue actibus: naturalium coinquinauerunt ornamenta virtutū Augustinus de que. euan. Qđ aūt in stagnum precipitati sunt significat q̄ iam clarificatur ecclesia: et liberato populo gentium a dominatione demoniorum in abditis agūt sacrilegos ritus suos: qui christo credere noluerunt: ceca et profunda curiositate submersi. Ambro. Impetu autem ferūtur in preceps: quoniam nullius meriti contemplatione reuocantur: sed tanqꝫ de superioribus ad inferiora per improbitatis procliue detrusi: inter fluctꝰ mūdi huius intercluso peūt spiritus cōmeatu. Neqꝫ enim in his qui fluido estu voluptatis huc atqꝫ illuc feruntur illius spiritus potest esse vitale commercium. Uidemus igitur: quia homo ipse sue est auctor erūne: nā nisi quis porci more vixisset: nūqꝫ accepisset in eum diabolus potestatem: aut si accepisset non vt perderet: sed vt probaret: et fortasse diabolus: quia post domini aduentum bonos iam deprędari non poterat: non omnium hominum sed leuium querit interitum: vt latro nō armatis sed insidiatur inermibus. Uiderunt hoc magistri gregum et fugierunt. Neqꝫ enim vel philosophie professores vel principes synagoge pereuntibus populis possunt ferre medicinam. solus est christus qui aufert peccata populorum. Augusti. de que. euan. Uel q̄ porcorum pastores fugientes ista nūciauerūt: significat quosdam primates impiorum tāqꝫ christianam legem fugientes. potentiā tamen eius pergentes stupendo et mirando predicare. q̄ autem geraseni cognoscentes quod factum est: rogant iesum vt ab eis discederet magno timore perpulsi: significat magnitudinem vetusta suauitate delectatam: honorare quidem: sed nolle pati christianā legem: dū dicunt. q̄ eam implere non possunt. Admirantes tamen fidelem populum a pristina perdita conuersatione sanatū. Ambro. Uel in gerasenorū ciuitate species synagoge vi

Homo est causa sui mali.

detur existere:qui rogabāt vt disce
deret.quia timore magno teneban
tur.Infirma enī mens nō capit dei
verbū:nec potest pondus sustinere
sapiētie.Et iō diutius molestus nō
fuit:sed ascēdit ab inferioribus ad
superiora. a synagoga.s. ad eccle=
siā:et egressus est per stagnuz. ne=
mo em̄ de ecclesia ad synagogā si=
ne periculo transit salutis : sed ille
qui de synagoga ad ecclesiā transi
re desiderat: crucē suā tollat:vt di=
scrimē euadat. Augu.de con.euan.
Dominus q̃re remisit demoniacum Qḋ aūt ille sanatus cupit iā esse cū
christo et dicitur ei. Redi in domuz
tuā:et narra quanta tibi fecit deus
sic intelligitur:vt sicquisquis intel
ligat post remissionē peccatorū re=
deundū sibi in conscientiā bonā si=
cut in domum et seruiendum euan
gelio propter aliorū salutē:vt dein=
de cum christo requiescat: ne cū pre
propere vult esse cum christo negli=
gat mysteriū predicationis frater=
ne redemptiōi accōmodatū.
Factū est autē cum redisset
iesus excepit illuz turba. Erāt
autem omnes expectantes eū.
Et ecce venit vir cui nomē iai=
rus: et ipse princeps synagoge
erat;et cecidit ad pedes iesu ro
gans eum:vt intraret in domū
eius:quia vnica filia erat ei fe=
re annorū duodecim: ⁊ hic mo
riebatur. Et contigit dū iret:a
turbis comprimebatur. Et mu
lier quedā erat in fluxu sangui
nis ab ānis duodecim:q̄ in me
dicos erogauerat omnē substā
tiā suā:nec ab vllo potuit cura
ri: Accessit retro et tetigit sim=
briā vestimenti eius⁊:cōfestim
stetit fluxus sanguis eius. Et
ait iesus. Quis est qui me teti=
git? Negantibus autem omni=
bus dixit petrus ⁊ qui cum illo
erant. Preceptor:turbe te com
primunt et affligunt ⁊ dicis q̄s
me tetigit? Et dixit iesus. Teti
git me aliquis? Nā et ego noui
virtutem de me exisse Uidens
autem mulier:quia non latuit
tremens venit et procidit ante
pedes eius . et ob quam cau=
sam tetigerit eum indicauit co
ram omni populo . et quem=
admodum cōfestim sanata sit.
At ipse dixit ei. Filia fides tua
te saluam fecit. Uade in pace.
Augu.de con.euā. Post narratū
apud gerasenos miraculū: transit
ad narrandū de archisynagogi fi=
lia dicens. Fa.est au.cū re.ie. exce.
il.tur.Erant autē om. expec. eum.
Theophi . Simul quidē ꝓpter do= Consensus euāgelicus
ctrinā et ꝓpter miracula. Augu.de
cō.euā. Qḋ ꝟo adiūgit. Et ecce vir
cui no.iairus.non cōtinuo factū ac=
cipiendū est:sed prius illud de cōui
uio publicanorū: sicut narrat mat=
theus:cui rei sic coniungit hoc. vt
nō possit aliud factū cōsequēter in=
telligi. Titus. Est aūt positū nomē
iudeorum causa qui tunc nouerūt
qḋ accidit:vt nomē demōstratio mi
raculi fiat . Accessit aūt nō aliquis
infimorū: sed princeps synagoge:
vt magis obturarent iudeorū ora.
vnde sequitur . Et ipse princes sy=
nagoge erat. Accessit autez ad chri
stum causa necessitatis:viget enim
aliquando dolor ad agendum etiā
que decent secundum illud psal=
mi. In chamo et freno maxillas eo
rū constringe:qui nō approximant
ad te. Theo. Unde necessitate in=
stante cecidit ad pedes eius . Se=
quitur . Et ceciderit ad pedes ie=
su Decebat autem vt absq̄ necessi=
tate cogēte caderet ad pedes eius:
et cognosceret ipsum deum esse.
Chrysostomus. Sed cōsidera eius
inertiam : querit enim a christo vt
in domum veniat. Sequitur . Ro=
gās eū:vt intra.in do.eiꝰ ignorans
sez q̄ absens poterat liberare.nā si

sciuisset: dixisset sicut centurio. Dic verbo et curabitur filia mea. Grec. Causa autem aduentus eius ponitur cum subditur. Quia vni. fi. erat illi. domus fundamentum successio generis. Fere annorum. xij. in ipso. s. flore etatis: et hec moriebatur. pro thalamis efferenda ad tumulum. Chry. Aduenerat autem dominus non vt iudicaret mundum: sed vt saluaret. quapropter non examinat dignitatem petentis: sed equanimiter arripit opus sciens quod maius erat futurum eo quod querebatur. vocabatur autem ad remedium egrotantis: nouit autem se suscitaturum iam mortuam et ipsturum terrenis firmam spem resurrectionis. Ambro. Suscitaturus autem mortuam ad faciendum fidem emorroissam ante curauit: sic vt et resurrectio temporalis in passione domini celebrabatur vt perpetua illa crederetur. Et contigit dum iret a turba comprimebatur. Cyril. Quomaximum erat iudicium quod veram carnem induerat: et omnem conculcaret superbiam. neque enim a longe sequebatur: sed cum circundabant. Grego. Quedam ei mulier graui morbo detenta: ob cuius infirmitatis curam medici omnes diuitias consumpserant: solam spem in tanta diffidentia reperit: vt procideret domino. de qua sequitur. Et mulier que erat in flu. san. ab an. xij. que in me. ero. om. substantiam nec ab vl. po. cu. ac. retro. Titus. Qualiter autem non est digna preconio hec mulier: que viribus extinctis corporeis ob continuum sanguinis fluxum: et tanto populo concurrente circa illum affectu roborata et fide petierat populum: et retro latens tetigerat fimbriam vestimenti. Sequitur. Teti. fim. vesti. eius. Cyril. Neque ei licebat immundis vel tangere quicque sanctorum: vel appropinquare viro sancto. Chry. Ritu autem legis hec passio reputabatur immunditia magna. alr et. Nondum enim nec ipsa habebat dignam opinionem de eo: non enim putauisset latere: sed tamen confisa de sanitate accedit. Theophi. Sicut autem cum aliquis oculum lucerne lucenti adhibet aut igni spinas statim operantur: sic quidem qui fidem affert potenti curare statim curationem consequitur. Et confe. ste. flu. san. eius Chry. Non autem sola vestimenta ipsius mulierem saluauerunt: nam et milites sortiti sunt ea intra se sed fidei eius intentio. Theophi. Credidit enim et saluata est et vt congruum fuit primo tetigit christum intellectualiter: deinde corporaliter. Grecus. Audiuit autem dominus tacitas mulieris considerationes et tacens liberauit tacentem: passus sponte sanitatis rapinam: sed postea miraculum publicat. vnde sequitur. Et ait iesus: quis est qui me tetigit? Cyril. Non enim latuit dominum perpetratum miraculum sed quod cuncta cognoscit: quasi nesciret interrogat. Grecus. Nescientibus autem discipulis quod querebatur sed putantibus de simplici quodam tactu dicere: domini questioni respondent. Sequitur enim. Negantibus autem om. di. pe. et qui cum illo erant: preceptor turbe te comprimunt et affli. et dicis quis me tetigit? et ideo dominus tactum sua responsione distinguit. Sequitur et Et dixit illis iesus. Teti. me. ali. sicut etiam dicebat. Quis habet aures audiendi audiat. Quis omnes habeant huiusmodi corporales auditus: sed non est vere audire si audiatur incaute: nec vere tangere si infideliter tangatur. Cyril. Propalat autem consequenter quod factum est: cum subditur. Nam et ego noui virtutem de me exisse. Materialiter respondet secundum opinionem audientium. hoc tamen nobis manifestatur quod ipse verus est deus: et ex eo quod prodigialiter factum est et ex sermonibus transcendit. u. naturam nostram et forsan angelicam posse quemquam virtutem emittere quasi a propria natura. Conuenit autem hoc soli superme nature: nulla namque creaturarum aliquam gerit sanandi potestatem vel etiam aliqua alia. s. miracula faciendi sed diuinitus prestitam. non enim ambitione glorie non dimisit latere diuine virtutis ostensionem qui multotiens preceperat taceri sua

Mysterium curationis

Tactus domini mystic

miracula: sed quia spectabant ad
vtilitatem eorum qui vocabantur
per fidem ad gratiam. Chry. Pri=
mo .n. soluit femineum meti:ne re
morsuz consci͂e pateretur quasi fur
ripiens gratiam. Secundo corrigit
eaz quia latere putauerat. Tertio
fidem eius exprimit cunctis vt et
alij imitentur. proditq́ꝫ non min⁹
miraculum retentione sanguinis:
dñ ostẽdit sibi cũcta patere. Cyril.
Insuper principem synagoge ꝑsua
debat indubitabiliter credere ꝙ a
laqueis mortis eripiet filiam eius.
Chry. Ob hoc autem dominus non
statim eam manifestauerat: vt ostẽ
so ꝙ omnia sibi liquẽt faciat mulie
rem predicare: quod factum est: vt
suspitione miraculum careat. vnde
sequitur. Uidens autẽ muli. quia
non la. eũ tre. ve. et procu. ante pe=
des ei⁹: ob quã cãz teti. eũ indi. co.
om. po. et quẽad. confestim sa. sit.
Orige. Eandẽ autẽ sanitatẽ quã na
cta est mulier ex conctactu ꝑbi cõfir
mauit saluator. vñ sequitur. At ip̃e
dixit illi: fi. fi. t. tesaluam fecit va=
de in pace id est esto sana a tuo fla
gello: et sanat quidez primo per fi=
dem animaz: deinde vero corpus.
Titus. Uocat autem filiam iam fi=
dei causa sanatam. fides enim gra=
tiam adoptionis ipendit. Euse. in
ecc. hysto. Dicunt autem hanc mu=
lierem in paneade que est cesarea.
philippi vnde fuit oriunda statuisse
triumphos insignes collati sibi be
neficij a saluatore: stabat nanq́ꝫ sup
altã basim ad limina domus eius
eneum simulacruz mulieris flexis
genibus: manibusq́ꝫ iunctis q̃si ꝑca
retur: ex cuius opposito aliud ere=
cũ simulacrũ ad istar viri eiusdẽq́ꝫ
materie amictum diploide et manũ
versus mulierem extendens: ante
cuius pedes super ipsam basiz alie
na spẽs plãte orta. que vsq́ꝫ ad enee
diploidis oras pertingens medici=
na omnium passionuz esse ferebat.
Hanc autez statuam dicebat repre=
sentare xp̃m: quam maxim⁹ destru=
xit. Ambro. Mystice autez reliq̃rat

in gerasensis synagogaz xp̃s: et q̃ꝫ
sui non receperant: recipimus alieni.
Beda. Uel in fine seculi dominus ẽ
ad iudeos rediturus: atq́ꝫ ab eis ꝑ
fidei confessionem libenter excipiẽ=
dus. Ambro. Quem autem putam⁹
synagoge principem esse nisi legem
cuius ꝯtemplationẽ dñs synagogã
nompenit⁹ dereliq̃t. Beda. Uel pri=
ceps synagoge moyses intelligitur
vñ: bñ iairus. i. illuminãs vel illu=
minatus vocatur: q: qui accipit ver=
ba vite dare nobis et per hoc cete=
ros illuminat. et a spiritusancto il=
luminatur. Cecidit autẽ archisyna
gogus ad pedes iesu: quia legisla=
tor cum tota patrum progenie xp̃m
in carne apparentez longe sibi ꝑfe
rendum esse cognouit. Si enim ca=
put xp̃i deus: conuenientẽr pedes ac   Allegoricus
cipiendi sunt incarnatio: qua terrã   sensus.
nostre mortalitatis tetigit. rogauit
autem intrare in domũ eius: q: ei⁹
videre desiderabat aduentum. Fi=
lia autem vnica eius est synagoga:
que sola legali est institutione cõpo
sita: q̃. xij. etatis anno: hoc est tem=
pore pubertatis appropinquãte mo
riebatur: quia nobiliter a prophe=
tis educata postq̃ꝫ ad intelligibiles
annos peruenerat: in quibus spiri
tales deo fructus gignere debebat
subito errorũ languore consternata
spiritalis vite viã amisit. et si xp̃s
non succurreret corruisset in mortẽ.
Ad puellam autẽ sanãdam pergẽs
dñs a turba comprimit: quia genti
iudee salutaria monita prebẽs car=
nalium populoruz est consuetudine
grauatus. Ambro. Ad hanc autem
principis filiam dñ properat dei ver
bum vt saluos faceret filios israel:
sancta ecclesia ex gentibus congre=
gata: que inferioruz lapsu criminũ
deperibat: paratam alijs fide pre=
ripuit sanitatẽ. Beda. Dupliciter
autem sanguinis fluxus potest in=
telligi: hoc est et super idolatrie ꝓ=
stitutione: et super his que carnis ꝛ
sanguinis oblectatione patrantur.
Ambro. Quid autez sibi vult ꝙ hec
principis filia annorum. duodecim

moriebatur: et mulier ista fluxu sanguinis ab annis duodecim laborauit: nisi vt intelligatur: quia quamdiu synagoga viguit, laborauit ecclesia. Beda. Una eni pene seculi etate synagoga i patriarchis nasci cepit. et gentilium nationē idolatria fedauit. Ambro. Sicut autem illa in medicis erogauerat omnē substātiam suā: ita congregatio gentium amiserat omnia dona nature.

Medicorū tropologia

Beda. Medicos autem intellige siue falsos theologos siue philosophos legumqꝫ doctores secularium: q multa de virtutibus vitijsqꝫ disserentes: vtilia seviuendi instituta mortalibus dare promittebant seu ipsos immundos spiritus: qui velut hominibus consulendo: se pro deo colendos ingerebant: quibus audiendis gentilitas quanto magis naturalis industrie vires expenderat: tanto minus potuit ab iniquitatis sue sorde curari. Ambro. Audiens autē egrotare populum iudeorum: sperare cepit salutis sue remedium. Temp⁹ venisse cognouit: quo medicus adesset de celo: surrexit vt occurreret fide prōptior pudore contactior. Hoc eni ē pudoris et fidei agnoscere infirmitatem: nō desperare veniā: verecunda ergo fimbriam tetigit fidelis accessit: religiosa credidit sapiens sanatā se esse cognouit: sic sancta plebs gentiū q deo credidit: peccatū erubuit vt desereret: fidem detulit vt crederet deuotionē exhibuit vt rogaret sapientiā induit vt sanitatē suā ipsa sentiret: fiduciā sumpsit: vt fateret q̄ preripuisset alienū. Retro āt tangitur xp̄s: quia scriptum est. Post dominū deū tuum ambulabis. Beda. Et ipse ait. Siquis mihi ministrat: me sequat. siue quia presentē in carne dominū non videns: vt quia pactis dispensatiōis sacris p fidem cepit vestigia eius subsequi. Greg. iiij. mora. Premēte āt turba vna redemptorē nr̄m mulier tetigit: quia carnales quoqꝫ in ecclia eū cōprimūt a quo longe sunt et soli tangunt q huic veraciter humiles adiungūt. Turba igitur premit: et non tāgit quia et importuna ē per presentiam: et absens per vitā. Beda. Uel vna credula mulier dominum tāgit: quia qui diuersis heresib⁹ inordinate affligitur: solo catholice ecclesie corde fideliter queritur. Ambro. Nō eni credūt qui comprimūt: credūt q tāgunt. fide tangitur xp̄s fide videtur. Denique vt fidē credentis exprimeret dicit. Ego cognoui virtutem de me exisse: quod est euidēt⁹ indicium: quia non intra politatem conditionis humāe atqꝫ intra corporis claustrū diuinitas coartata est: sed vltra fines nostre mediocritatis virtus exundat eterna: nō.n. humana ope plebs gentium liberatur: sed dei mun⁹ ē congregatio nationū: que etiā breui fide miserē cordiam iclinat eternā. Nā si consideremus quanta sit fides nr̄a: et intelligam⁹ quantꝰ sit dei filius videm⁹ quia comparatione eius fimbriā tāmō tangimus superiora vero vestimēti eius nequim⁹ attingere. Si igit et nos curari volum⁹: fide tāgam⁹ fimbriam xp̄i: non autē latet eum quicunqꝫ tetigerit. Beatus qui extremā partem verbi tetigerit: nā totū quis potest comprehendere?

Allegoric⁹ sensus.

¶ Adhuc illo loquente venit quidem ad principē synagoge dicens ei quia mortua est filia tua: noli vexare illū. Jesus aūt audito hoc verbo respōdit patri puelle. Noli timere. Crede tm̄ et salua erit. Et cum venisset domū nō permisit itrare secum quēquā nisi petrum et iacobū et ioānē et patrem et matrem puelle. Flebant aūt oēs et plāgebāt illā. At ille dixit. Nolite flere. Nō ē mortua puella: sed dormit. Et deridebant eū: scientes quia mortua esset. Ipse autē tenēs manū ei⁹ clama

uit dicens. Puella surge. Et reuersus est spiritus ei⁹ et sur-rexit continuo. Et iussit illi da re manducare. et stupuerunt parētes eius: quib⁹ precepit ne alicui dicerēt qđ factum erat. ¶ Chry. Opportūe dñs expectabat puelle mortē vt ꝑpalaret resurrectio nis miraculū: ꝓpt qđ ꝛ tardi⁹ ince-dit et loquit cū mliere diuti⁹ vt ar-chisynagogi filia expiraret. et hui⁹ nūcij adueniret. Vñ dr Adhuc illo loquente ve. qui. ad prin. syna. di. ei quia mor. ē fi. tu. no. ver. il. Aug. de con. euā. Sed cum mattheus ar chisynagogum non morituraȝ filiā suaȝ narret domino nunciasse: sed omnino defunctam. lucas auteȝ et marcus nonduȝ mortuā vsqȝ adeo vtvenissent postea qui mortuā nun ciarent: cōsiderandū ē ne repugna-re videatur. Et intelligendum est breuitatis causa ħ mattheum po-tius dicere voluisse: rogatum esse dominū vt faceret qđ cuȝ fecisse ma nifestuȝ est: vt. s. mortuā suscitaret. Attēdit ei nō vba pris de filia sua: sȝ qđ ē potissimū volūtatē. Sane si a lij duo vel q̄sqȝ eoꝝ p̄reȝ ɔmeōrasset dixisse qđ venientes de domo dixerūt vt iam non vexaretur iesus qꝛ puel la mortua fuisset: repugnarent ei⁹ cogitationi verba que posuit mat-the⁹. Nūc vo illđ nūciātib⁹ et phi-bētib⁹ ne magr̄ veniret: nō legit ꝙ ipse consenserit. vnde dominus nō diffidentem rephēhendit: sed credē

Consensus euāgelicus. tem robusti⁹ ɔfirmauit. vñ seqt. Je sus auteȝ au. ħ ver. resp. pa. pu. no. ti. sȝ crede tm̄: ꝛ salua erit. Athana. Fidem domin⁹ exigit ab inuocāti-bus eū non qꝛ indiget adminiculo alioꝝ: ipse nanqȝ et dñs et largitor ē fidei. Sed ne videretur ex acce-ptione personarū sua dona confer re: ostēdit ꝙ credētib⁹ fauet: ꝛne sine fide accipiāt bñficia: et ea ꝑ infide-litatē aboleāt. vult ei bñfaciēs du-rare gratiā: et sanās inconcussuȝ ꝑ manere remediū. Theo. Mortuaȝ autē suscitatur⁹ eiecit oēs: q̄si nos

docēs absqȝ inani gl'ia eē: et nihil ad demōstrationē facere: et ꝙ cum qs debet miracula perpetrare: nō decet ipȝ esse in medio plimorū: sed solitariū: et ab alijs separatum. vñ seqt. Et cū pue. ad do. nō pmis. intra. secū quēqȝ nisi petrū et ioan-neȝ et iacobū: et p̄reȝ et matrē puel le. Solos autem hos intromisit tāqȝ discipuloꝝ vertices: et potētes mi-raculū occultare. non enim volebat ipsū ań tps plurib⁹ reuelari: forte propter inuidiā iudeoꝝ. Sic et cum qs nobis inuidet non debem⁹ iustı-tias nr̄as ei reuelare: ne ei maior̄ inuidie occasio tribuatur. Chryso. Ceteros āt discipulos non assūpsit. prouocās eos ad appetitū maiorē ob id q̄ȝ ꝙ nōdū erāt plene disposi ti: vt ex alijs istos imitentur. Assum-psit ēt parētes in testes: neqȝ dice re posset fallax esse resurrectionis indiciū. Ad hoc ēt illđ nota ꝙ deflē tes exclusit a domo et idignos ostē dit huiusmōi visione. Sequitur. n. Flebant eni omnes et plangebant illā. Qđ si tunc exclusit multo ma-gis nūc: tūc ei nōdū patuerat in sō-nū mortē fuisse conuersaȝ. Null⁹ ḡ decetero se ɔtēdat iniuriā inferēs christi victorie q̄ supauit morteȝ et eā in sōnū ɔuertit. ad cui⁹ ostēsio-nē subdit. At ille dixit. Nol. fle. nō ē. n. mor. puel. sȝ dormit. Ostēdēs sin gula sibi fore i prōptu: et ꝙ eā viui ficaret: quasi suscitaret a somno: ni hilomin⁹ tm̄ deridebāt eū. Seqt ei Et deridebāt eū sciētes: qꝛ mortua eēt. Quos nō obiurgauit: nec deri-sionē repsssit vt ēt derisio fiat mortis Iudiciū. nā qꝛ vt plimū post acta mi-racula hoīes pseuerāt icreduli: ver bis ꝓprijs eos ɔuenit vt āt q̄si priss̄ disponeret ad resurrectiōis fidē te-net manū puelle. vñ seqt. Ipe āt te. mā. e. cla. di pu. surge. Cūqȝ tenuis set suscitat eā. vñ seqt. Et reuer. est spūs ei⁹ et sur. ɔtinuo. nō. n. ifudit aliā aiaȝ sȝ illā eādē q̄ expirauerat restituit. Nec solūmō suscitat: imo iubet etiā illā cibari seqt. n. Et ius sit illi da. mā. ne sȝ phantasticū eē

Testes miraculi.

videatur quod factum est: nec ipse propinat: sed alijs mandat. Sicut et in lazaro dixit. Soluite cũ ac deinde participem mense fecit. S:ec. Deinde stupefactos miraculo z pe ne clamãtes parentes cohibet ne factum predicent. Sequitur. n. Et stu. pa. e. qui. p:ec. ne alicui diceret quod factuz erat. Ostendens q lar gito: bono:um est: non autem cupi dus glo:ie: datq totum nihil reci piens. Qui vero venatur operum glo:iam aliquid quidem exhibuit aliquid vero recepit. Beda. Mysti ce autẽ saluata a fluxu sanguinis muliere: mox filia p:icipis mo:tua nunciatur: quia dum ecclesia a vi tio:um labe mundata est continuo synagoga perfidia atq inuidia so luta est. Perfidia quidem: quia in xp̄m credere noluit: inuidia vero: q: ecclesiã credidisse doluit. Ambr. Adhuc autem et seruuli p:incipis increduli erant ad resurrectionez quam iesus in lege p:edixit in euã gelio compleuit. vnde dicunt. Noli vexare illum quasi sit sibi impossi bile suscitare mo:tuã. Beda. Uel p eos significantur qui a deo destitu tum synagoge statum vident: vt re staurari posse non credant. ideoq p:o suscitatione illius supplicãduz esse nõ estimẽt: sed que ipossibilia sũt apud homines possibilia sunt apud deuz. vnde dominus ei dixit. Noli timere: crede tantuz et salua erit. Pater puelle cetus docto:uz le gis accipitur: qui si credere volue rit etiam subiecta ei synagoga sal ua erit. Ambro. Itaq cum venisset in domum: paucos future resurre ctionis arbitros asciuit: non enim a multis continuo est credita resur rectio. Que tamen tante diuersita tis est causa? Supra publice fili9 vi due suscitatur: hic remouẽt plures arbitri: sed puto q pietas ibi domi ni declaratur: q: vidua mater vni ci filij non patiebatur mo:as. est enim fo:ma sapientie in filio vidue cito ecclesiam crediturã. In archi synagogi filia credituros quidem

Mysti ca expo sitio.

iudeos: sed ex pluribus pauciores. Deniq dicente domino. Non est mo:tua puella: sed do:mit: deride bant eum. Quicũq el nõ credit: ir ridet. Fleant igitur mo:tuos suos qui putãt mo:tuos. vbi resurrectio nis fides est: non mo:tis species. s3 quietis est. Beda. Synagoga etiaz quia sponsi leticiaz qua viuere pos sit amisit: quasi inter plangentes mo:tua iacens: nec hoc ipsuz quare plangatur intelligit. Ambro. Te nens autem domin9 manum puel le sanauit eam: beat9 enim si cu ius manus sapientia teneat: indu cat i penetralia sua: iubeat mandu care panis enim celestis est dei ver bum. inde et illa sapientia que dei co:po:is et sanguinis altaris reple uit alimẽtis. Uenite inqt edite pa nes meos: et bibite vinum quod miscui vobis. Beda. Surrexit au tem puella continuo quia xp̄o ma num cõfo:tante: homo a mo:te aie resipiscit. Sũt ei nõnulli q iacente tm̃ cogitatiõe peccati sibi mo:tẽ cõ sciscunt. sed tales seviuificare signi ficans dñs: suscitauit filiã archisy nagogi. Alij vo ip3 malũ qđ dele ctãtur agẽdũ mo:tuũ suũ qsi extra po:tas efferunt: et hos se suscitare demonstrans: suscitauit filiũ vidue extra po:tas ciuitatis. Quidã vo ẽt pcti consuetudine se quasi sepe liẽdo co:rumpunt: et ad hos ẽt eri gẽdos adest grã saluato:is: iad qđ ltĩmãdũ resuscitauit lazarũ qttuo: dies i monumẽto hñtẽ. Quãto aũt grauio:ẽ mo:s aie: tãto acrio: peni tẽtis feruo: isistat. vñ iacẽtẽ i cõcla ui mo:tuã leui voce resuscitat: dela tũ fo:as iuuenẽ plurib9 dictis co: robo:at. Ad quatriduanũ vo susci tãdũ fremuit spũ: lachrymas fudit et voce magna clamauit. S3 z h no tandum q publica noxia publico egent remedio: leuia peccata secre ta queunt penitẽtia deleri. Puella in domo iacens paucis arbitris resurgit iuuenis ex domũ turbã mt ta ciuitãte suscitat lazarus de mo numento vocatus multis populis

Peccan tiuz gra dus pul chre no tantur.

innotuit. Cap. ix.



Onuocatis autez
iesus duodeci apo
stolis dedit illis vir=
tutem ꝛ potestatez
super omnia demo
nia ꝛ vt languores curarēt. Et
misit illos predicare regnum
dei ꝛ sanare īfirmos. Et ait ad
illos. Nihil tuleritis in via: neqꝫ
virgam: neqꝫ peram: neqꝫ pa=
nem: neqꝫ pecuniaz: neqꝫ duas
tunicas habeatis. Et in quan=
cunqꝫ domum intraueritis ibi
manete ꝛ inde ne exeatis. Et
quicunqꝫ non receperint vos
exeuntes de ciuitate illa etiaz
puluerem pedum vestrorum ex
cutite ī testimoniū supra illos.
Egressi āt circuibāt ꝑ castella
euāgelizātes ꝛ curātes vbiqꝫ.

¶ Cyril. Decebat institutos mini=
stros sacrarum doctrinarum posse
mira peragere: ꝛ per ipsos effectus
credi ꝙ essent dei ministri. vnde di=
citur. Conuocatis autem. xij. apo.
dedit illis virtutē ꝛ potestatē super
oīa demonia. In quo elatū supciliuz
diaboli flecti qui dicebat aliquādo.
Nō est qui ꝯtradicere valeat. Euse.
Et vt per eos veneretur genus huma
num: non solum dat eis vt prauos
spūs pellāt: sꝫ ēt ꝗlibet infirmitatē
sanent ex eiꝰ īperio. vñ sequiṫ. Et vt
lāguores curarēt. Cyril. Attēdas h
diuinā filij ptātē nature corpali non
cōuenientē agere. nāqꝫ miracula ad
erat sctis: nō natura: sꝫ pticipatiōe
spūsscti. Sup hoc aūt alijs cōcedere
ptātem prorsus alienū erat ab eoꝝ
virtute. Qualiter enim posset natura
creata sup spūs dona possidere do=
minium? At dñs nr̄ iesus xp̄s tanqꝫ
naturaliter deus existens impartit
hmōi gratiā ꝗbus vult: nō inuocās
in eos alienā virtutē: sed infundēs
ex promptuarijs proprijs. Chryso.

Mira=
culoꝝ v=
tus vñ.

Postqꝫ autem satis confortati fue=
rant ex eius comitiua: ꝛ compe=
tēs nacti sunt argumentum virtutis
eius: mittit eos. vñ sequiṫ. Et mi. il.
pdi. re. dei. ꝛ san. infir. Ubi cōsidera
ꝙ nō cōmittiṫ eis aliqđ sensibile dif
ferētie: sicut moyses ꝛ ꝓphete q̄ ter
rā ꝛ bona terrena ꝓmittebāt. hi vero
regnū celoꝝ ꝛ q̄cūqꝫ cōtinenṫ in eo.
Grego. nazazenus. Mittēs aūt di=
scipulos ad p̄dicādū dñs multa eis
iniunxit: quoꝝ summa est: sic eos vir=
tuosos esse sic constātes atqꝫ modē=
stos: ꝛ vt breuiter loquar celestes:
vt nō minus ꝓpter eoꝝ modū viuē
di qꝫ ꝓpter verbum euangelica do
ctrina ꝓpagareṫ. Et iō cū eris ꝛ ba
culi carentia ꝛ amictꝰ singularitate
mittebanṫ. Et iō subdit. Et ait ad il
los. nihil tuleritis ī via: neqꝫ vgā ne=
qꝫ paz: neqꝫ panē: neqꝫ pecuniā neqꝫ
duas tunicas habeatis. Chry. Plu
rima q̄dē per hoc cōstituebat. p̄mo
q̄dē insuspectos reddēs discipulos.
secundo sequestrāe eos a qualibet
cura: vt totū studiū adhiberēt ver=
bo. tertio docens eos ꝓpriā virtutē.
Sed forsan dicet aliqs cetera q̄dez
habere rōnē: sed nō hr̄e perā in via
nec duas tunicas: nec baculū: cuius
rei cā p̄cipit? Uolēs. s. excitare eos
in qualibet diligentia. Et vt loquar
ex hoibus angelos faciet eos: dimit=
tēs a qualibet cura vite: vt vna so=
la cura detineantur doctrine. Euse.
Uolēs igiṫ eos carere cupidine reꝝ
in sollicitudinibꝰ vite ꝓtestatus est
hec. sumebat enim experimētum fidei et
aiositatis eoꝝ qui habito in mādā=
tis extreme vitā ducere paupertatis
nō effugiūt q̄ iubenṫ: decebat ei eos
qđdā comerciū facere: ꝛ recipiētes
salubres virtutes recompēsare obe
dientia mandatorum: ꝛ cuz milites
eos faceret regni dei: accingit eos
ad pugnā in hostes: monēs colere
paupertatē. nullus enim militans
deo implicat se vite secularis nego
cijs. Ambro. Qualis ergo esse de=
beat qui euangelizat regnū dei p̄ce
ptis euāgelicis designatur: hoc est
vt subsidij secularis āminicula nō

requirat: fideiq totus inherens putet quo minus ista requirat: magis posse suppetere. Theophi. Sic enim ipsos mendicos mittit quod neque panes ipsos portare vult: nec aliquid aliud quibus indigent multi. Augu. de con. euan. Uel dominus hec possidere discipulos ac ferre noluit: non quod necessaria non sint sustentationi huius vite: sed quia sic eos mittebat vt eis hoc deberi monstraret ab illis quibus euangelium credentibus annunciarent: vt sic securi non possiderent: neque portarent huic vite necessaria: nec magna: nec minima. Ideo posuit secundum marcum nec virgam: ostendens a fidelibus suis omnia deberi ministris suis nulla superflua requirentibus. Hanc autem potestatem virge nomine significauit cum diceret. Ne quid tollerent in via nisi virgam tantum. Ambro. Sunt et qui volunt hoc ad eum deducere tractatum: vt spiritalem tantummodo locus iste firmare videatur affectum qui velut indumentum quoddam mouideatur corporis exuisse: non solum potestate reiecta contemptisque diuitijs sed etiam carnis ipsius illecebris abdicatis. Teophi. Quidam etiam apostolos non portare peram neque baculum: aut duas tunicas sic intelligunt: quod non thesaurizent. hoc enim pera innuit congregans multa. neque sint iracundi turbulenti spiritus: quod significat baculus: neque sint ficti et duplici corde: quod significat tunica duplex. Cyril. Sed diceret aliquis. vnde eis necessaria erunt? Et ideo subdit. Et in quamcunque do. intra. ibi ma. et in. ne exe. q. d. sufficiat vobis discipulorum fructus qui recipientes a vobis spiritalia vos procurabunt. Iussit autem eos in vna domo manere vt nec hospitem grauent eum s. dimittendo: nec ipsi gulositatis et leuitatis suspitionem incurrant. Ambro. Alienum namque a predicatore regni celestis asserit cursitare per domos: et inuiolabilis hospitij iura mutare. Sed vt hospitij gratia deferenda censeatur: ita etiam si non recipiantur excutiendum puluerem egrediendumque de ciuitate mandatur cum sequitur. Et quicumque non rece. vos exe. de ciui. illa: etiam pulu. uerem pedum ve excu. in testi. sup illos. Beda. Puluis excutitur de pedibus apostolorum in testimonium laboris sui: quod ingressi sunt in ciuitatem: et predicatio apostolica ad illos vsque peruenerit. siue excutitur puluis: cum nihil ab eis accipiant: nec ad victum quidem necessarium: qui euangelium spreuerunt. Chry. Nam improbabile valde est contemnentes sermonem et patrem familias se famulis benignos ostendere: vel benedictiones eorum exigere. Ambro. Uel mediocris etiam boni remuneratio docetur hospitij: vt non solum pacem tribuamus hospitibus verumetiam si qua eos terrene obumbrant delicta leuitatis receptis apostolice predicationis vestigijs auferant. Beda. Qui vero perfida negligentia vel etiam studio verbum dei contemnunt: horum vitanda communio est: excutiendus puluis pedum: ne gestis inanibus pulueri comparandis mentis caste vestigium polluat. Euse. Cum autem precinxisset dominus discipulos suos tanquam milites dei diuinis virtutibus et sapientie monitis: mittens eos iudeis vt doctores et medicos ipsi secundum hoc procedebant. vnde sequitur. Egressi autem circu. per cast. euan. et cur. vbique. Quasi doctores quidem euangelizantes: sed quasi medici prestantes remedia et verba miraculis comprobantes. puluers excussio

¶ Audiuit autem herodes tetrarcha omnia que fiebant ab eo: et hesitabat: eo quod diceretur a quibusdam: quia ioannes surrexit a mortuis a quibusdam vero quia helias apparuit ab alijs autem quia propheta vnus de antiquis surrexit. Et ait herodes. Ioannem ego decollaui. Quis est autem iste de quo ego talia audio? Et querebat videre eum.

¶ Chry. Multo transacto tempore non a principio percepit herodes facta iesu vt pateat tibi tyranni superbia: vnde dici

tur. Audiuit aūt hero. tetra. ol a q̄ fi. ab eo. Theo. Iste herodes erat filius magni herodis: q̄ pueros iteremit: sed ille q̄dē rex erat: iste autē tetrarcha. Inquirebat autē de xp̄o quis esset. vnde sequitur. Et hesitabat. Chry. Peccatores em̄ scientes et nescientes quecꝫ strepitū ptimescūt pcīm autē nemine arguēte hoiez pdit nemine accusante condēnat: et timidū et pigrū reddit delinquērem. Cā aūt timoris ponit cōsequēter cū dr. Eo q dī. a q̄. qr Joannes sur. a mor. a q̄. vo qr hel. ap. ab alijs aūt quia pph. vn̄ de anti. sur. Theophi. Judei. n. resurrectionē mortuorum expectabāt in vita carnali et in comessationibus et potibus. Sed resurgentes nō erunt in carnalibus actibus. Chry. Cum ergo audisset herodes quibus iesus vteretur miraculis ait. Joannem ego decollaui: qd̄ non erat ostentationis vbum: sꝫ cōsolantis suū timorē: et psuadētis aīe perturbate recolere q ipse eū occidit. Et qr ioannem decollauerat subdit. Quis aūt est iste de quo au. ta. Theoph. q. d. Si ioānes est a mortuis resurrexit: vidēs eū cognoscā. vnde sequitur. Et que vi. eū. Aug. de cō. euan. Lucas aūt hūc eūdem narrandi ordinem quē marcus tenens nō cogit credi rerū gestarū eūdem ordinem fuisse. In his ēt vbis marco attestat. ad hoc dūtarat q alij dixerint non herodes: ioannem a mortuis surrexisse: sed qr hesitātē cōmemorauit herodē: intelligendū est aut post illam hesitationem confirmasse in animo suo qd̄ ab alijs dicebatur: cum ait pueris suis sicut mattheus narrat. Hic est ioannes baptista: ipse surrexit a mortuis: āt ita pronunciāda sunt hec verba matthei vt hesitantem adhuc indicent.

Judeorum opinio.

¶ Et reuersi apostoli narrauerunt illi quecunqꝫ fecerunt: et assumptis illis secessit seorsum in locū desertū qui est bethsaide. Quod cū cognouissent turbe secute sunt illū: et excepit eos et loquebatur illis de regno dei et eos qui cura indigebant sanabat. Dies aūt ceperat declinare. Et accedētes duodecim dixerunt illi. Dimitte turbas vt eūtes in castella villasqꝫ q̄ circa sunt diuertant et inueniant escas: qr hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos. Vos date illis mādūcare. At illi dixerunt. Non sunt nobis plusqꝫ quinqꝫ panes et duo pisces nisi forte nos eamus et emamus in omnem hanc turbam escas. Erant autem fere viri quinqꝫ milia. Ait autem ad discipulos suos. Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos et ita fecerunt. Et discumbere fecerunt omnes. Acceptis autē quinqꝫ panibus et duobus piscibus: respexit in celum et benedixit illis et fregit: et distribuit discipulis suis vt ponerent ante turbas. Et mādūcauerunt omnes et saturati sunt. Et sublatū est qd̄ supfuit illis fragmentorum cophini duodecim.

¶ Augu. De con. euan. Mattheus et marcus ex precedentiū occasione narrant quemadmodum sit ioānes ab herode occisus. lucas autem qui iam longe sup: a de passione ioannis narrauerat postqꝫ commemorauit illā herodis hesitationem de dño q̄snā esset: cōtinuo subiūgit. Et reuer. apo. nar. illi q̄ fecerūt. Beda. Nō solū ānarrāt q̄ ipsi fecerunt et docuerūt: sed ēt q̄ ioānes eis i docēdo occupat; sit passus. vt sulvt eiuf dē ioānis ei discipuli renūciāt sicut mattheus isinuat. Isido. Qui vo dñs viros sāguinū abominat: et amorāres cū eis: si a ppijs crimib' nō discedāt post occasionē bap. dserēs occisores

Prauorum vitanda cōsortia

discessit. vñ sequitur. Et assumptis illis secess. seor. in lo. deser. qui est bethsaide. Bed. Est aũt bethsaida in galilea ciuitas andree et petri et philippi apostolorũ ppe stagnũ genezareth. Nõ aũt timore mortis hoc egit: vt quidã arbitrant: sz parcens inimicis suis ne homicidio homicidiũ iungerent: simul et oportunum sue passiõis tẽpus expectãs. Chry. Non aũt prius sed relato sibi qđ acciderat discessit manifestans p singula carnis veritatẽ. Theophi. In desertũ aũt locũ abiit dñs: qz opera turus erat miraculũ panũ: nequis diceret de ciuitate xpe existẽte oblati sunt panes. Chry. Uel vadit in desertũ locum vt nemo sequeret. Sed nec sic plebs discessit: sed comitat ipsum. vnde sequit. Qđ cũ cogno. turbe secu. sunt illũ. Cyril. Hi quidẽ postulãtes a demonibus liberari. Hi vero languorũ remotionẽ: necnõ quos eius oblectabat doctrina illũ attentissime visitabant. Beda. Ipse aũt vt potens piusqz saluator excipiendo fatigatos: docendo inscios: sanãdo egrotos: reficiẽdo ieiunos: stũ deuotione credẽtũ delectetur: insinuat. vñ sequit. Et excepit illos et lo. il. de regno dei: et eos qui cura indigebãt sanabat. Theo. Ut addiscas qz q̃ diu nos est sapientia diuiditur vbo et opere: et qđ decet dicere opata: et operari dicta. Declinante aũt die: discipuli iã incipiẽtes aliorũ curã habere: turbe miserent. vñ sequit. Dies aũt ceperat declinare. et acce. xij. et dix. illi. Dimit. tur. vt eũtes in castella villasqz q̃ circa sũt diuer. et inue. escas: qz hic in loco deserto sumus. Cyril. Sicut eñ dictũ est diuersarũ passionũ postulabãt remedia: et qz videbant discipuli solo nutu posse pfici: qđ infirmi petebant: dicun. Dimitte eos: ne amplius angant. Aspice aũt exuberantẽ mãsuetudinẽ ei⁹, q̃ rogat. nõ enim illa tantũ largit qua postulant discipuli sed sequentibus ipsum adijcit bona munifice dextre mandans eis escas exhiberi. vnde sequit. Ait aũt ad illos. Uos da. il. mã. Theo. Nõ autẽ hoc dicit eorũ respõsionẽ ignorans: sed volens ipsos inducere vt dicerent quot panes haberent: et sic magnũ ostenderetur ex eorũ confessione miraculũ panũ q̃titate audita. Cyril. Sed qđ mandabatur intolerabile discipulis erat qui nõ habebãt panes se nisi quinqz panes et duos pisces. vnde sequitur. At illi dixe. Nõ sunt nobis plusqz q̃nqz panes et duo pisces: nisi forte nos eamus et ema. in om. hãc tur. es. Aug. de con. eu ã. In quibus quidẽ verbis lucas in vnã sententiã constrinxit responsionẽ philipppi dicentis. Ducentorũ denariorũ panes nõ sufficiunt eis: vt vnusquisqz modicum quid accipiat. et responsionem andree dicẽtis. Est puer vnus hic qui habet quinqz panes hordeaceos et duos pisces: vt narrat ioãnes. Qđ enim ait. Nõ sunt nobis plusqz quinqz panes et duo pisces ad andree rettulit. responsionem. Quod vero adiunxit. Nisi forte nos eamus et emam⁹ in omnem hanc turbam escas. videtur ad respõsionem phi lippi pertinere: nisi qz de ducentis denarijs tacuit: quãqz et in ipsius andree sententia hoc posset intelligi. Cum enim dixisset. Est puer vnus hic qui habet quinqz panes hordeaceos et duos pisces adiũxit. Sed hic quid sunt inter tantos: hoc est dicere. nisi forte nos eam⁹ et emamus in omnem hanc turbã escas. Ex qua varietate verborũ: rerum autem sententiarumqz concordia satis apparet salubriter nos doceri: nihil querendum in verbis nisi loquẽtiũ voluntatem: cui demõstrãde inuigilare debent omnes veridici narratores: cum de homine vel de angelo vel de deo aliquid narrãt. Cyril. Ut ãt adhuc ad magis ardua feratur miraculum: ondit. nõ paruã fuisse multitudo virorũ cũ seqt. Erãt ãt viri fere q̃nqz milia: exceptis. s. mulierib⁹ atqz pueris: vt ali⁹ euãgelista refert. Theo. Docet autem dominus qz decet eũ

Consensus euãgelicus

hospitamur aliquē reclinare ipm:
et omnis consolationis participē fa
cere. vnde sequit. Ait aūt ad disci.
faci. il. discū. per conui. quinquage
nos: et ita fecerunt: et discū. fece. oēs
Augu. de con. euan. Qđ lucas hic
dicit quinquagenos iussos esse di=
scūbere marcus vero quinquage=
nos et centenos: ideo non mouet: q
vnus partē dixit: alter totū. verum
si ali⁹ de quinquagenis tantū cōme=
moraret: ali⁹ de cētenis tantū. valde
videretur esse contrariū: nec satis
dinosceret vtrūqꝫ dictū esse. vnū au
tē ab altero alterū ab altero esse cō
memoratū et tamē attentius consi=
deratū inueniri debuisse qđ nō fa=
teatur hoc ideo dici: q existūt sepe
aliqua eiusmodi que parū intendē
tibus: temere iudicātibus cōtraria
videant: et nō sint. Chry. Et q credē
dū erat xpm venisse a patre factur⁹
miraculū aspexit in celū. vnde seq=
tur. Acce. aūt quinqꝫ panib⁹: et duo=
bus piscibus respexit in celū. Cyril.
Hoc etiā dispēsatiue ꝓ nobis fecit
vt discamus q in principio mēse cū
frāgere debem⁹ panē: debem⁹ deo of
ferre et elicere sup ipsum bn̄dictionē
supernā. vnde sequitur. Et benedi=
xit et fregit: et disci. suis distri. vt po=
ne. ante turbas. Chry. Dat quidem
eis per manus discipulorū honorā
do eos: et ne dent obliuioni iā pera=
cto miraculo: non autem ex non en
tibus facit escas ad pascendū tur=
bas vt obturet os manichei asserē=
tis alienā esse ab eo creaturaꝫ ostē
dens se esse victualiū largitorē: et eū
qui dixit. Germinet terra. Multipli
cat quoqꝫ pisces. ad significandū q
tam mari qꝫ aride dn̄abat. bene au
tē in lāguentibus spēale gegit mira
culū: agit et bn̄ficiū gn̄ale alens oēs
etiā non languentes. vnde sequitur.
Et mandu. om. et saturati sunt. Gre
go. nisenus. Quibus nec celū flue=
bat māna nec tellus iuxta sui na=
turā ꝓducēs frumentum cornu fa=
tisfaciebat egestati: sed ex ineffabi
libus horreis diuine potentie bene
ficium affluebat. Panis paratur fa
ctus in manibus ministrantiū: nec
non per saturitatem edentium au=
gmentatur. Esum etiam piscium eo
rum necessitati non administrabat
mare: sed ille qui mari piscium ge
nus inseruit. Ambro. Non exiguo sꝫ
multiplicato cibo populum liquet
esse sanatum: vides incomprehen=
sibili quodā ritu inter diuidentiū ma
nus quas non fregerant multipli=
care particulas: et intacta frangen
tium digitis sponte sua fragmen=
ta surripere. Cyril. Necvsqꝫ adhuc
tantū ꝓuenit miraculū: sed sequit.
Et subla. est qđ superflui eis frag.
cophini. xii. Ut hinc esset manife=
sta certificatio q op⁹ charitatis i ꝓ=
ximos vberē vēdicat retributionē a
deo Theo. Et vt addisceremus qn̄tū
hospitalitas potest: et qn̄tum au
gentur nostra cū indigentibus sub
uenimus. Chry. Fecit autē supabū
dare non panes: sed fragmenta: vt
ostendat illorum panū esse reliqas
que tot facte sunt vt totidem eēnt
cophini quot et discipuli. Ambro.
Mystice autē postqꝫ illa que eccle=
sie typum accepit: fluxu curata sā=
guinis: postea qꝫ apostoli ad euā=
gelizandū sunt destinati: gratie ce=
lestis impartit alimētū. Sed qui=
bus ipartiatur aduerte: nō ociosis:
non i ciuitate quasi i synagoga vel
seculari dignitate residentibus: sꝫ
inter deserta querentibus xpꝫ. Be
da. Qui derelicta iudea q̄ prophe
tie sibi non credendo caput abstu=
lerat: in deserto ecclesie: que virum
non habebat. verbi pabula largit.
Petentem vero deserta gentiū xpꝫ
multe fidelium caterue relictis me
nibus prisce conuersationis et va=
riorum dogmatū sequuntur. Am=
brosius. Qui autem fastidiunt. ip=
si excipiuntur a christo. et cū ipsis
loquitur dei verbum: non de secula
rib⁹ sꝫ de regno. Et qui corporalis
gerunt vlcera passionis: his medi
cinā suā libēter idulget. Ubi āt my
sterij ordo seruat vt pri⁹ per remis=
sionē peccatorum vulnerib⁹ medi=
cina tribuat: postea vero alimonia

Consen sus euā gelicus

Allego rica ex positio.

mēse celestis exuberet. Beda. Die aūt declinante turbā reficit. in fine seculorū appropinquante: vel cū sol iustitie ꝓ nobis occubuit. Ambro. Quāq̄ nōdū validioribus hec turba reficiat alimentis. p̄mū eīm in modū lactis quīq̄ sunt panes. secūdū septē: tertiū ipm corpus xp̄i est esca solidior. Siquis aūt petere cibū vereꝫ ipse relictis suis oībus festinet ad dei verbū. Dū autē aliq̄s audire incipit dei verbū incipit esurire. Incipiunt apostoli esurientes videre: ꝛ si illi adhuc non intelligāt quid esuriāt intellexit christus: scit q̄ nō secularē cibū esuriant sed cibū xp̄i. nōdū eīm intellexerant apostoli cibū credentes nō esse venalē. Noverat xp̄s nos potius esse redimendos: suas vero epulas esse gratuitas. Beda. Nondū aūt erāt apostolis nisi quinq̄ panes mosaice legis: et duo pisces vtriusq̄ testamenti: que in abdito mysterioꝝ latentiū quasi aquis abyssi regebātur. Quia vero quinq̄ sunt exteriorīs hominis sensus: quinq̄ miliari ri dnm̄ secuti designant eos qui in seculari adhuc habitu positi exterioribus que possidēt bene vti nouerunt q̄ quinq̄ panibus aluntur q: tales necesse est legibus adhuc preceptis instrui. nā qui mundo ad integrū renunciant euangelica refectione sublimes sunt. Diuersi autē cōuiuantiū discubitus: designāt diuersos ꝑ orbē terrarū ecclesiarū cōuentus: qui vnā catholicā faciunt. Ambro. Hic vero panis quē frangit iesus: mystice quidem dei verbū e ꝛ smo de christo: q̄ cū diuidiꝫ augetur. de paucis eīm sermonibus populis redūdātē alimoniā ministrauit. Dedit smones nobis velut panes: qui nr̄o dū libantur ore geminantꝫ. Beda. Turbis aūt esurientibus saluator nō noua creat cibaria sed acceptis his que habuerunt discipuli benedicit: quia veniens in carne: nō alia q̄ predicata sunt p̄dicat: sed prophetie dicta mysteriis gratie grauida demonstrat. Respicit in celū: vt illuc dirigendam mētis aciē: ibi lucē scie doceat esse querendam. Frangit ꝛ ante turbas ponenda distribuit discipulis: quia legis ꝛ prophetie sacramenta eis vt ꝑ mundū predicēt patefecit. Ambro. Non ociose autem que turbe supsunt a discipulis colliguntur. quia ea que diuina sunt apud electos facilius possis q̄ apud populos reperire. Beatus ille qui potest colligere: que etiā doctis supersunt. Qua ratione aūt cophinos christus. xij. impleuit: nisi vt illud populi iudaici solueret: q: manus eius in cophino seruierunt? Hic est populus qui ante lutum in cophinis colligebat. sed iam per crucem christi vite celestis operatur alimoniam. Nec paucorum hoc munus sed omnium est. nam per. xij. cophinos tanq̄ tribuum singularum fidei firmamentum redundat. Beda. Uel per cophinos. xij. apostoli figurantur: ꝛ omnes sequentes doctores: foris q̄dem hominibus despecti. sed intus salutaris cibi reliquiis cumulati.

Quinq̄ sensus exteriores.

¶ Et factum est cum solus eēt orans erant cū illo ꝛ discipuli: ꝛ iterrogauit illos dicēs. Quē me dicūt eē turbe? At illi respōderūt ꝛ dixerūt Joannē baptistā alii aūt heliā: alij vero q: vnꝰ ꝓpheta de prioribus surrexit. Dixit autem illis. Uos aūt quē me eē dicitis? Respōdēs simō petrus dixit: Christum dei. At ille increpans illos precepit ne cui dicerent hec: dicens quia oportet filium hominis multa pati ꝛ reprobari a senioribus ꝛ a principibus sacerdotum ꝛ scribis et occidi: et tertia die resurgere.

¶ Cirillus. Sequestratus a populis dominus: et seorsum positus vacabat orationibus. vnde dicitur. Et factum est cum solus esset

orans: erant cū illo et discipuli. Formā enim in hoc seipsum constituebat docens discipulos artē facilem doctrinaliū dogmatū. reor. n. oportere populorum antistites etiā meritis precelle subditis suis in rebus necessarijs iugiter conuersantes: & illa tractantes quibus deus placatur. Beda. Aderant autem discipuli domino sed ipse patrem solus orauit. qui pōt sancti domino fidei amoris societate coniungi: vbique solus obsecrat: quia dei consilium humana vota nō capiunt: nec quisque potest interiorum particeps esse cum xpo. Cyril. Poterat at orationis negocium turbare discipulos: videbant. n. humanitus orare: quem olī viderant auctoritate diuina peragentem miracula. Ut igitur huius propelleret turbationē eos interrogat: non quia nesciret ab exteriorib⁹ sibi collata preconia: sed vt eos a plurium opinione auferret et rectam fidem eis insereret. vnde sequitur. Et interrogauit illos dicens. Quem me dicunt esse turbe? Beda. Pulchre dominus fidē discipulorum exploraturus: prius turbarum sententiam interrogat ne illorum confessio non veritatis agnitione probata sed vulgi videatur opinione formata: nec comparata credere: sed instar herodis de auditis hesitare putentur. Augu. de con. euā. Potest aūt illud mouere quod lucas dominum interrogasse discipulos suos quem illum dicerent homines: tūc dicit cū esset solus orās et adessent etiam ipsi. porro autem marcus in via dicit illos hoc ab eodem interrogatos. sed hoc eum mouet: quia nunquam orauit in via. Ambrosius Non est autem ociosa turbe opinio quā discipuli respondēt cum subditur. At illi responderūt et dixerunt ioannem baptistā quem decollatum sciebant. Alij autē heliam quem venturum putabant: alij autem quod propheta vnus de prioribus surrexit. Sed hoc querere alterius prudentie est. nam si paulo

Opinio turbe d christo.

apostolo satis est nihil scire nisi xpm iesum et hunc crucifixum: quid amplius mihi desiderandum est scire quam xpm? Cyril. Uide autem in interrogationibus elegantiam. Dirigit enim prius eos ad extrinsecas laudes: vt eis euulsis verā opinionem generet. vnde cum dixissent discipli plebis opinionē: eorū sententiam interrogat cum subditur. Dixit autē illis. Uos autem quē me esse dicitis? Oquam precipuum illud vos. Excipit eos ab alijs vt eorum vitent opiniones. q. d. Uos qui censura mea vocati estis ad apostolatum testes miraculorū meorū: quē me eē dicitis? Preuenit autem petr⁹ ceteros: fitque os totius collegij: eructatque diuini amoris eloqa: pfertque fidei cōfessionē cum dr. Rñdēs aūt petrus dixit. xpm dei. Nō ait simplr eū esse xpm dei sed magis cū articulo. vñ in greco habet. Ton christon. Nam plures diuinitus vncti diuersimode vocati sunt xpi. Quidā eni vncti fuerūt in reges: quidā in pphetas. nos āt p xpm scō puncti spū: nomē obtinui m⁹ xpi: sz vn⁹: sol⁹ ē q est xpi dei & prīs quippso solo pp rīū hñte prēz q l celis ē: sic lucas cocordat qdē in sentētijs cum mattheo: q narrauit petrum dixisse. Tu es xps fili⁹ dei viui. sz vtēs bieuiloquio ait eū dixisse xpm dei. Ambr. in vno eni hoc nomine diuinitatis & incarnatiōis expressio & fides est passionis. Cōplexus est itaque omnia qui & naturam & nomen expressit in quo summa virtutum ē Cyril. Sed notandū quod vnū confessus est esse christum prudentissim⁹ petrus contra presumentes hemanuelem in duos christos diuidere. Neque enim suscitatus est eos dicēs. Quē dicūt homines esse diuinū verbū. sed filiū hominis: quem petrus confessus est esse filium dei. In hoc ergo admirād⁹ est: & dign⁹ factus tā pcipuis honorib⁹: qui quē admirat⁹ estis forma nostra hūc credidit esse xpm prīs. s. holem factū verbū qd pcessit de prīs suba. Ambro. Dñs āt iesus xps predicari se pmo noluit

Notanda snia.

ne ullus strepit⁹ nasceretur. vñ sequitur. At ille increpans eos precepit necui diceret. Multis ex causis iubet tacere discipulos: vt fallat principē mūdi: vt declinet iactantiā: doceat humilitatē. ergo christ⁹ noluit gloriari. et tu quigñobilis nat⁹ es gloriaris? Simul ne rudes ⁊ iperfecti adhuc discipuli maxime predicationis molib⁹ opprimāt. Prohibent ergo euangelizare eum dei filiū: vt euangelizarent postea crucifixum. Chry. Opportune et dñs tūc vetuit nulli dicere q̄ ipse esset xp̄s: quatenus sublatis de medio scandalis: ⁊ crucis ꝯsūmato patibulo: habitualiter imprimeret audientiū menti cōueniens de eo opinio. nā radicatū semel ⁊ postmoduz euulsum: vix vnquā denuo insitū retinebit. Qđ aūt semel insitū ꝑseuerat imobile de facili cōcrescit. nā si petrus ex solo auditu scādalizat⁹ est: qđ q̄plures paterent cū audissent filiū dei esse: viderēt aūt crucifixū ⁊ ꝯsputū. Cyril. Oportebat ergo discipulos eū vbiq̄ terrarū ꝑdicare: hoc enim erat opus electorū ab eo ad apostolatus officiū. Sz vt sacra scriptura testat: tēpus est vnicuiq̄ rei. Decebat em̄ vt crux ⁊ resurrectio impleret: ⁊ sic sequeret apostolorū ꝑdicatio. vñ sequit. Dicens. q2 op3 filiū hoīs multa pati ⁊ reprobari a senio. ⁊ principibus sacerdotū ⁊ scribis: ⁊ occidi: ⁊ tertia die resurgere. Ambro. Fortasse q2 sciebat dñs difficile passionis ⁊ resurrectionis mysteriū et discipulos credituros: ipse voluit esse sue passionis et resurrectionis assertor.

Mysteriū insinuatur.

¶ Dicebat aūt ad oēs. Siq̄s vult post me venire: abneget semetipsum: ⁊ tollat crucē suā quotidie ⁊ sequat me. Qui em̄ voluerit aīam suā saluā facere perdet illā. Nam qui pdiderit animā suā propter me: saluam faciet illā. Quid em̄ ꝓficit homo si lucret vniuersum mūdū: se aūt ipsum perdat. ⁊ detrimētū sui faciat? Nam qui me erubuerit: ⁊ meos sermones: hunc filius hominis erubescet cū venerit in maiestate sua ⁊ patris et sanctorū angelorū. Dico aūt vobis vere sunt aliqui hic stātes: qui nō gustabunt mortem donec vidēāt regnū dei.

Cyril. Duces magnanimi strenuos in armis ad audaciā ꝓuocāt nō solū eis honores pollicēdo victorie: sed etiā ipsum pati generosum esse fatentes. Tale quid videm⁹ docere dñm iesum xp̄m: ꝑdixerat eni3 apostolis q̄ oporteret eū perpeti iudeorū calūniaꝫ: occidi: et tertia die resurgere. Ne igit putarēt xp̄3 qui dē passurū ꝑsecutiones ꝓ vita mūdi: eis vero liceret lētā vitā ducere. oñdit necessario q̄ p equa certamina gradi decet cupiētes eius glīaꝫ obtinere. vñ dī. Dicebat āt ad oēs. Bed. Pulchre posuit ad oēs qui superiora q̄ ad fidē dñice natiuitatis vel passionis pertinēt cū solis discipulis seorsū3 egit. Chry. Cū aūt saluator sit pius ⁊ benign⁹ nullū inuitū aut coactū habere vult famulū: sed spōtaneos ⁊ gratias agentes ei ꝓ famulatu. ⁊ ideo neminē cogēdo: aut necessitatē imponēdo: s3 ꝑsuadendo ⁊ bñfaciendo vniuersos volentes attrahit di. Siq̄s vult. Basi. Uitā aūt ꝓpriā in formā optime cōuersationis tradidit volentibus ei obedire cū dicit. Post me venire. nō obsecutionē corporalē insinuās: ee ēt em̄ in oībus impossibilis dño iā in celis existe: sed debitā ꝯuersatiōis ꝓ posse imitationē. Beda. Nisi autē quis a semetipso deficiat ad eū qui supra ip̄m est nō appropinquat. vñ dī. Abneget semetipsu3. Basi. Abnegatio quidē sui ipsius est totalis preteritorū obliuio: ⁊ recessus a ꝓpriis voluntatibus. Orige. Abnegat etiā aliquis seipsum dū vitam prius in malitia ꝯsuetā alteratiōe debita cōmutat: puta qui dudu3 in

Abnegatio sui q̄lis sit.

lasciuia virerat: abneget semetipsum lasciuū cū sit castus. et similiter abstinētia cuiuslibet criminis suiipsius abnegatio est. Basi. Appetitus mortis tolerāde pro xp̄o et mortificatio membrorū que sunt sup terrā. et viriliter disponi ad omne periculū sustinendū pro xp̄o et nō affici quecūq ad vitam presentem: hoc est tollere crucē suā. vñ subdit. Et tollat crucē suā quotidie. Theophi. Crucē hic dicit mortē exprobrabilē innuēs: qr si quis vult xp̄m sequi: nō dz effugere propter ipm et exprobrabilē mortē. Gre. in homi. Duobus etiā modis crux tollit: dū aut per abstinentiā affligitur corpus: aut per cōpassionē afficit animus. Grecus. Recte aūt cōiūgit hec duo: abneget semetipm et tollat crucē suā. Sicut eñi qui paratus est ascēdere crucē sumit in mente sua mortis intētionē: sicq vadit nō estimās amplius hāc vitā participare: ita qui sequi vult dnm: primo dz abnegare seipm: et sic tollere crucē: vt eius voluntas sit prompta ad oēm miseriā sustinēdā. Basi. In hoc igit cōsistit pfectio vt impossibiliter se habeat fm affectū etiā ad ipsum viuere: et habeat in promptu mortis responsum vt nequaq i seipso pfidat. Sumit aūt exordiū pfectio ab exteriorū alienatione: puta possessionū vel inanis glorie vel precise affectionis inutiliū rerū. Beda. Predictā igit crucem et quotidie tollere et ea sumpta dñm sequi iubemur: qui crucē propriā baiulauit. vnde sequit: et sequat me. Orige. Huius autē causam assignat subdēs. Qui eñi voluerit alam suā saluā facere pdet illā. i. qui vult fm vitā presentē viuere: et propriā alam in sensibilib9 cōseruare: hic eā perdet non ducēs eā ad terminos beatitudinis. Econtrario aūt subdit. Nam qui pdiderit alam suam propter me saluā faciet illā id est qui negligit sensibilia intuitu veritatis exponēs se morti: hic tanq animā perdēs pro christo eā potius saluabit. Itaq si animā saluari beatum est: relatū ad eā que est in deo salutem: debet esse et quedā bona perditio aie q̄ fit in intuitu christi. Videt etiam mihi per simile ei qd est abnegare seipsum fm predicta dicere perdere quēlibet propriā animā peccatricē: vt sumat eā que per virtutē saluatur. Cyril. Qd aūt icōparabiliter exercitiū pacis christi. superet delitias et preciosa mundi: insinuat subdens. Quid proficit homini si lucretur vniuersum mundū. seipm aūt perdat et detrimentū sui faciat? q. d. Cū aliquis aspiciens presentē dulcedinē aui vtilitatē: rennuit qdē pati: eligit aūt splendide viuere si sit opulentus: qd idei sibi cōmodū erit cum perdiderit alam? Transit enim huius mundi figura et amena velut vmbra discedunt. Non eñi pderūt thesauri impietatis: eripit aūt a morte iusticia. Gre. in hom. Qr ergo sancta ecclesia hz aliud tēpus psecutionis: atq aliud pacis: dñs vtraq tēpora designauit in preceptis. nā persecutio tēpore ponenda ē ala: qd significauit dicēs. Qui perdiderit alam. Pacis aūt tēpore ea que amplius dñari possunt frāgenda sunt desideria terrena: qd significauit di. Quid pficit homini? Plerūq aūt labentia cuncta despicimus: sed tñ adhuc humane verecūdie vsu prepedimur: vt rectitudinē quā seruamus in mente nondum exprimere valeamus in voce. Sed huic quidē vulneri cōgruum dominus subiungit medicamentum dicens: Nā qui me erubuerit et meos sermones: hunc filius hominis erubescet. Teophi. Erubescat xp̄m qui dicit. Nunq̄d credā crucifixo? Sz et sermones eius erubescit: qui euangelii ruditatē cōtemnit: qr aūt hūc dominus erubescet in regno suo: tale est sicut si aliquis paterfamilias habens seruū prauū: erubescat eū nominare. Cyril. Incutit aūt eis timorem dicens se celitus descensurum: nō in pristina humilitate et mensura proportionabili nobis: sz in gloria patris ministrātibus angelis. Sequitur enim. Cū venerit in ma-

Ale pdi- tio quō intelli- genda

Erubescere christū quis dicitur.

lestate sua ꝛ patris ꝛ sanctorum angelorum. Pessimũ igitur et damnosum notari inimicitia ꝛ operis inertia: quando tantus iudex descenderit: agminibus circũstantibꝰ angelorum. Hinc autē percipias: ꝙ carne sumpta et sanguine filius non minus est deus: ꝙ se pollicetᷣ in maiestate dei patris venturum: ꝛ ꝙ ei tanꝗ̄ iudici omniũ ministrabũt angeli: qui factus est homo similis nobis. Ambro. Semper aũt dominus sicut erigit ad premia futura virtutum: atqꝫ vilem secularium rerum docet esse cõtemptum: ita etiam infirmitatem mentis humane presentium remuneratione sustentat. Arduum quippe est crucem tollere: et animam periculis: morti corpus offerre: negare quod sis: cũ velis esse qđ non sis: raroqꝫ q̄uis excelsa virtus futuris ꝯmutat presentia. ergo bonꝰ magister nequis desperatione frangatur aut tedio: cõtinuo se vidēdũ fidelibus pollicetur dicēs. Dico autem vobis: vere sunt aliqui hic stantes qui nõ gustabunt mortē donec videãt regnum dei. Theo. Id est gloriã in qua iusti erũt. hoc autem dixit de transfiguratione q̄ forma erat future glorie: ac si diceret: sunt aliqui hic stãtes scꝫ petrus iacobus ꝛ ioannes: qui non attigēt mortē donec in tempore transfigurationis videant: in qua gloria erũt qui me cõfitentᷣ. Grego. in home. Uel regnũ dei hoc loco ṗ̄sens ecclesia vocatᷣ. ꝛ quidã ex discipulis vsqꝫ adeo in corpore victuri erãt: vt ecclesiã dei cõstructã cõspicerēt: et cõtra mũdi huius gloriã erectã. Ambro. Itaqꝫ si et nos volumus mortē non timere: stemus vbi xp̄s est. soli eñ nõ queunt gustare mortē: qui stare possunt cũ christo: i quo licet ex verbi ipsius qualitate perpēdere: nec tenuē quidē sensum mortis habituros: qui christi videantur meruisse consortia. Certe mors corporis libãdo gustetur: vita aĩe possidendo teneatur. Non enim hic mors corporis: sed anime denegatur.

¶ Factũ est aũt post hec verba fere dies octo et assumpsit petrũ ꝛ iacobũ ꝛ ioannē: ꝛ ascendit in montē vt oraret. Et facta est dũ oraret species vultus eiꝰ altera: ꝛ vestitus eius albus: et refulgens. Et ecce duo viri loquebãtᷣ cũ illo. Erant aũt moyses ꝛ helias visi in maiestate ꝛ dicebant excessum eius quem cõpleturus erat in hierusalē.

¶ Euse. Cũ dñs discipulis suis secreuꝫ apparitionis sue ꝑmulgauerit ingens mysterium: ne solis verbis credere viderentᷣ: ꝓcedit ad opera ostendens eis oculata fide imaginē regni sui. vñ dicitᷣ. Factũ est aũt post hec verba fere dies octo et as. pe. ia. ꝛ io. ꝛ ascen. in mon. vt ora. Dama. Mattheus quidē ꝛ marcus sexto die post factã ꝓmissionē discipulis: lucas aũt post octauum dicit celebratã fuisse transfigurationem nec est dissonantia in dictis: sed qui sex numerauerunt dēptis extremis primo dico et vltimo quo pollicitus est: et quo fecit: medios cõputauerũt. At q̄ octo ꝯnumerauit: vtrũqꝫ ṗdictorũ cõputauit. Sed cur nõ oẽs sed aliqui vocati sunt ad hãc visionē? Unus quidē erat q̄ solꝰ indignꝰ erat diuinitatis visione. s. iudas: sꝫ illud. Tollatᷣ impius: ne videat gloriã dei. Si solus ergo esset dimissus tanꝗ̄ inuidus ad maiorē eēt maliciã ꝓuocatus. Proinde ꝑditori tollit ꝑditionis occasionē: cum dimisit inferius reliquã apostolorꝫ ꝯgeriē. Assumpsit aũt tres vt in duobꝰ vel tribus stet oẽ verbũ. Petrũ quidē assumpsit: volens testimoniũ qđ testatus fuerat ei ostendere ṗ patris testimoniũ confirmari: ꝛ quasi presidē futurum totius ecclesie. Sꝫ iacobũ assumpsit tanꝗ̄ moriturũ pro christo ante oẽs discipulos. Ioanē vero tanꝗ̄ theologie purissimũ organũ: vt visa gloria filij que nõ subiacet tempori resonet illud. In principio erat verbũ. Ambro. Ut petrus

Confessus euangelicus

ascendit qui claues regni celorū ac cepit. Joannes cui cōmittit mater: iacobus qui primus solius sacerdo tale cōscendit. Theo. Uel assumit hos tanq̄ hanc rem celare potētes et nulli alij reuelare. Ascendit autē in montem vt oraret docens nos so litarios & ascēdētes orare ad nihil terrenorū declinantes. Dama. Aliter tamen orant serui: aliter orabat dñs serui orantis oratio est per itel lectus ascensum ad eum. sed sacer intellect⁹ christi qui sm hypostasim deo' vnitus erat: manducens nos ad ascensum quo p orationē ad deū ascenditur: & docēs q̄ aduersarius dei non est: sed tanq̄ principiū vene ratur genitorē: quin etiā alliciēs ty rannū explorantem si deus esset: qd miraculorū virtus predicabat: quasi sub quadā esca hāmū contegeret vt qui spe deificationis hāmauerat hominem: corpus amictu decenter hammaretur. vnde sequitur. Et facta est dum oraret species vultus eius altera. Cyrilus. Non tanq̄ corpore humanam formam mutante: sed quadam splendida gloria superueniente. Dama. Uidens autem diabolus orationibus refulgentem: recordatus est moysi: cuius glorificata est facies: sz moyses quidem glorificatur extrinsecus aduenicte gloria. dominus autem ex innato glorie diuine fulgore. Cū enim secundum hypostasis vnionē vna et eadē sit gloria verbi & carnis transfiguratur: non quasi accipiēs qd nō erat: sed qd erat manifestās discipulis. vnde sm mattheum dicitur: q̄ transfiguratus est coram eis et q̄ facies eius refulsit vt sol. qd enim est in sensibilibus sol: hoc in intelligibilibus deus. Et sicut sol q̄ est lucis fons de facili videri non potest: lux autem eius ex eo q̄ ad terram peruenit aspicitur: sic facies christi intensius refulget vt sol vestimēta autem eius dealbantur vt nix. Unde sequitur. Et vestitus eius albus refulgens. Illustratus scz p diuine lucis participationem.

Oratio xpisti.

Dis aūt ita se habentibus: vt vnus ōnderet dñs noui & veteris testamēti: & hereticorū ora obturenē & fides fiat resurrectionis: necnō q̄ transfigurabat viuorū & mortuorū dñs crederet. Moyses & helias tanq̄ famuli assistunt dño in gl'ia. vñ sequit. Ecce duo viri loquebant cum illo: erāt aūt moyses & helias visi in maiestate. Oportebat eñi vt videntes cōseruorū gl'iam & fiduciā mirarent quidē piū dñicū descensum: zelarēt vo eos qui prius laborauerant: visuri amenitatē futurorū bonorū: et magis fortificarent i laborib⁹. nā q̄ laborū nouerit emolumenta: labores facilius tolerab t. Chry. Aliter quoq̄ qm vulgus asserebat eū esse heliā. vl' hieremiā: vt discerneretur inter dñm & famulos: & vt pateat eū nō esse aduersariū dei & legis trans gressorē: eos sibi assistentes mōstrauit. Nō eñi legislator moyses: & qui p gl'ia diuina zelat⁹ est helias astitissent ei: sed & pp virtutes virorū demonstrandas. nā vterq̄ p mādatis diuinis q̄pluries se morti expo suerat. Uolebat etiam discipulos eos imitari in regimine populi: vt fierent mites sicut moyses: et zelantes sicut helias. Inducit etiam omnes vt ostendat crucis gloriam: ad consolandum petrum et alios passionem timētes. vnde sequitur. Et dicebant excessum eius quem completurus erat in hierusalem. Cyrilus. Uidelicet mysterium dispensationis in carne: necnon salutiferam passionem completam in venerabili cruce. Ambro. Mystice autem post verba predicta transfiguratio christi ostenditur: quoniaz is qui verba christi audit et credit resurrectiōis gloriam videbit. octaua enim die facta est & resurrectio. vnde et pleriq̄ psalmi pro octaua scribuntur: aut forte vt ostenderet nobis quod dixerat. q̄ is qui propter dei verbum perdiderit aīam suam saluam faciet eam: quoniam promissa sua in resurrectione restituet. Beda. Nam sicut ipse post sex

Consonantia testamētorum

ptimā sabbati:q̄ in sepulchro quie-
uerat a mortuis resurrexit:et nos
post sex seculi huius etates et septi
mā:quietis animarum que interiȝ
in alia vita geritur quasi octaua
etate resurgemus. Ambro. Sȝ mat
theus et marcus post dies sex assū
ptos hos esse cōmemorarūt:de quo
possem⁹ dicere q̄ post sex milia an
norum:mille eni anni in conspectu
dei tanq̄ dies vna:sȝ plures q̄ sex
milia computantur anni:et malui
mus sex dies per simbolum intel=
ligere q̄ sex dieb⁹ mundi opera sūt
creata vt per tempus opa:et p opa
mundū intelligam⁹. Et iō mūdi tē
poribus ipletis resurrectio futura
monstrat̄. aut q̄ is qui mūdū ascē=
derit et huius post seculi momenta
transcenderit:velut i sublimi loca
tus:future resurrectionis fructus
expectabit in eternū. Beda. Unde
in mōtē oraturus et transfiguratu
rus ascendit vt ōndat eos qui fru=
ctuȝ resurrectionis expectāt:et re=
gem in decore suo videre desiderāt
mēte in excelsis hītare et cōtinuis
p̄cib⁹ debere icūbere. Ambr. Puta
rent in tribus qui ducuntur ad mō
tem mystice genus humanū comp̄
hensum:q̄ ex tribus filijs noe ge=
nus omne defluxit hūanū:nisi ele=
ctos cernerem: tres igit̄ eligunt̄ q̄
ascendūt in montē:q̄ nemo potest
resurrectionis videre gloriā:nisi q̄
Trinitatis mysterium — mysterium trinitatis incorrupta fi
dei synceritate seruauerit. Beda.
Transfiguratur⁹ autem saluator
gloriaȝ future vel sue vel nostre re
surrectionis ostendit: qui qualis
tunc apostolis apparuit post iudi
cium cunctis apparebit electis. Ue
stitus autem domini sanctorū illi⁹
chorus accipitur:qui videlicet do=
mino in terris consistente despect⁹
videbatur : sed illo montē peten=
te:nouo candore refulget : q̄ nunc
filij dei sumus et nondū apperuit
quid erimus. Scimus autem q̄m
cum apparuerit similes ei erim⁹.
Ambro. Uel alr. Pro tua politate
tibi verbum aut minuit̄ aut crescit
ac nisi altioris prudentie cacumen
ascendas:nō tibi apparet q̄ta sit
gloria in dei verbo. Uestimenta āt
verbi sunt sermones scripturaruȝ
et quedā intellectus indumenta di
uini. Et sicut vestit⁹ albus refulsit
ita in oculis tue mentis diuinaruȝ
lectionuȝ sensus albescit. Inde ap
paret moyses et helias:hoc est lex
et propheta in verbo:neq̄ eniȝ lex
potest esse sine verbo:nec prophe=
ta nisi qui de dei filio prophetauit

¶ Petrus vero et qui cum illo erant grauati erant sōno. Et euigilantes viderūt maiestatē eius et duos viros qui stabāt cū illo. Et factum est cū discederēt ab illo:ait petrus ad iesum. Preceptor : bonū est nos hic esse:et faciamus tria tabernacula. vnum tibi et vnū moysi: et vnū helie. Nesciens quid diceret. Hec autem illo loquēte facta est nubes et obūbrauit eos:et timuerūt intrantib⁹ illis i nubē. Et vox facta ē de nube dicens: Hic est filius meus dilectus ipsum audite. Et dū fieret vox inuent⁹ est iesus sol⁹ et ipsi tacuerunt et nemini dixerunt in illis dieb⁹ quicquaȝ ex his que viderant.

¶ Theophi. Xp̄o vacante orationi:
petrus somno deprimitur : infir=
mus.n.erat:et qd̄ humanū erat i=
pleuit. vn̄. d̄r. Petrus vero et qui cū
illo erant grauati erāt somno. Ex=
citati autē gl'iaȝ ei⁹ cernūt et duos
viros cum eo. vn̄ seq̄t̄. Et euigilā.
vi. maies. ei⁹:et duos viros qui sta=
bant cum illo. Chrysostomus. Uel — Splendor diuinitatis inuisibilis.
sonū vocat. i gestisi eis nimiū stupo=
rē ex illa visiōe:neq̄ ei nocturnū tē
pus erat:sȝ lucis excellētia g̃uabat
oclo℞ debilitatē. Ambro. Preiuit
ei icōprehēsibil' splēdor dīnitat' nr̄i
corpis sēs⁹. nā si sol' radiū e regiōe

oculorum potentium corpa neqt acies côti nere: quomodo dei gloriam huma norum ferret corruptela mebrorum? Et fortasse ideo grauati somno erat: vt resurrectiôis viderent spez post quietem. Itaq vigilantes viderût maiestatê eius nemo .n. nisi vigi lans gloriâ videt xpi. Delectatus ê petrus et quê seculi hui⁹ illecebro sa non caperent gloria resurrectio nis illexit. vñ seqt. Et fa. ê cû disce. ab il. ait pe. ad ie. pcep. bonû ê nos hic esse. Cyril. Estimabat forsan di uus petr⁹ imminere tps regni dei. et ideo approbat môtis incolatuz. Dama. Nô est autê bonû petre, ti bi q xps ibi moreƒ: qm si mansisset nequaq tibi facta promissio conse quereƒ effcm: neq eni claues obti nuisses regni: nec mors tyrâni abo lita esset. Non queras ante tps fe licia: vt adâ deificationê. Erit qn hunc aspectû idesinêter percipias et cohabitabis illi qui lux ê z vita. Ambro. Petrus aût nô solû affectu sed etiâ sanctorum, deuotione pre stantior ad edificâda tabernacula tria impiger operarius côis obse quij ministeriû pollicetur. Seqƒ ei. Et faciam⁹ tria tabernacula: vnuz tibi et vnû moysi et vnû helie. Da ma. Non autê te domin⁹ tabernacu lorû: sed vniuersalis ecclesie côstru ctorê constituit. verba tua: tui disci puli: oues tue mandauerit effectui xpo tabernaculû constructes: ne ca nô et seruis eius. Hoc autem nô ex intentione petrus proferebat: sed inspiratione spirit⁹ reuelâtis futu ra. vnde sequitur. Nesciês qd dice ret. Cyril. Nesciebat êt quid dice ret: neq eniz aderat tempus finis seculi: nec participande a sanctis promisse spei. Et cum iam sumeret exordiû dispensatio quo pacto xpz oportebat desistere a mûdi dilectio ne volentê pati pro eo. Dama. De cebat êt nô solû perstringere fructû incarnationis ad opus exñtium in monte: sed diffundi ad omnes cre dentes quod per crucê et passionê erat consummanduz. Titus. Igno

Nota mysteriû abo rum.

râbat etiâ petrus qd dixerat: quia non oportebat tribus tria taberna cula facere. Non enim cônumeraƒ domino famuli: nec côparanƒ crea ture creatori. Ambro. Neq capit humana conditio in hoc corrupti bili corpore facere tabernaculum deo: siue in animo: siue in corpore: siue in quolibet alio loco. Et quis nesciret qd dicerat: tñ pollicebatur officium cui: non inconsulta petulâ tia: sed primatum deuotio fructus pietatiq accumulat. Nâ quod igno rabat: conditionis fuit: quod pro mittebat deuotiôis. Chry. Uel alr Audiebat q oportebat ipsû mori et tertia die resurgere. videbat au tem multâ distantiâ et solitudinê. vnde considerauit q plurimâ ha beret locus tutelâ: ob hoc dixit. Bo nû est nos hic esse. Aderat êtz moy ses q nubê intrauit: et helyas qui in montem ignê deduxit. Igit euâ gelista confusionê mêtis eius ex q hoc proferebat ostêdens dixit. Ne sciens quid diceret. Augu. de con euâ. Qd autem hic lucas dixit de moyse et helya. Et factum est dum discederêt ab illo: ait petrus ad ie sum. Preceptor: bonû ê nos hic ee. Non debet putari côtrarium ei qd mattheus et marc⁹ ita coniunxerit petrû hec suggessisse: quasi adhuc moyses et helyas cû domino loque rentur. non eni expresserunt tunc: sed tacuerût potius quod iste addi dit illis discedêtibus hoc petrû do mino suggessisse. Theophi. Petro autem dicente. Faciamus tria ta bernacula. Dominus tabernaculû non manu factum fabricat: et in eû ingreditur cû prophetis. vnde sub ditur. Hoc autem illo loquente fa cta est nubes et obûbrauit eos; vt ostenderet q nô minor est patre. Si cut ei in veteri testamento in nubê habitare domin⁹ dicebaƒ: sic et nûc nubes suscepit dñm nô caliginosa: sed lucida. Basi. Nam obscuritas legis transierat: sicut eni fumus ab igne: sic nubes a luce causata ê. Ue rum quia nebula signû tranquilli

Consensus cuâ gelistis.

tatis est: quies future mansionis ostenditur per nubis operimētuz. Ambro. Diuini enim spiritus est obumbratio ista que non caligat affectibus hominū: sꝫ reuelat occulta. Orige. Hanc autem gloriam discipuli sufferre nequeūtes: procubuerunt humiliati sub potēti dextra dei nimiū timentes: cuz scirent ꝙ dictum fuit moysi. Non videbit homo faciē meā et viuet. vnde sequitur. Et timue. intrā. il. in nubem. Ambro. Cognosce autē nubē istam non coacti aeris caligine piceā: et que celum tenebrarūz horrore subtexat: sed lucidam nubem que nos non pluuialibus aquis imadidet: sed de qua mentes hominum inuoce dei omnipotentis emissa fidei ros rigauit. sequitur. n. Et vox fa. est de nube. di. hic est fili. me. dile. Non helias filius: nō moyses fili⁹: sed. Hic est filius quē solum videtis. Cyril. Qualiter ergo oportebat eū qui reuera filius est: factū vel creatum existimare: deo patre desuper intonante? Hic est filius meus. q. d. non vnus ex filijs: sed qui vere et naturaliter filius ad cuius exemplar alij sunt adoptiui. Illi ergo iussit obedire cum subdit. Ipsum audite. Et magis ꝙ̄ ad moysen et heliaz: quia christus est finis legis et prophetaruz. vnde signāter euāgelista subdit. Et duz fieret vox: inuentus est iesus solus. Theophi. Ne scilicet putaret aliquis hoc dictum hic est filius meus dilectus: de moyse vel helia fuisse prolatuz. Ambro. Recesserunt ergo illi vbi cepe rat dominus designari: tres etiā in principio videntur vnus in fide: perfecte enim fidei vnum sunt. Ergo et illi quasi recipiuntur in christi corp⁹ quia et nos vnum erimus in christo iesu: aut fortasse quia lex et prophete ex verbo. Theo. Que autem ex verbo ceperunt: in verbo desinunt: per hoc enim innuit ꝙ vsqꝫ ad temp⁹ aliquod lex et prophete apparerent: sicut hic moyses et helias. Postmodum autem solus iesus illis recedentibus. nam tunc euangelium manet transactis legalibus. Beda. Et nota sicut domino in iordane baptizato: sic etiā in mōte clarificato totius trinitatis mysterium declarari: quia gloriā illi⁹ quā in baptismate confitemur: in resurrectione videbimus. Nec frustra spiritus sanct⁹ hic in lucida nube: illic apparet in colūba: quia ꝙ̄ nunc simplici corde fidem quā percipit seruat: tunc luce aperte visionis que crediderat cōtemplabitur. Orige. Non vult autem iesus dici que ipsius spectant ad gloriam añ suam passionez. vnde sequitur. Et ipsi tacue. et ne. dix. in il. die quicꝗ̄ ex his que viderant. Offensi enim fuissent: et precipue vulgus si vidisset crucifigi eum qui sic fuerat glorificatus. Dama. Hoc etiam precepit dominus: sciens discipulos imperfectos ꝙ̄ nōdū sortiti erāt plenā spiritus participationē: ne corda aliorū ꝙ̄ nō viderāt subuerterēt tristitia. Et ne proditor incitaret ad inuidie rabiem.

Nubes lucida.

Trinitatis mysterium.

¶ Factum est autem in sequēti die descēdētibus illis de mōte: occurrit illis turba multa. Et ecce vir de turba exclamauit dicens: magister obsecro te: respice in filium meū: quia vnicus est mihi. Et ecce spiritus apprehēdit eū: et subito clamat: et elidit et dissipat eū cuz spuma: et vix discedit dilaniās eū. Et rogaui discipulos tuos vt eijcerent illum et non potuerunt. Respondens autē iesus dixit. O generatio infidelis et peruersa vsqꝫquo ero apud vos et patiar vos? Adduc huc filium tuum. Et cum accederet: elisit illum demoniū et dissipauit. Et increpauit. Iesus spiritū immūdū et sanauit pue

rū: reddidit illū prī ei⁹. Stupebāt aūt oēs in magnitudīe dei

¶ Beda. Loca reb⁹ congruunt. In monte orat dominus. transformat͂ discipulis archana sue maiestatis aperuit: in inferiora descendēs turbe occursu excipit͂. vnde dr. Factuȝ est au. in se. die descen. il de mō. oc. il. tur. multa. Sursum patris vocem pandit: deorsuȝ spūs malos expellit. vnde sequitur: Et ec. vir. de tur. excla. di. ma. obse. te respi. in filium meum. Tytus. Uidetur mihi sapiens quidē hic esse. non enim dixit saluatori. Fac hoc vel illud: sed respice. Hoc eniȝ sufficit ad salutē sicut propheta dicebat. Respice in me et miserere mei. Et dicit: In filium meū: vt rōnabilem demōstret inuerecundiam: q solus in multitudine clamat. Addit: Quia vnicus est mihi. q. d. null⁹ alius expectatur futurus remedium senectutis. Consequenter explicat passionem vt audientem moueat ad pietatem dicens. Et ecce spi. apprehēdit eum. et sub. cla. et eli. et dis. euȝ cū spu. et vix disce. dila. eū. Deinde vr͂ criminari discipulos. Sed magis respondet q iuste verecundiā deposuerit di. Et rogaui disc. tu. vt eij. il. et non potuerunt. q. d. non putes q leuiter ad te peruenerim: stupenda est dignitas tua: nec statiȝ te molestaui: ad discipulos tuos accessi primo. nunc quia non curauerunt: cogor proficisci ad te. vnde et dominus non ipsum: sed gnās incredulum increpat. Sequitur. Respon. au. ie. O gene. infi. et puer. vsq quo ero apud vos: et pa. vos? Chrysosto. Sed hunc hominē multū infirmari in fide euangeliorum scriptura ondit ex plribus: ex eo .s. q dixit. Adiuua incredulitatem meā. et. si potes. ꝛ ex eo q xp̄s dixit Credenti omnia poßia sunt. Cyril. Unde melius puto incredulum reputarū demōiaci prēȝ q ꝛ sacros apostolos obiurgauit dicēs eos nō posse iperare demōibus poti⁹ aūt erat honorando. deū ab eo peterē gratiam: ānuit eni venerat⁹. Qui autē dicit debilitari erga virtutē q̄ ē in spirit⁹ malignos: eos q̄ a xp̄o adepti sūt ptātē eijciendi eos gratiam magis calūniat͂ q̄ fulgentes ea: in q̄b⁹ xp̄s operat͂. vñ offendit͂: xp̄s accusatis scis: quib⁹ ē ꝯmissuȝ ꝟbuȝ predicationū sacrarū: ꝑpter qd̄ dn̄s increpat eū et concordes eū dicēs. O gnātio ifidelis et puersa. q. d. Cā tue infidelitati grā effectū sortita non est. Chry. Nō āt dirigit sermonē ad eū tm̄: ſȝ ad oēs iudeos ne faciat eum hesitare: oportebat eni scandalizari q̄plures. Theo. q autē dicit. Peruersa. demonstrat q non a principio neq naturaliter ierat eis malitia: ſȝ natura q̄dem erāt recti semē abrae exñtes: sed ꝑ maliciā erāt puersi. Cyril. Quasi nescientes ꝓcedere rectis incessib⁹ cum eis auten qui sic sunt dispositi christus commorari dedignatur. vnde dicit͂. Usq quo ero apud vos et patiar vos? ferens quasi molestie eorum conuersationeȝ propter prauitatem ipsorū. Chry. Perhoc etiam ostendit desideratum sibi eē̄ suum recessum: et q non erat graue crucis patibulum: sed magis ipsorum conuersatio. Beda. Non q tedio supatus sit mansuetus et mitis: sed in similitudine medici si egrotum videat contra sua precepta se gerere dicat vsq quo accedā ad domū tuā? me aliud iubente: te aliud faciente. Intantum autē non ē iratus homini: ſȝ vitio vt statim intulerit. Adhuc huc filiū tuū Tytus. Poterat quidem solo iussu eum liberare: sed propalat suam passionem subijciēs infirmū p̄ntiū visioni. Deinde demonium postq̄ dominum sensit: concutit pueruȝ. vnde sequitur. Et cum accederet elisit illum demonium et dissipauit vt sic pri⁹ exprimat͂ passio: deide exhibeat͂ remediū. Chry. Nō tn̄ h̄ dominus ad ostationē facit: ſȝ causa patris vt cum viderit demonium conturbari propter solam vocationē

Filiorū amor.

Calumnia gratie.

nem: sic saltē inducat ad fidē futuri miraculi. de quo sequit. Et incre. ie- sus spm immun. ꝛ sanauit pue. ꝛ red. il. patri eius. Cyril. Antea aūt non erat patris sed demonis occupan- tis. Subdit aūt euāgelista stupere plebē in magnalib⁹ dei dicēs. Stu- pebant aūt oēs in magnitudine dei qđ dicit ꝑpter dominū xp̄i: qui sacris quoqꝫ aplis cōtulit potestatē agen di diuina miracula ꝛ imperandi de monib⁹. Beda. Mystice aūt p̄o qua litate meritoꝝ quotidie alijs descē- dit domin⁹: dū perfectos quoꝝ con- uersatio in celis est sublimi⁹ extollē do glorificat: ꝛ de eternis instruit: ꝛ docet que a turbis audiri nō valēt. Alijs aūt descēdit: dū terrenos ꝛ in sipientes confortat docet ꝛ castigat. Huc aūt demoniacū matthe⁹ lunati cū: marc⁹ surdū ꝛ mutuū describit. Significat enim illos q̄ vt luna mu tant p diuersa vitia crescētes ꝛ decre scētes: q̄ muti sunt nō cōfitēdo fidē. Sic surdi: nec ipsum fidei audiēdo sermonem. Dum puer aūt ad dñm accedit elidit: qꝛ couersi ad dñz ple- runqꝫ a demonio graui⁹ pulsant: vt vel odiū virtutis incutiat: vel expul sionis sue vindicet iniuriā: sicut ec- clesie p̄mordijs tot grauissima intu lit certamina: quot suo regno doluit subito illata dispēdia. Nō puerū āt qui vim patiebat: sed demoniū qui inferebat increpat: qꝛ q̄ peccantem emēdare desiderat: vitiū arguēdo ꝛ odiēdo depellere: sed hominem dꝫ amādo refouere donec sanatū spiri talib⁹ eccl'ie possit reddere patrib⁹.

Tropo- gica pul chra.

¶ Omnibusqꝫ mirantibus in omnib⁹ que faciebat: dixit ad discipulos suos. Ponite vos i cordib⁹ vestris sermones istos. Filius enim hominis futurum est vt tradatur in manus homi num. At illi ignorabant verbū istud: ꝛ erat velatum ante eos vt non sentirēt illud: ꝛ timebāt eum interrogare de hoc ꝟbo.

¶ Cyril. Om̄ia q̄cūqꝫ operabat iesus admiratiōe digna penes oēs erāt. irradiabat em̄ quiddā p̄cipuū diui nū in qualibet opatione ipsi⁹ sm̄ il lud. Gloriā de corē supponēs ei. Et si oēs quidē mirarent in his que fa ciebat: ipse tñ hec q̄ sequitur: nō oī- bus sed discipulis retulit. vñ dr. Om bus qꝫ mirā. in oī. q̄ facie. dixit ad di scip. suos. Po. vos in cor. ve. sermo. istos. Ōnderat in monte discipulis gloriā suam: ꝛ post hoc liberauerat quēdā a spū nequā: sed opoꝛtebat eum sustinere passionē pro nobis. Poterāt aūt discipuli coturbari di- cētes. Nūquid decepti sumus dnm deum esse cū arbitraremur? Ut g sciret: qđ circa ipsū futurū erat ve- lut quoddam depositū iubet eos in mēte habere passionis mysteriū di cēs. Poni. vos in cor. vestris. Quod dicit. Uos distinguit eos ab alijs. Neqꝫ em̄ oportebat vulgares scire quoniā passurus esset: sed erāt po- tius certificādi: qm̄ mortuus resur geret destructa morte ne scādaliza- rent. Tytus. Cūctis igit admirāti- bus signa: ipse p̄nūciat passionē: nō em̄ signa saluāt: sed crux bñficia p̄- stat. vnde subdit. Fili⁹ em̄ ho. futu. est vt trada. in ma. hom. Orig. Nō aūt exprimit manifeste a quo tradē dus sit: aliq̄s enī dicit cū traditurū a iuda aliq̄s a pp̄lo. Paul⁹ aūt dicit q̄ de⁹ p̄r p nobis oībus tradidit eū sed iudas tanq̄ p pecunia tradens eū hostiliter ꝑdidit: sed p̄r benefi- cij cā. Theo. Eorum aūt infirmitati dñs condescēdens. ꝛ eos disciplina quadā gubernās: qđ de cruce dem ē intelligere nō p̄misit. vñ sequit. At il. igno. ver. istud: ꝛ erat vela. ante eos vt nō senti. illud. Bed. Hec igno rantia discipulorum: non tā de tar ditate q̄ de amore nascitur: qui car nales adhuc ꝛ mysterij crucis igna ri: quem deum verum crediderunt moriturum credere nequiuerunt. Et quia per figuras eum sepe lo- quentem audire solebant: etiā que de sua traditione loquebatur: figu ratiue eum illud significare puta- bant

Senten tia pul chra.

bant. Cyril. Dicet āt aliqs forsan. q̄liter ignorauerunt discipuli crucis christi mysterium: cum per umbras legis in pluribus locis tangeretur. Sed vt paulus commemorat: vsq3 ad hodiernum diem quando legit moyses velamen adiacet cordi eorū. Expedit ergo accedentes ad christū dicere. Detege oculos meos ⁊ contēplabor mirabilia de lege tua. The. Uide etiam discipulorum reuerentiam in hoc quod sequitur. Et timebant eum de hoc ver. Nam timor gradus est reuerentie.

Qō pulchra.

¶Intrauit autem cogitatio in eos. quis eorum maior esset. At iesus videns cogitationes cordis illorū apprehendit puerum ⁊ statuit illum sec⁹ se: ⁊ ait illis. Quicunq3 susceperit puerum istum in nomine meo: me recipit: ⁊ quicunq3 me receperit recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter omnes vos hic maior est. Respondens aūt ioannes dixit. Preceptor vidimus quemdam in nomine tuo eiicientem demonia ⁊ prohibuimus eum: quia nō sequitur te nobiscum. Et ait ad illos iesus. Nolite prohibere. Qui enim non est aduersum vos pro vobis est.

¶Cyril. Insidiatur diabol⁹ multimode diligētibus optimā vitā: ⁊ siqdē per carnales illecebras obsidere valeat alicui⁹ mētē. affect⁹ voluptatum exacuit: siqs aūt hos effugerit laqueos cupidinis glorie suscitat passionē: q̄ qdē passio vane glorie inuasit quedā aplorū suorū. vnde dr. Intra. au. co. in eos qs eo. eēt ma. hoc eīn cogitare est cupiētis ceteris superesse. Improbabile aūt puto omnes discipulos hāc egritudinem incurrisse. ⁊ iō ne crimē aliqd ↄtra aliquē discipulorū euāgelista machinari videret exp̄mit indeterminate dicēs: q intrauit in eos cogi. The. Uidet aūt hāc passionē ex hoc ortā fuisse q̄ demoniacū curare non valuerūt: eis de hoc altercantib⁹: vno dicēte q̄ nō ppter meā impotētiam sed alterius curari nō valuit: vt ex hoc accēsa contentio: fuerit qs eorū maior esset. Beda. Uel q: viderant petrū iacobū ⁊ ioānē seorsū3 ductos in montē: ⁊ petro claues regni celorum pmissas fuisse irati sunt: vl' ipsos tres ceteris. vel petrū oibus eē platū: vel q: tributi solutione petrū ipsi dño parificatū viderāt: ipsū3 p̄ ceteris arbitrabant p̄ferendū. Sz diligēs lector hāc intra eos qōnem ēt ante didragma redditū inueniet fuisse versatā. Deniq3 matthe⁹ hoc in capharnaū memorat esset gestū. Dicit āt marcus. Et venerūt capharnaū qui cū in domo eēnt interrogabat eos: qd in via tractabatis? At illi tacebāt. Siqdē inter se in via disputauerūt qs illorū eēt maior. Cyril. Dñs aūt qui nouit saluos facere vidēs in mente discipulorū super hoc cogitationē exortā velut q̄ddam amaritudinis radicē3 p̄usq̄ augmentum susciperet: radicit' eā euellit. cū. n. inchoāt passiones in nobis facile deuincuntur: s3 aucte difficile sunt mobiles. vñ sequit. At iesus vi. cog. eo. cor. appre. pu. sta. eū. pe. se. Discat qui nudū hōiem putat eē iesum se errasse. Q̄uis. n. vbū caro factū sit. mansit tñ deus. nā soli⁹ dei eꝭ posse rimari corda ⁊ renes. q̄ āt p. erum illa sumpsit ⁊ ponebat penes se agebat cā apostolorū vtilitatis ⁊ nostre. Depascit enī3 inanis glorie morbus vtplurimū: qui preeminēt in hominibus aliis. Puer autē syncerā gerit mentem immaculatum cor ⁊ manet in simplicitate cogitationum: non ambit honores: nec nouit cuiusuis prerogatiue modū: nec refugit videri nō minus se habere multam gerit seueritatem in mente ⁊ corde. Tales autem dominus amplexatur ⁊ diligit: ⁊ prope se dignat habere. q. qui elegerunt que sua sūt sapere. Ait enim. Discite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde. vnde se

Iesus videt cogitationes.

quitur. Et ait il. Quicunq; susceperit puerū istū ĩ noīe meo. me recipit. g. d. qñ vna ⁊ eadē est merces honorātibus sanctis: siue forsan minimus sit siue pclarus honore ⁊ gloria: qr ĩ eo xp̄s suscipit: quomodo nō vanū est vetere inuicē fungi p̄rogatiua? Beda. In hoc aūt nō simplr paupe res christi ab his qui velint esse maiores p eius docet honore suscipiendos vel malicia puulos istos eē suadet. vnde cū diceret. Quicunq; susceperit puerū istū: addit in noīe meo: vt scz formā virtutis quā natura duce puer obseruat ipsi pro noīe christi rationis industria sequant: sz qr ⁊ se ĩ puero suscipi docet ⁊ ipse puer natus est nobis: ne putaret hoc eē solum qd videbat subiūxit. Et quicunq; me recipit: recipit illū qui me misit me. Talē se vtiq; ac tantū credi volens: qlis ⁊ qtus est pater. Amb. Qui enim imitatorē xp̄i recipit: xp̄z recipit: ⁊ q imaginē dei recipit: deū recipit. Sed qr imaginē dei nō poteramus videre facta est nobis p incarnationē xbi phs: vt reconciliaretur nobis que supra nos est diuinitas. Cyril. Adhuc aūt magis insinuat pmissi verbi intentionē dicēs. Nā qui minor est inter vos oēs: hic maior est. Qd de modesto dicit: q nihil de se sublime putat pter honestatē. Theo. Qr ergo domin⁹ dixerat. Qui minor est inter vos oēs hic maior est. timuit ioānes ne forte malum aliqd fecerint: ppria ptāte quēdam holem phibentes. nā phibitio nō minorē prohibentē ostendit: sed maius aliqd sapientē. vnde subditur. Respōdens aūt ioannes dixit. Preceptor vidim⁹ quēdā in noīe tuo eijcientē demonia et phibuim⁹ eū. Nō quidē inuidētes: sed opationē miraculor dijudicantes. nō enim cū eis miraculorū potestatē acceperat neq; cū dn̄s miserat sicut illos neq; iesuz in oībus sequebatur. vnde subdit. Qui non sequitur te nobiscum. Ambro. Ioānes enim plurimū diligens: ⁊ ideo reamatus plurimū excludendum putat beneficio euz qui nō vtat obsequio. Cyril. Sed oportebat magis pensare nō hunc ipsum esse miraculor auctorē: sed gratiam que est in eo qui in virtute xp̄i miracula perficit. Quid aūt si nō connumerent apostolis qui xp̄i gratia coronantur multe sunt dn̄e xp̄i. donor: sed qr tradiderat saluator potestatē apostolis: vt sp̄us immūdos eijcerent: putauerūt nulli aliorū ⁊ sibi solis licere concessam gerere dignitatē. ⁊ iō accedūt sciscitantes si liceat ⁊ alijs hoc agere. Ambro. Nō reprehenditur aūt ioannes: qr amore faciebat: sed docetur vt nouerit infirmor eē firmorūq; distantiā. Et ideo dn̄s ⁊ si fortiores remunerat: tn̄ nō excludit infirmos. vnde sequit. Et ait ad il. ie. Noli. phi. Qui em non est aduer. nos: p no. est. Bn̄ dn̄e. nā ioseph ⁊ nicodemus occulti discipuli, ppter metū: in tpe tamē suum tibi officium non negauerūt: sed tn̄ qui alibi dixisti: qui nō ē mecum: aduersum me est: ⁊ qui mecū nō colligit dispgit⁹ a pi nobis ne videat cē ptrarium. ⁊ puto: qr si qs metiū cōsideret scrutatorē: nō debeat dubitare vniuscuiusq; factū mēte discerni. Chry. Ille em cū dixit. Qui nō est mecū aduersum me est ostēdit diabolum et iudeos sibi esse contrarios: hic aūt ostēdit eū qui in nomine xp̄i demones eijciebat in parte cū eis existere. Cyril. q. d. Pro vobis qui xp̄m diligitis: sunt qui prosequi volunt que ad ipsi⁹ gloriā spectant eiusdē gratia coronati. Theophi. Mirare aūt christi virtutē qualiter per idignos ⁊ nō discipulos eius gratia operat sicut ⁊ per sacerdotes sanctificātur hoīes qūuis sacerdotes sācti nō fuerint. Ambro. Cum autē hic eos qui possunt per manus impositionē immundis imperare spiritibus in nomine iesu neget esse phibendos: sz mattheuz dicit his. Non noui vos. Sed aduertere debem⁹ nō esse sententiarū discordiaz: sed illud censeri qr nō solū officij in clericos: sed ē virtutis opa requirant: tantūq; esse xp̄i nomē vt ēt parū sanctis opituleē. sed

Pauperes xp̄i q̄ sint.

Auctor miracul. gr̄a

Christi virt⁹ mira̲nda.

presidium: et si non opitulletur ad gratiã. vñ nemo purgati hominis sibi gratiam vendicet: in quo eterni nominis virtus operata sit. non enim merito suo diabolus: sꝫ odio sui vincitur. Beda. Itaqꝫ in hereticis et malis catholicis non sacramenta cõia: in quibus nobiscum sunt: et aduersum nos nõ sunt: sed diuisionẽ pacis veritatisqꝫ ꝯtiam: qua aduersuꝫ nos sunt: et dñm non sequuntur nobiscũ detestari et prohibere.

¶ Factuꝫ est autem dum complerent dies assumptiõis eius et ipse faciẽ suã firmauit vt iret in hierusalem. Et misit nũcios ante conspectum suum: et euntes intrauerunt in ciuitateꝫ samaritanorum vt pararent illi. Et non receperunt eum: quia facies eius erat euntis hierusalem. Cum vidissent autem discipuli eiꝰ iacobꝰ et ioãnes dixerunt domine vis dicimus vt ignis descendat de celo et consumat illos? Et conuersus increpauit illos et dixit. Nescitis cuius spiritus estis. filius hominis non venit animas perdere sed saluare. Et abierũt i. aliud castellum.

¶ Cyril. Cum immineret tps quo decebat dñm peracta passione salubri: celum ascendere: decreuit ascendere hierosolymam. vñ dicitur. Factũ est au. dum comple. di. assum. eius et ipse faci. su. fir. vt iret in hierusalẽ. Tytus. Qꝛ ibi oportebat verũ agnũ offerri vbi figuralis agnus immolabatur. Dicit auteꝫ. Firmauit faciem suaꝫ. i. non huc et illuc ibat: nec perambulabat vicos et municipia: sed iter tenebat versus hierusalem: Beda. Cessent ergo pagani qui hominem videre crucifixũ: quẽ et tps sue crucifixionis constat quasi deũ preuidisse: et quasi sponte crucifigẽdus locum: quo crucifigendus erat firmata facie. i. obstinata atqꝫ imperterrita mente petisse. Cyril. Misit autem nuncios paraturos ei: et comitantibus eius hospitium: qui cuꝫ iuissent ad terram samaritanorum non fuerunt admissi. vñ sequitur. Et mi. nũ. ante conspe. suum. Et eũ. intraue. in ciuita. samari. vt para. il. non rece. illum. Ambro. Disce qꝛ recipi noluit ab his quos sciebat nõ simplici mente conuersos: nã si voluisset ex indeuotis deuotos fecisset sed deus quos dignat vocat: et quẽ vult religiosum facit. Cur aũt non receperint euangelista memorat dicens. Qꝛ facies eius erat euntis in hierusalem. Theo. Sed si intelligamus ꝙ ppter hoc illũ nõ receperũt: qꝛ ire hierusalẽ determinauerat: inueniuntur hi excusati qui non receperunt eũ. Sed dicendũ est ꝙ in hoc ꝙ dicit euangelista. Et non receperunt illũ: intelligitur illud qđ neqꝫ in samariã venit. deinde quasi aliquo interrogante: quare nõ receperunt ipsum: neqꝫ eos adiuit: soluẽs hoc dicit: non qꝛ impotens esset: sed ꝙ illuc ire nolebat: sed magis hierosolymam. Beda. Uel hierusalem ire conspicientes samaritani dñm non recipiunt. non enim coutuntur iudei samaritanis: vt ioannes ostẽdit. Cyril. Sed cuꝫ dominus: qui ante omnia nouerat sciret ꝙ eius nuncij non essent a samaritanis recipiẽdi: ideo tamen precepit eis ꝙ precederent: quia mos erat ei omnia satagere erga profectum discipulorũ. Ascendebat quidem hierosolymam propinquãte tempore passionis. Ut igitur quando pati euꝫ viderent nõ scandalizarentur: considerantes ꝙ oportet patientes esse cum contumelias inferunt aliqui: premisit quasi quoddam preludium samaritanorꝫ repulsam. Profuit autem eis et aliter. Futuri enim erant doctores orbis terrarum: ciuitates et villas percurrẽtes ad predicãdũ euãgelicã doctrinã: quibꝰ aliquãdo occurrerent aliq

Argumentuꝫ ꝯ paganos.

Patientia suadetur.

minime recipientes sacrā predicationem. quasi non concedentes secū cōmorari iesum. Docuit igitur eos q diuinam annunciantes doctrinā pleni esse debebant patientia et mā suetudine. Non autem hostiles et iracundi: et in peccantes in eos atrociter insurgentes: sed adhuc nō erant tales immo zelo feruido concitati: volebant ignem de celo sup eos deducere. Sequitur. Cū vi. au. discipu. eius iaco. et io. dixe. Domine vis dicimus. vt ignis descen. de ce. et consum. illos. Ambro. Sciebāt enim et phinees reputatum ad iusticiam quia sacrilegos interemerat: et ad preces Helye ignem descendisse de celo: vt prophete vindicaret iniuria. Bed. Sancti em̄ viri qui optime scirent mortē istam que animā dissoluit a corpore nō eē formidandā: sed eorū tñ animū q̄ illaz timerent: nonnulla peccata morte punirent quo et viuētibus villis metus incuteret: et illos qui morte puniebant: nō ipsa mors noceret: sed peccatū qd augeri posset si viuerēt. Ambro. Sed vindicet qui timet: vindictā non querit qui non timet. simul liter ostenditur nobis in apostolis fuisse merita prophetaꝝ: qn eandē sibi potestatez quā pphēta meruit impetrandi iure p̄sumunt. et bene p̄sumunt q ad sermonē suū ignis de celo d̄scēderet: qm̄ filij sunt tonitrui. Tytus. Censet aūt ab eis multo iustius esse samaritanos perire domum nō admittētes: q̄ qnquaginta seruum excludere tentantes. Dñs aūt in eos nō cōmouet: vt oñderet q nō habet vltionis studiū pfecta virtus: nec vlla est iracundia vbi plenitudo sit charitatis. nam nec excludenda est infirmitas: sed iuuanda procul a religiosis indignatio. pcul a magnanimis cupiditas vltiōis. vñ sedt. Et cōuer. incre. il. et di. Nescit; cu spi. estꝫ. Bed. Reph̄ēdit in eis dominus non exemplū pphete sancti sed ignorantiam vindicandi que adhuc erat in rudibus: animaduertētes eos non amare correptionē sed odio desiderare vindictā. Itaq postea q̄ eos docuit: quid esset diligere proximum tanq̄ seipsum: infuso ēt spiritusancto: non defuerunt tales vindicte: q̄uis multo rarius q̄ in veteri testamento: q sicut sequit. Fili ho. n̄ ve. ani. pde. sed saluare. q. d. et vos ergo qui eius spiritu signati estis ēt acta eiꝰ imitamini: nūc pie cōsulentes: sed in futuro iuste iudicantes. Ambro. Non enim semp in eos qui peccauerūt est vindicandū: quia nonnunq̄ ampliꝰ prodest clemētia tibi ad patiētiā: lapso ad correptionē. Deniq samaritani citius crediderūt: a qbꝰ h loco ignis arcet.

Documētum morale.

¶ Factum est autez ambulātibus illis in via dixit q̄dā ad illū. Sequar te quocunq̄ ieris. Dixit illi iesus. vulpes foueas habent: et volucres celi nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suū reclinet. Ait autem ad alterum. Sequere me. Ille autem dixit. Domine permitte mihi primum ire: et sepelire patrez meū. Dixitq̄ ei iesus: Sine vt mortui sepeliāt mortuos suos: tu āt vade et annuncia regnū dei. Et ait alter. Sequar te dñe: sꝫ permitte mihi primū renūciare his q̄ dñi sūt. Ait ad illū iesus: Nēo mittēs manū suā i aratrū et aspiciēs retro aptꝰ ē regno dei.

¶ Cyril. Et si munificꝰ sit omnium dominus: non simplr et improuide singulis dat superna et diuina dona: sꝫ illis q̄ digni sūt recipere. qui scꝫ animam suā alienāt a maculis prauitatum: et hoc nos docet euāgelicorum verborum virtus eū dr. Factum est au. am. il. in via. di. q. ad illū. Sequar te quocūq̄ ieris. Primo quidē plurima cōtinet i accessu inertia: pñter oñditur q plenus sit impudentia nimia. neq enim simplr xp̄z seq̄ petebat: sic alij plu

res de populo: sed magis insilebat ad apostolicas dignitates: cū paulus dicat. Non assumat quisq; sibi honorē: sed a deo vocatus. Athana. Ausus ēt fuit equiparare se incomprehēsibilis saluatoris ptāti dicēs. Sequar te quocunq; ieris: eo q; sed saluatorē simpliciter ad eius audiēdā doctrinā possibile est hūane nature ppzietate qua fungitur erga hoīes: nō est aūt possibile secū concurrere vbilibet etñti: ipē nāq; icōprehensibilis est: z nō circūscribitur loco. Cyril. Alio quoq; modo nō immerito recusabilē facit eū: decebat enim ipsuz crucē suā accipere ad sequendū dñm: z abrenūciare pñtis vite affectibus. et hoc dñs in eo reprehendit: nō vituperans sed corrigēs. Sequit. Et ait illi iesus. Uulpes foueas hñt: et volu. ce. ni. fili. aūt ho. nō habet vbi ca. su. reclinet. Theo. Qz enim viderat dñm multū populū adducentē putauit q; ab eis haberet pciū: z q; si ipse dñm sequeret posset pecuniā congregare. Beda. Uñ dr ei. Quid me pter diuitias z lucra huius seculi cupis sequi: cū tāte sim paupertatis vt nec hospitiolū quidē habeā et non meo vtar tecto? Chryso. Aspice qualiter paupptatē quā dñs docuerat p opa demonstrat. Non erat ei mensa: nō candelabrū nō domus: nec quicq; aliō talū. Cyril. Mystice aūt significatio vulpes z volatilia celi malignas z astutas potestates demonū vocat. q. d. qñ vulpes et volatilia in te mansionē hñt: qualiter xpūs in te requiescet? Quid cōmune est luci et tenebris? Athana. Uel in hoc dominus magnitudinē sui muneris docet. q. d. Oia gñerabilia circūscribi pñt: verbū vero dei incōprehensibilis potestatis est. Et ideo ne dicas. Sequar te quocūq; ieris. Ceterū si velis discipulus fieri: abdices irrationabilia: eo q; impossibile est euz q̄ morat in irrationabilitate. ibi discipulū fieri. Ambro. Uel vulpes hereticis comparat: fallax quippe aial et insidijs semper intentum et rapinā fraudis exercet. Nihil tutū nihil ociosuz: nihil patit esse securū eo q; intra ipsum hospitia hominū predā requirunt. Ita sunt heretici: qui domū sibi parare: non norunt: sed circunscriptionibꝰ suis alios decipere conant. hoc animal neq; mā suescit vnq;. vnde apostolus ait. Hereticū post vnā correctionē deuita: volucres vero celi freqūter ad nequitie spiritalis similitudinē deriuātur: z veluti nidos quosdā struūt in pectoribus improborum: et ideo dominante versutia in affectibus singuloruz nulla potest diuinitatis esse possessio. Ubi autē mentē pbauerit innoxiam: supra ipsum quodā modo vim sue maiestatis reclinat: quia pfusiore quadā gratia bonorum peccatoribus inseratur. Sic igitur non vr cōuenire rationi vt simplicem fidelēq; ipsum arbitremur qui domini dignatione respuitur: cum indefessi famulatus obsequiū spopondisset. Sed dominus non obsequiorum spēm: sz pluritatē querit affectꝰ: nec obsequiū eius admittitur: cuius non probat officium circūspectum etenī fidei debet esse hospitium: nedum infidelibus nostre domus interna reseramus: in alienā pfidiā iprouida credulitate labamur. Itaq; vt aduertas deū nō cultus aspernātem esse: sz fraudis: q̄ repudiauit fraudulentum elegit innocentem. Sequitur. Ait autem ad alterum. Sequere me. Sed hoc dicit ei: cuiꝰ patrez iam sciebat mortuuz. vnde sequit: Ille autem dixit. Domine permitte mi. pri. ire et sepe. pa. meum. Beda. Non discipulatum respuit: sed expleta primum paterni funeris pietate liberior assequi desiderat. Ambrosius. Sed dominus quos miseratur aduocat. vnde sequitur. Dixitq; iesus. Sine vt mor. se. mor. su. tu autem va. z annun. reg. dei Cum religiosum humani corporis sepeliendi acceperimus officium: quomodo paterni quoq; funeris sepultura prohibetur? nisi vt intel

Temeritas arguit

Heresēos detestatio

ligas humana post habenda diui nis bonum studium: sed maius im pedimentũ. nã qui partitur studiũ deriuat affectum: qui diuidit curã differt pfectũ. ergo prius sunt obeũ da que maxima. nã apostoli ne occu parentur studio dispensandi minu stros pauperibus ordinarũt. Chry. Quid aũt magis necessarium pater nis exequijs? quid facilius? cũ non esset multũ tpis dandũ: per hoc do cemur q minimũ tpis frustra duce re decet: z si mille cogẽtia sunt: imo pferre spiritalia cunctis admodum necessarijs. Diabolus enim insistit attẽtus volẽs aliquez aditũ inueni re: z si modicã sumat negligentiam magnã operatur pusillanimitatez. Ambro. Non ergo paterni funeris sepultura prohibetur: sed necessitu dini generis diuine religionis pie tas antefertur. Illud consortibus relinquitur: hoc mandatur rele ctis quomodo autem mortui sepe lire mortuos possunt? nisi geminam hic intelligas mortem vnam nature alteram culpe. Est etiam mors ter na: in qua peccato morimur. deo vi uimus. Chry. Cuz ergo dixisset mor tuos suos: ostendit hunc non eẽ mor tuum eius. puto eni z de numero in fidelium fuisse defunctum. Ambro. Aut qz sepulchrũ patens est guttur impiorũ. memoria eorum abolẽda pscribitur. quoz simul cum corpore meritum occidit: nec reuocatur ab officio patris filius: sed fidelis a pfi do cõmunicatiõe secernitur: nõ iter dictũ est muneris sed religionis my sterium cõmunioné nobis cum gen tibus mortuis non futuram. Cyril. Vel aliter. Erat enim pater sene ctute grauatus. putat autem hone stum aliquid agere dum pponeret obseruare et debitam pietatem sz illud. Honora patrem tuũ z matrez tuã. vnde vbi vocatus est ad euãge licũ mysteriũ dicẽte domino. Seque re me. querebat inducias que suffi cere possent ad decrepiti patris su stẽtationẽ di. Permitte mihi primũ ire z sepelire patrẽ meũ. nõ q defũ ctum patrẽ sepelire rogaret: neq3 et xps hoc agere volẽtẽ ipediuisset: sz dixit sepelire. i. sustẽtare i senectute vsq3 ad mortẽ. Sz dñs ad eũ dixit. Sine mortuos sepelirẽ mortuos suos. erãt ei z alij curatores linea gente le astricti: sz vt estio mortui: eo q nõ durũt qo crediderãt. Hic pcipe q pse rẽda sit pietas: q deo tenemur amo ri parẽtũ: qbus reuerẽtiã exhibem9 qz p eos geniti sumus. Sz oĩa deus cum non essemus ad eẽ nos cõduxit parẽtes autẽ facti sunt ministri in troitus ad eẽ. Augu. d con. euã. Hec q dicebat dominus. illi cui dixerat. Seqre me. Alius vo discipulus mi sit se in medio: cui nemo aliquid di xerat.. vñ sequitur. Et alter ait. Se quar te domine: sed primum pmit te mihi ire z renunciare his qui do mi sunt. ne forte quomodo fieri so let querant me. Cyrillus. Imitan da autem huiusmodi promissio et omni laude plena: sz querere renũ ciare his qui domi sunt licentiando se ab eis ostendit: q vtcunq3 diui sus sit a domino: dum hoc perfecte adire proposuerit mente. nam vel le consulere proximos non consen suros: huic propósito indicat se vt cunq3 labentem: propter qd domi nus hoc impropat. Sequitur. Ait ad illum iesus. Nemo mit. manuz suam in aratrum et respiciens re tro aptus est regno dei. Apposuit manum aratro: qui affectuosus est ad sequendum: tamen respicit re tro qui dilationem petit: occasione redeundi ad domum: et cum pro pinquis cõferendi. Augustinus. de verbo domini quasi dicat ei. Vo cat te oriens: et tu attendis occiden tem. Beda. Manum etiam cuilibet in aratruz mittere est quasi quodã compunctionis instrumento ligno z ferro dominice passionis duritiem sui cordis atterere atq3 ad fere nos bonorum operum fructus ape rire: quam siquis excolere incipi ens cum vxore loth ad ea que reli querat respicere delectat: futuri iã regni munere priuatur. Stecus.

Altitudo mandatorũ dei ostẽditur.

Pietas ĩ deũ pferẽda.

tutus in latrones inciderit quicq improuidus incautusq eam viam elegerit: qua euadere predonũ manus nequiuerit. nõ enim posset inermis armatos: improuidus pessimos incaut⁹ nociuos effugere. Quippe cuȝ malicia semp armata sit dolis: crudelitate septa munita fallacia et ad nocendi seuitiam preparata. Ambro. Qui sunt aũt isti latrones nisi angeli noctis atq tenebrarũ: in quos nõ incidisset: nisi eis mandati celestis deuius se fecisset obnoxiũ. Chry. In exordio igit̃ mũdi nocẽdi fallaciã diabolus est operat⁹ in hominẽ: in quẽ fallendi virus exercuit et malicie nocẽtiã dedicauit. Aug. cõtra pelagiũ. Incidit ergo i latrones. i. in diabolũ ⁊ ãgelos eius: qui p in obedientiã primi hominis humanũ gen⁹ despoliauerunt morũ scȝ ornamentis: ⁊ vulnerauerũt bono scȝ possibilitatis liberi arbitrij pdito. vñ sequit̃. Qui etiã despoliauerũt eũ: ⁊ plagis ipositis abierũt. In illo em̃ peccante plagã fecit: in nos s̃o plagas: cũ p vnũ peccatũ qd̃ cõtrahimus superaddimus multa peccata. Augu. de que. euã. Uel spoliauerunt hominẽ imortalitate: et plagis impositis peccata suadendo reliquerũt semiuiuũ: q: ex pte qua potest intelligere ⁊ cognoscere deũ viuus est hõ ex parte autẽ qua peccatis contabescit ⁊ pmit̃: mortuus est. et hoc est qd̃ subdit̃: semiuiuo relicto. Augu. ɔtra pelag. Semiuiuus em̃ hȝ vitalẽ motũ. i. liberũ arbitriũ vulneratũ q ad eternã vitã quam perdiderat redire nõ sufficiebat: et ideo iacebat: q: vires ei proprie ad surgendum non sufficiebant: vt ad se sanandum medicum id est deum requireret. Theo. Aut semiuiuus

Homo ds semiuiuus

dicitur homo post peccatum: q: aia immortalis est. corpus s̃o mortale ita vt medietas hois morti succũbat: aut q: hũana natura i xp̃o spe rabat ɔseq̃ salutẽ: ita vt nõ oio morti succuberet: sȝ inq̃tũ adã peccauerat: mors in mũdũ itrauit: in xp̃i s̃o iustificatione mors erat destruenda. Ambrosius. Uel spoliant que accepimus indumenta gratie spiritalis: ⁊ sic vulnera inferre cõsueuerũt. nã si intemerata q̃ sumpsim⁹ indumẽta seruem⁹: plagas latronum sentire nõ possum⁹. Basi. Uel potest intelligi q expoliauerũt eum: plagis prius impositis: pcedũt eñi vulnera nuditatẽ: vt intelligas q pctm̃ gratie pcedit carẽtiã. Beda. Dicuntur aũt plage pctã: q: his nature humane integritas violat̃. Abierunt aũt non ab insidijs cessando: sȝ insidiaruȝ fraudes occultãdo. Chryso. Hic itaq hõ. i. adã iacebat destitutus salutis auxilio: cõfossus vulneribus delictoꝝ: cui nec sacerdos aarõ trãsiẽs sacrificio potuit pfuisse. Sequit̃ em̃. Accidit aũt vt sacer. qdã descẽ. eadẽ via: ⁊ viso eo preteriuit. Nec etiã ei⁹ frater moyses leuita: p legẽ potuit subuenire. vñ sequit̃. Similiter ⁊ leuita cũ eẽt secus locũ ⁊ videret eũ ptrãsijt. August. cõtra pelag. Uel in sacerdote ⁊ leuita duo tẽpora intelligunt̃: legis. s. ⁊ pphetarũ: in sacerdote lex p quã sacerdotiũ ⁊ sacrificia instituta sunt: in leuita vaticiniũ pphetarũ: quoꝝ tpib⁹ hũanuȝ gen⁹ sanari nõ potuit: quia p legẽ cõtradictio pcti nõ aboleuit. Theophi. Dicit aũt preterijt. q: lex venit ⁊ stetit vsq ad tps pñi rũ: deinde nõ valẽs curare abijt. vide etiaȝ q lex nõ ad hoc data est p precogitatiue vt holem curaret. nõ em̃ poterat hõ a pricipio suscipe xp̃i mysteriuȝ. ꝙ õ, dicit̃. Accidit vt sacerdos qdaȝ qd̃ cõsueuim⁹ dicere in his q̃ nõ premeditatiue fiunt. Augu. de ver. dñi. Uel q: hõ descẽdẽs a hierl'm in hierico israelita fuisse intelligit̃: qd̃ intelligi põt: q: trãsiẽs sacerdos vtiq genere proxim⁹ pterijt iacentẽ: trãsit leuita: ⁊ hic gñe proxim⁹ iacentẽ ⁊ ipse cõtẽpsit. Theophi. Miserti inquã illius fuere cuȝ cogitauerũt. postmodũ s̃o tenacitate deuicti abierũt retrorsum. hoc enim designat quod dicit. Preterijt. Augusti. de ver. domini. Transijt samaritanus genere lõginquus: misericordia proximus ⁊

fecit quod sequitur. Samaritanus
autem quidam iter faciens venit se
cus eum. In quo samaritano se vo
luit itelligi domin' noster ihs xps.
samaritanus eni custos interpreta
tur: et de ipso dicitur. Non dormi=
tabit neqz dormiet qui custodit isrl:
quia resurgens a mortuis iam nō
moritur. Deniqz cum dictum esset il
li. Quia samaritanus es et demo=
nium habes: negauit se habere de
monium: quia se nouerat demonū
expulsorem: non se negauit infirmi
custodez. Grecus. Uocat autem hic — Samaritanus xps.
xps se samaritanū opportune. cum
enim alloqueretur legisperitum su
perbientem in lege voluit exprime=
re: quoniā nec sacerdos nec leuita
qui conuersabantur in lege: legis p
positum implebāt: sed ipse venit cō
summaturus legis propositū. Am=
bro. Hic autem samaritanus etiam
erat descendens. Quis enim est q̄
descendit de celo: nisi qui ascēdit in
celum filius hominis qui est in ce=
lo? Theophi. Dicit autem. Iter fa=
ciēs: quasi ex proposito hoc statuēs
vt nos curaret. August. contra Pe=
la. Uenit autem in similitudine car
nis peccati: ideo secus euz quasi in
similitudine. Grecus. Uel secus viā
venit. fuit enim vere viator: non de
uiator gratia nostri descendens ad
terram. Ambro. Ueniens autem fa
ctus est compassionis nostre susce=
ptione finitimus et misericordie col
latione vicinus. vnde sequitur. Et
videns euz misericordia motus est.
Augusti. contra Pelag. Uidens qui
dem eum iacentem: non valentem:
non currentez: et ideo misericordia
motus est: quia in eo nullum meri=
tum inuenit quo curari dignus eēt.
sed ipse de peccato damnauit pecca
tum in carne. vnde sequitur. Et ap
propi. alligauit vulnera eius infun
dens oleum et vinum. Augusti. de
ver. domi. Quid enim tam longin=
quuz. quid tam remotū: q̄ deus ab
hominib': immortalis a mortalib':
iustus a peccatoribus: non loco lon=
ge sed dissimilitudine. Cuz ergo ha
beret in se duo bona. s. iusticiam et
immortalitatē: et nos duo mala sci=
licet iniq̄tatē et mortalitatē si vtrū=
qz malum nostrum suscepisset. par
noster fuisset et liberatore nobiscuz
opus haberet. vt ergo esset nō hoc
qđ nos: sed ꝓpe nos: non est ille pec
cator vt tu: sed factus est mortalis
quod tu suscipiendo penā et nō su=
scipiendo culpam deleuit et penaz.
Augu. de. q. euang. Alligatio vulne
rum est cohibitio peccatorū: oleū cō
solatio spei bone apud indulgentiā
datam ad reconciliationē pacis. vi
num exhortatio ad operandū feruē
tissime in spiritu. Ambros. Uel con=
stringit vulnera nostra austeriore
precepto: sicut oleo fouet remissiōe
peccati: sic vino cōpungit denuncia
tione iudicij. Greg. xx. mora. Uel in
vino morsum districtionis adhibet: — Expositio tropologica:
in oleo mollitiem pietatis: per vinū
vnguatur putrida: per oleum sanā=
da foueantur. Miscenda est ergo le
nitas cū seueritate. et faciendū est
quoddā ex vtroqz temperamentuz:
vt neqz multa asperitate exulceren
tur subditi: neqz nimia benignitate
soluātur. Theophi. Uel aliter. Que
sm hominē est conuersio oleum est.
que vero sm deum vinū est: quod di
uinitatem significat: quā nemo po=
tuisset sustinere: nisi oleuz haberet
id est conuersatio humana. vn̄ que=
dam operatus est humane: quedā
diuinitus. Infudit ergo oleū et vi=
num: q2 nos humanitate et diuinita
te saluauit. Chry. Uel vinū infudit
id est sanguinez passionis et oleum
chrismatis vt indulgentia daretur
per sanguinē. sanctificatio cōferret
per chrismatis vnctionem: a celesti
medico consulta loca ligātur: et in=
tra semetipsa retinētia medicinam
operāte medicamine: pristine sani=
tati reddūtur. Infuso ergo vino et
oleo: imposuit eū super iumentuz.
vn̄ sequit. Et imponens illū in iu. su.
duxit in stabulū: et curam eius egit.
Augu. de. q. euāge. Iumentū ei' est
caro: qua ad nos venire dignatus
est. Imponi iumēto: est in ipsaz in=

carnationē xp̄i credere. Ambr. Uel
iumento imponit dum peccata nr̄a
portat: ⁊ pro nobis dolet. homo em̄
iumēto similis factus est: ⁊ ideo su=
pra iumētum suū nos imposuit: ne
nos essem⁹ sicut equus et mulus: vt
per nostri corporis assumptionez in
firmitatem nostre carnis aboleret.
Theophi. Uel imposuit in suum iu
mentū. i. in corpus suū: mēbra nāq
sua nos fecit ⁊ participes corporis
eius: ⁊ lex quidē nō oēs suscipiebat.
Moabite inq̄t ⁊ āmonite non intra=
būt in ecclesiā dei. nūc vero in omni
gente qui timet dn̄m. ab eo suscipit
volens credere ⁊ pars ecclie fieri. p
pter hoc dicit: q duxit eū i stabulū.
Eccl'ia stabulo cōparatur. Chrys. Est em̄ stabulū ecclesia q̄ in
itinere mūdi lassatos: ⁊ sarcinis de
lictorum defessos suscipit venientes:
vbi deposito onere pctōrū viator las
sus reficit. et refect⁹ salubri pascua
reparatur. Et hoc est qd̄ dicit. Et cu
ram illi⁹ egit. Totū em̄ quicquid cō
trariū nocens: ⁊ malū est: foris est:
qr intra stabulū requies oīs salubri
tasq inclusa est. Beda. Et bene iu=
mento impositū duxit in stabulū: qr
nemo nisi per baptismū corpori xp̄i
adunat⁹ ecclesiā intrabit. Ambros.
Sed quia nō vacabat samaritano
huic diu in terris degere redeūdum
erat vnde descēderat. vnde seq̄tur.
Et alte. die ptu. duos dena. et dedit
stabulario: ⁊ ait. Curā illius habe.
Quis est iste alter dies? nisi forte il
le dominice resurrectiōis: de quo di
ctum est. Hec est dies quā fecit dn̄s?
Duo autē denarij sunt duo testamē
ta que imaginez in se tenent eterni
regis expressam: quorum precio vul
nera nostra curantur. Augu. de. q.
euan. Uel duo denarij sunt duo p̄ce
pta charitatis: quā per spiritūsan=
ctum acceperūt apostoli ad euāge=
lizandum ceteris: vel promissio vite
presentis et future. Orige. Uel duo
denarij videtur mihi esse sciētia sa=
cramenti: quomodo pater in filio et
filius in patre sit: qua velut merce=
de donatur ecclesie angelus: vt dili
gentius curet hominē sibi cōmēda=
tum quez pro angustia tēporis etiā
ipse curauerat. Et pmittitur ei q̄c=
quid de suo in medela semiuiuētis
expenderet ilico esse reddendū. vn=
de sequitur. Et quodcūq supererro
gaueris ego cum rediero reddam
tibi. Augusti. de. q. euange. Stabu
larius fuit apostolus qui supererro
gauit. aut illud consiliuz quod ait.
De virginibus autem preceptū do
mini non habeo. consilium autem
do. aut q etiam manibus suis ope
ratus est: ne infirmorum aliquez in
nouitate euangelij grauaret: cum
ei liceret ex euangelio pasci. Mul=
tum etiam supererogauerunt apo
stoli. sed et pro tempore doctores: q̄
vetus ⁊ nouū testamentum exposue
re. supererogauerūt p quibus retri=
butionē accipiēt. Ambro. Beat⁹ er
go ille stabulari⁹ qui alterius vulne
ra curare potest. Beat⁹ ille cui dicit
iesus. Quodcūq supererogaueris:
reuertens reddam tibi. Sed quan
do reuerteris. dn̄e nisi iudicij die?
Nam licet vbiq sis semper ⁊ stans
in medio nostrum: non cerneris a
nobis: erit tamen tempus quo vni=
uersa caro te respiciet reuertentē.
Reddes ergo quod debes beatis:
quibus es debitor. Utinam nos si=
mus idonei debitores: vt quod acce
pimus possimus exoluere. Cyril.
His ergo premissis: opportune iam
dominus legisperitū īterrogat sub
dens. Quis horum trium tibi vide
tur proximus fuisse illi qui incidit
in latrones? At ille dixit. q̄ fecit mi=
sericordiā in illū. Neq enim sacer=
dos neq leuita factus fuit proximus
patientis: sed ille qui est eius miser
tus. Inutilis ē em̄ sacerdotij digni=
tas et legis scientia: nisi p bona ope
ra confirmet. vnde sequit. Et ait il=
li iesus: vade tu ⁊ fac similit. Chry.
q. d. Siquem vides oppressum non
dicas: vtiq nequam est: sed siue genti=
lis sit siue iudeus et ope indigeat:
non cauilleris auxiliari quecunq
mala fuerit passus. Augusti. de do=
ctrina christiana. Ex hoc intelligi=
mus eum esse proximū: cui vel exhi= Proximus dēs.

bendū est officiū misericordie si in=
diget: ⁊ exhibendū eēt si indigeret.
Ex quo iam ꝯsequēs est: vt etiā ille
a quo nobis vicissim exhibendū est
proximus noster sit. proximi enim no
mē ad aliquid est: ne quisq̄ esse pri
m⁹: nisi proximo pōt. Nullū aūt ex
ceptū esse cui misericordie deneget
officiū: quis nō videat? dicente do=
mino. Benefacite his qui vos ode=
runt. vnde manifestū est hoc p̄cepto
quo iubemur diligere proximū: etiā
sanctos angelos cōtineri: a quibus
tanta nobis misericordie impendū
tur officia: ex quo ⁊ ipse dn̄s proximū
nostrum se dici voluit: significans se
opitulatū esse semiuiuo iacente in
via. Ambro. Nō eīn cognatio facit
proximū sed misericordia: q̄ miseri=
cordia est s̄m naturā. nihil eīn tā s̄m
naturam q̄ iuuare cōsortē nature.

¶ Factū est aūt dū irent: ⁊ ip̄e
intrauit in quoddā castellū: et
mulier quedā martha nomine
excepit illū in domū suā: ⁊ huic
erat soror nomie maria. Que
etiā sedēs secus pedes domini
audiebat verbū illius: martha
aūt satagebat circa frequens
ministerium. Que stetit et ait:
Domine: nō ē tibi cure q̄ soror
mea reliquit me solā ministra=
re: Dic ergo illi vt me adiuuet.
Et respondēs dixit illi domin⁹
Martha martha sollicita es:
et turbaris erga plurima. Por
ro vnū est necessariū. Maria
optimā partem elegit: que nō
auferetur ab ea.

¶ Beda. Dilectio dei ⁊ proximi q̄ su=
perius verbis ⁊ parabolis contine=
batur: hic ipsis rebus et varietate
designat̄. Dicit̄ eīn. Factū ē aūt dū
irēt: ⁊ ip̄e intra in quoddā castellū.
Ori. Cui⁹ quidē nomē lucas h̄ tacet
sed ioānes exprimit vocans ipsum
bethaniā. Aug. de verbis dn̄i. Sed
dn̄s qui in sua ꝓpria venit: ⁊ sui eū
nō receperūt: susceptus est tanq̄ ho
spes. Sequit̄ eīn. Et mulier quedā
martha noīe exce. il. in do. suā. sicut
solēt suscipi pegrini: sed tn̄ suscepit
famula dn̄m: egra saluatorē: creatu
ra creatorē. Neq̄s āt dicat. O beati
qui christū suscipere in domū pro=
priā meruerūt: noli dolere cū inq̄t.
Qd eīn vni ex minimis meis fecistis
mihi fecistis. Accepta āt forma fui i
illa pasci a seruis voluit dignatiōe:
nō ꝯditiōe. habebat carnē i q̄ quī=
dē esuriret et sitiret: sed in heremo
esurienti angeli ministrabant. ergo
quo pasci voluit: pascenti prestitit.
Martha igit̄ dn̄m pascere disponēs:
et p̄parans circa ministeriū occu=
pabat̄. Maria vero soror eius pasci
magis elegit a dn̄o. Sequit̄ eīn. Et
huic erat soror nomie maria: q̄ etiā
sedēs sec⁹ pedes dn̄i audiebat ver=
bū illius. Chry. Non simpliciter di
citur de maria q̄ sederet prope ie=
sum: sed secus pedes illius: vt ostē
dat diligētiā: assiduitatē ⁊ solertiā
erga auditionē: et multā reuerētiā
quā habebat ad dominū. Augu. de
verb. do. Quanto autē hūilius ad
pedes sedebat tāto ampli⁹ capie=
bat. cōfluit eīn aqua ad hūilitatem
conuallis: denotat de tumorib⁹ coll̄.
Basi. Ois asit operatio ⁊ verbū sal
uatoris regula est pietatis et vir=
tutis. ob hoc eīn induit corpus no=
strū vt nos cōuersationē illius imi=
temur ꝑ posse. Chry. Exemplo igit̄
suo docet discipulos qualiter se ge=
rere debeant in domibus eorū qui
eos suscipiunt: vt scz applicātes ad
domū nō resupini quiescant: sed po
tius repleant suscipientes sacris et
diuinis doctrinis. hi ṽo qui domū
parāt: exeant obuiā hylariter ⁊ fer
uenter duab⁹ de causis. primo qui=
dē edificabūt i doctrinis eorū: quos
suscipiunt. deinde ⁊ recipient chari
tatis mercedē. vn̄ ⁊ hic sequit̄. Mar
tha autē satagebat circa frequens
ministeriū. Augu. de verb. do. Bn̄
martha circa corporalē dn̄i necessi=
tatē vel volūtatē ministrabat quasi
mortali: sed q̄ erat in carne mortali

Dominus ihs hospes

Documentum morale.

in principio erat verbum. Ecce qd maria audiebat. Uerbū caro factū est. Ecce cui martha ministrabat: laborabat ista: vacabat illa. verūtñ martha laborās multū in illa occupatiōe et negocio ministrādi interpellauit dñm: et de sorore conquesta est. Sequit eīn. Et ait. dñe: non est ti. cu. q sor. mea re. me. so. mi. Erat enim maria intēta dulcedini verbi domini. a martha cōuiuiū dño parabatur: in cuius cōuiuio maria iam iocūdabatur. Cū ergo suauiter audiret verbū dulcissimū et corde intentissimo pasceretur: interpellato domino a sorore sua: qūo putamus eā timuisse ne diceret ei dñs. Surge et adiuua sororē tuā? Mira enim suauitate tenebat: q̄ pfecto maior est mentis q̄ ventris; sz causam suā tanq̄ ociosa iudici maluit cōmittere. nec in respōdendo voluit laborare. si enim pareret respōdēdi sermonē remitteret audiendi intentionē. Respondit ergo domin⁹ qui in verbo nō laborabat: qr verbū erat. Sequitur eīn. Et respondens dixit illi dñs. Martha martha soli. es et turbaris erga plurima. Repetitio nominis indiciū est dilectiōis: aut forte mouende intentiōis: vt audiat attentius. Bis vocata audit. Turbaris erga plurima. i. circa multa es occupata. vult eīn hō currere: quādo ministrat et aliquando nō pōt: queritur qd deest: parat qd adest: distenditur animus. nā si martha sufficeret: adiutoriū sororis nō posceret. mu ta sunt: diuersa sunt: qr carnalia sunt: qr temporalia sunt. Preponit vnū mltis. nō eīn a multis vnū: sz multa ab vno. vn̄ sequit. Porro vnū est necessariū. Circa vnū se voluit occupari fm illud. Mihi adherere deo bonū est. vnū sunt pater et fili⁹ et sp̄ussctūs: ad hoc vnum nō nos pducit nisi mlti habeamus cor vnū. Cyril. Uel aliter. Cū susceperint aliqui fratres deū nō solicitentur erga multum officiū: nec poscant que pre manibus non sunt et opus exuperāt. grauat eni passim

Anagoge augustini.

in qualibet re qd supfluit. generat enim volentibus conferre tedium: cōuiuis aūt videt q sunt aliqs causa laboris. Basi. Absurdū etiā est cibos ad sustentationē corporis sumere: ac per eos itez officere corpori: et impedire ipsum erga mandato rū diuinorum officiū. Si ergo adueniat aliquis pauperum: sumat formam et exemplar modestie ciborū: nec causa viuere volentiū in delitijs mensam propriam pparemus. vniformis enim est christiani vita. ad vnam intendens intentionem scilz ad gloriā dei. Multiformis vero et varia vita eorū qui de foris sunt: p libitu variata. Tu vo cur dū copiā ciborū et causa delectationis fratri preparas mensam: criminaris eū voluptatis: et diffundis in eum gulositatis opprobria: arguens delitias eius in eo qd preparas: et nō cō mendauit dominus martham occupatam circa frequēs ministerium. Augu. de verb. do. Quid ergo putamus reprehēsum esse ministeriū marthe: quā cura hospitalitatis occupauerat: que tāto hospite letabatur? hoc si verū est: dimittant homines q ministrant egentibus: vacēt verbo: occupentur circa scientiā salutarē: nihil sit cura eis quis peregrinus in vico sit: quis egeat pane. vacēt opera misericordie. vni insistetur scientie. Theophi. Nō ergo dominus hospitalitatē phibet: sz plurimoz turbationē. s. abstractioē et tumultū: et vide ɔsiliū dñi: q p⁹us dñs nihil dixerat marthe: sed postq̄ illa sororē ab auditu studebat euellere. tūc dñs occasione hita increpauit eā vsq̄ eīn adeo honorat hospitalitas donec ad necessaria nos attrahit. Cū vo incipit ab vtilioribus ipedire manifestū ē q honorabilior ē diuinorū auditus. Aug. de ver. do. Nō ergo dñs opus reprehendit: sed munus distinxit. Sequit enim. Maria optimā partē elegit que nō auferetur ab ea. Non tu malā: sed illa meliorē: vnde meliorē? qr ab ea nō auferetur: a te auferetur aliqn onus

necessitatis. Non em cũ veneris ad illã patriã: inuenies peregrinũ quẽ suscipias hospitio: sed bono tuo auferet: vt qd melius est det. auferet a te labor vt requies det. Tu nauigas: illa in portu est. eterna em est dulcedo veritatis: in hac tamẽ vita augetur: in illa pficiet: nũq̃ auferet. Ambro. Agat ergo te sicut mariam desideriũ sapientie. hoc em maius hoc pfectius opus: ne ministerij cura cognitionẽ vbi celestis auertat.

Allegorica expositio. Nec arguas eos et ociosos iudices quos videas sapie studere. Augu. de que. eu ã. Mystice aũt q martha excepit illũ in domum suã significat ecclesiã que nũc excepit dñm in cor suũ. Maria soror eius que sedebat ad pedes dñi z audiebat vbũ eius: significat eandẽ ecclesiã: sed in futuro seculo: vbi cessans ab ope ministerio q̃ indigentie: sola sapientia pfruitur. Qd aũt cõqueritur q soror eius eã nõ adiuuet: occasio dat sententie dñi: qua ostẽdit istã ecclesiã sollicitã esse et turbari erga plurima: cũ sit vnũ necessarium: ad qd p ministerij huius merita puenit. Mariã vo dicit optimã ptẽ elegisse q p hãc ad illã tẽdit: z nõ auferet. Gre. vi. mo. Uel p mariã q̃ verba dñi residens audiebat: cõtẽplatiua vita exprimit. per marthã exterioub obsequijs occupatã: actiua vita significat: sed marthe cura nõ reprehẽdit. marie vero laudat. qr magna sunt actiue vite merita: sed contẽplatiue potiora. vnde nec auferri vnq̃ marie ps dr: qr actiue vite opa corpore transeunt: cõtẽplatiue aũt gaudia melius ex fine cõualescũt. Capi. xi.


T factum est cum esset in quodã loco orãs vt cessauit: dixit vnus ex discipulis eius ad eũ. Dñe doce nos orare sicut docuit ioannes discipulos suos. Et ait illis. Cum oratis dicite. Pater sanctificet nomen tuum. adueniat regnũ tuum: panẽ nostrũ quottidianũ da nobis hodie: et dimitte nobis peccata nostra siquidẽ et nos dimittimus debenti nobis: et ne nos inducas in tentationem.

¶Beda. Post hystoriam sororũ que duas ecclesie vitas significauerũt. nõ frustra dñs et ipse orasse: z discipulos orare docuisse scribitur: quia et oratio quam docuit: vtriusq̃ in se vite cõtinet mysteriũ: z ipsarũ pfectio vitarũ: nostris non viribus est obtinẽda. sed precibus. vnde dicit. Et factũ ẽ cũ esset i quo. loco orãs. Cyril. Cũ autẽ habeat omnis boni plenitudinẽ: cur orat si plenus est z in nullo penitus eget? Ad hoc dicimus q cõpetit ei et modo dispensationis in carne. cũ voluerit humana psequi tpe ad hoc cõuenientẽ. Si em comedit z bibit: nõ incõgrue vtebat orone: vt doceat nos nõ ẽe erga hoc tepidos: sed attentius insistere oronibus. Tytus. Cũ aũt nouã conuersationẽ vidissent discipuli: nouã formã orationis postulauerũt cum plures oratiões cõtinerent in veteri testamento. vnde sequitur. Ut cessauit: dixit vnus ex discipulis eius ad eũ. Dñe doce nos orare: ne scz cõtra deũ peccemus. aliqua querentes p alijs: vel deo assistẽtes in oratione nõ eo mõ quo expedit. Orige. Et vt orationis doctrinã proferat infert. Sicut z ioan. docu. discipu. suos. de quo scz nos docuisti: q inter natos mulierũ nullus eo maior surrexit: z qr cepisti nobis petere eterna et grandia: vnde erit nos ad horum peruenire noticiã: nisi a te deo z saluatore nostro? Grego. nisenus. Orationis ergo doctrinã explicat discipulis qui solerter noticiam orationis expostulãt: ostẽdens qualiter iplorari oporteat diuinũ aud:tũ. Basi. Duo autem sunt modi orationis. Una quidem laudis cũ humilitate. secundus vero petitionis remissior. Quotiens ergo oras nõ prim ad petendũ prumpas: Si autem

Oratio suadet.

tuum criminaris affectum quasi necessitate coactus supplices deo. Sed cum incipis orare quaelibet desere creaturam visibilem et inuisibilem. Sumimus autem exordium a laude illius qui cuncta creauit. vnde subditur. Et ait illis. Cum oraueritis dicite: pater. Augu. de ver. dni. Primus sermo quam te si e. faciem tuam non audebas ad celum attollere: et subito accepisti gratiam christi. Et malo suo factus est bonus filius. ideo presume non de tua operatione sed de christi gratia. Non ergo hic arrogantia est: sed fides. predicare quod acceperis: non est superbia: sed deuotio. Ergo attolle oculos ad patrem: qui te per lauacrum genuit: qui per filium te redemit: patrem dicas quasi filius. Sed noli tibi aliquid specialiter vendicare: solius christi specialis est pater: nobis est pater omnibus in communi: quia illum solum genuit: nos autem creauit. Et ideo secundum matth. di. Pater noster. et addit: qui es in celis. In illis. s. celis de quibus dictum est. Celi enarrant gloriam dei. Celum est vbi culpa cessauit. vbi nullum mortis est vulnus. Theo. Non autem dicit. Qui es in celis: tanquam ibi circumscribatur sed vt ad celos erigat adiutorem et abstrahat a terrenis. Grego. nisenus. Vide autem quante preparationis opus est vt audacter possis deo dicere pater: quia si ad res mundanas intuitum dirigis: aut humanam gloriam ambis aut sordes passibilis appetitus: et hanc orationem efficies. Audire mihi videor deum dicentem. Cum corrupte fueris vite si patrem vocas incorruptibilitatis genitorem: feda voce inquinas incorruptibile nomen. nam qui patrem mandauit vocare: proferre mendacium non concessit. Omnium vero bonorum exordium est glorificare nomen dei in vita nostra. vnde subdit. Sanctificetur nomen tuum. Quis enim est adeo bestialis qui videns in credentibus vitam puram non glorificet nomen inuocatum in tali vita. Igitur qui dicit in oratione: sanctificetur in me inuocatum nomen tuum: hoc orat: fiant tuo concurrente subsidio: iustus abstinens a quolibet malo. Chryso. Sicut enim cum quis celi pulchritudinem aspicit dicit: gloria tibi deus: sic etiam cum aspicit alicuius virtutem: quia hominis virtus multo magis quam celum glorificat deum. Aug. de ver. do. Uel dicitur. Sanctificetur nomen tuum in nobis vt ad nos possit eius sanctificatio peruenire. Tytus. Uel dicit. Sanctificetur nomen tuum. i. nota sit tua sanctitas toti mundo: et laudet te decenter. Rectos autem decet collaudatio. Iussit igitur orare pro emendatione mundi totius. Cyril. Quam penes eos ad quos nondum peruenit fides contemnitur adhuc nomen dei. sed vbi iubar veritatis super eos illuxerit: eum fatebuntur sanctum sanctorum. Tytus. Et quia in nomine iesu est gloria dei patris: tunc nomen patris sanctificabitur: quando christus erit notus. Orige. Uel quia nomen dei ab errantibus attribuitur culturis et creaturis: nondum est sanctificatum: vt sit separatum a quibus debuit separari. Decet ergo nos orare vt nomen dei adaptetur soli vero deo: cui adaptatur quod subditur. Adueniat regnum tuum: vt sic euacuetur principatus et potestas et virtus et regnum mundi: quinetiam peccatum quod regnat in mortalibus nostris corporibus. Gregorius nisenus. Imploramus etiam a domino liberari a corruptione erui a morte. Uel secundum quosdam. Adueniat regnum tuum id est veniat super nos spiritus sanctus tuus: vt purificet nos. Augustinus. de ver. domini. Tunc enim venit regnum dei quando eius sumus gratiam consecuti. Ipse enim ait. regnum dei intra vos est. Cyrillus. Uel qui hoc dicunt videntur optare rursum refulgentem in mundo omnium saluatorem. Mandauit autem in oratione petere illud tempus reuera terribile: vt sciant quod viuere decet eos non lente vel remisse: vt illud tempus non paret eis flammam et vindictam: sed magis honeste secundum voluntatem ipsius: vt eis tempus illud nectat coronas. vnde secundum Mattheum. sequitur. Fiat

Copiosa gratia christi.

Iesu nomen gloriosum

volūtas tua sicut i celo et in terra. Chry.q.d. presta nobis dñe cōuersationez imitari celestē: quatenus quecunq tu vis: nos ēt velimus. Greg.nise. Quoniā .n. vitā humanā post resurrectionem siˡem̃i. dic̃ esse venturā vite angelice. ɔ̃ns est vitam mūdanam ad vitam q̃ postmodum sperat̃ disponi: vt in carne viuentes carnaliter non viuamus.

Anagoge pulchra.

Per hoc autem verus medic⁹ anime soluit morbi naturam: vt quos occupauit infirmitas per hoc ꝙ a volūtate diuina recesserant a morbo denuo liberet copulatio ad voluntatez diuinā. Est.n. sanitas ale executio debita voluntatis diuine. Aug. in enchiridiō. Apud euangelistam igitur mattheum septē petitiones continere vr̃ dñica oro: euāgelista vero lucas in oratiōe dominica petitiōes nō septem ſ3 quinq̃ ɔplexus est nec ab illo vtiq̃ discrepauit. Sed qūo illa septē sint intelligenda: ipse sub breuitate cōmonuit. Nomē quippe ei sanctificatur in spiritu: dei autem regnum in resurrectione futurum ē. Ostendens ergo lucas tertiā petitionē duaruz supiorū esse quodā mō, repetitionē magis eā pretermittendo voluit intelligi. Deide tres alias adiunxit. Et pmo de pane quotidiano dicēs. Panem no.quoti.da.no.ho. Aug. de ṽ.domini. In greco dr̃ epiusion hoc est supersubstantialē: nō iste ē panis qui vadit in corpus: sed ille panis vite eterne qui anime nostre substantiam fulcit. Latinus autez hunc quotidianum panē dic̃: quem greci dñt aduenientē. Si quotidianus ille ē panis: cur post annū illū sumas: quēadmoduz greci in oriente facere consueuerunt? Accipe quotidie qđ quotidie tibi prosit: sic viue ꝙ quotidie merearis accipere.

Panis supsubstantialis.

Mors domini significatur et remissio pctōrum. qui vulnus habet medicinā querit: vulnus est q2 sub peccato sumus medicina ē celeste et venerabile sacramētum. Si quotidie accipis: q̃tidie tibi est hodie. Christus tibi quotidie resurgit: hodie enim est quando christus resurgit. Tytus. Vel panis animarum diuina est virtus: afferēs futurā vitaz perhennē sicut panis ex terra prodiēs vitam tēporalē conseruat. Cū aūt quotidianū dixisset diuinū q̃ aduenit et futurus est significat: quē nobis hodie prestari requirimus poscentes qđdam eius principiū atq̃ gustum: quando spiritus in nobis inhabitans virtutem operatur: q̄ superat omnem virtutez humanā. puta castitatē: hūilitatē. Cyril. Putant aūt forsan aliq̃ indecens esse sanctos a deo querere corporalia. et ob hāc causam applicant quod dr̃ ad spiritalem considerationem. Ego autez concedā ꝙ opz sanctos precipue satagere ad obtinēda spiritalia dona. Illud tñ decet inspicere qđ irrephensibiliter petunt domino precipiente panē coem. ex eo enim ꝙ panē iussit querere. i. quotidianum alimentū. vr̃ ꝙ nihil locōcedat eos habere: ſ3 magis honestā colere paupertatem. non .n. est habētium panē petere: sed oppressoꝝ penuria.

Corporalia quomodo petenda.

Basi.q.d. panē quotidianum q̃ nostre substantie cōpetit ad vitam diurnā: non tibiipsi cōmendes: ſ3 ad deū cū eius refugias exponēs ei necessitatē nature. Chry. Postulanda ergo sunt dūtaxat necessaria vite: non ciborum diuersitates. et vina odorifera: et cetera que delectant guttur: onerant autē ventrē: et mentem perturbāt: ſ3 panis qui potest substantiam corporꝭ sustentare: et illuz qui nobis hodie tm̃ modō sufficit: vt de crastino non cogitem⁹: vnā autē solā petitionē sensibilem querim⁹: vt ꝑñtib⁹ nō affligamur. Gre.nise. Postq̃ āt per bona opa fiduciā sumere docuit: iā ſr remissiōez reatuuz docet iplorare. Seq̄r .n. Et dimitte nob̃ pctā nr̃a. Tytus. Hoc ēt additū est necio pro eo ꝙ null⁹ sine peccato reperit̃: ne ipediamur a sacra ꝑticipatiōe ꝑp̄ humana pctā. Cū.n. teneamur exhibere xp̄o oīmodā scitatē q̃ spm̃ scm̃

Nullus sine peccato.

habitare facit i nobis: redargue̅di sumus si non obseruemus ei te̅plū mu̅dū. Huic aute̅ defectui subuenit per dei bonitate̅ indulge̅tē hu̅ane fragilitati pctōrū punitionez. Hoc at ipsū iuste fit a iusto deo qn nos quasi debitoribus relaxam⁹: his.s. q nob nocuerunt: et debita nō exhibuerunt. vnde subditur. Sicut et ipi dimit. om. de. nob. Cyril. Uult ei vt ita loquar patientie quā holes colunt imitatorem fieri deū: vt qualem ipsi exhibuerunt conseruis bonitatem: talē pari lāce recipere petant a deo qui iuste reco̅pensat: et nouit vol misereri. Chryso. Hec igit aduertentes grates age̅de sunt debitoribus nr̄is: fiunt enim nobis si sapim⁹ cā indulgentie maxime: & pauca exhibe̅tes plurla repiem⁹. nam et nos mlta debem⁹ et magna debita dn̄o: q̄z si minimā pte̅ a nobis vellet exigere: iā pijssem⁹. Aug. de ver. do. Debitū aute̅ qd est nisi peccatū? Ergo si nō accepisses alieni fenoris pecuniā nō deberes. & iō pctm̄ tibi iputatur. Habuisti. n. pecuniā cū q diues nascerls ad imaginē et similitudinē factus dei: sed pdidisti quod habebas: sicut dū arrogātiā deside̅ras vē dicar e: perdidisti humilitatis pecuniam accepisti a dyabolo debitū quod nō erat necessarium. cautionē tuā tenebat inimicus: sed eā dn̄s crucifixit: et suo cruore deleuit. Potens ē autem dominus qui abstulit peccatū: et debita nr̄a donauit: custodire nos aduersus dyaboli insidias: qui culpā generare consueuit. vnde seqt. Et ne nos inducas in tentatione̅: quā scz ferre nō possum⁹. Sz q̄si athleta talē vult te̅tatione̅: quā ferre possit hu̅ana ꝯditio. Tytus. A dyabolo. n. non tentari ē ipossibile: sed ne a deo derelinq̄mur ad tentationes h deprecamur. Qd at ex ꝑmissiōe diuina co̅tingit: illd de⁹ qn̄q̄ facere dr̄ i scriptura. et sz h nisi ꝓhibeat te̅tationis inualescentiā q supra nos est: tunc nos in te̅tatione̅ īducit. Maxi. Uel mandat domin⁹ vt petamus. Ne nos inducas in tentationez. i. nō permittas voluptuosarū et spo̅taneatum tentationū nos experientiam pati. Jacobus at docet ꝑ veritate certantes nō remitti in tentationibus inuoluntarijs et causatiuis laboꝝ dice̅s. oē gaudiū estimate fratres mei cū in tentationes varias incideritis. Basi. Nō tn̄ decet nos orando petere afflictiones corporales. vniuersaliter enim p̄cecepit orare nō subire tentatione̅: sed postq̄ aliq̄s subijt expedit a domino petere v̄tute̅ perfere̅di: vt ꝯsumetur i nobis illud. Qui sustinet vsq̄ ad finem saluus erit. Augu. i enchiridion. Et vero q mattheus in vltio posuit. Sed libera nos a malo. iste nō posuit. vt intelligamus ad illud. superius qd de tentatiōe dcm̄ ē pertinere. Ideo quippe ait. Sed libera. non ait. Et libera. tanq̄ vnā petitionē demōstrās. noli h sed hoc sed sciat vnusq̄sq̄ in eo se liberari a malo: q nō infertur in te̅tatione̅. Aug. de ver. dn̄i. Unusq̄sq̄. n. petit vt a malo: hoc ē ab inimico & peccato liberet: sed q deo se co̅mittit dyabolū nō timet. Si ei de⁹ pro nobis: quis contra nos?

Concordia scripturaꝝ

¶ Et ait ad illos: Quis vr̄m he̅bit amicū et ibit ad illū media nocte: et dicet illi: Amice co̅moda mihi tres panes: qm̄ amic⁹ me⁹ ve̅it de via ad me: et nō habeo qd ponā āte illū: & ille deintus rn̄dēs dicat noli mihi molest⁹ eē: iā ostiū clausum ē et pueri mei mecū sūt in cubili: nō possum surgere et dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans dico vobis: et si nō dabit illi surgens eo q amic⁹ ei⁹ sit: propter iprobitatez tn̄ eius surgens. et dabit illi quotquot habet necessarios.

Chry. Docuerat sup.a saluator ad petitione̅ apostoloꝝ qualiter op&

orare: poterat autem contingere
eos qui hoc salutare documentum
receperant. effundere quidem pre=
ces iuxta traditã formã: sed negli=
genter et remisse hoc facere: deide
cũ nõ exaudirentur per primã vel
secundã orationez desistere ab ora
tionibus. Itaq3 ne hoc pateremur
per modum pabole manifestat: q
pusillanimitas in orationibus dã=
nosa ẽ. Utilissimum vero est in eis
patiẽtiã habere. vnde dr. Et ait ad
illos. Quis vestrũ habebit amicũ?
Theophi. Amicus iste deus est q
Amicissimus christus — omnes amat et oẽs saluos vult fie
ri. Ambro. Quis etiã ẽ nobis ami=
cior: q̃ʒ qui pro nobis corpus suuz
tradidit? Datur aũt nobis hic ali⁹
precepti modus: vt oĩbus momen=
tis: non solum dieb⁹ sed ẽt noctib⁹
oratio deferatur. Sequit̃. n. Et ibit
ad il. me. nocte. Sicut perijt dauid
qñ dicebat. Media nocte surgebã
ad confitendũ tibi. Neq3. n. timuit
excitare dormientem: quẽ scit sp eẽ
vigilantem. nam si ille tã sanctus:
et qui regni erat necessitatibus oc=
cupatus septies in die laudem do=
mino dicebat quid nos facere debe
mus qui eo amplius rogare debe
mus: quo frequẽtius carnis ac mẽ
tis fragilitãte deliquimus quod di
ligendo dominũ deũ tuũ. non soluz
tibi: sʒ ⁊ alijs poteris emereri. Se=
quitur. n. Et di. il. Amice commo=
da mihi tres pa. quoniã ami. me⁹
ve. ad me de via: et nõ ha. quod po
nã ante illum. Aug. de ver. do. Qui
autem sunt isti tres panes: nisi my
sterij celestis alimentum? fieri. n.
põt vt aliquis passus fuerit amicũ
aliquid interrogantez: quod respõ
dere non possit: et tũc se inuenit nõ
habere: quãdo coactus ẽ dare. Ve=
nit ergo tibi amic⁹ de via. i. vita hu
ius seculi: in qua oẽs velut pegrini
trãseũt: nec vll⁹ q̃ıi possessor maet: sʒ
ol hoi dr. Trãsi da vẽturo locũ: aut
forte de via mala h̃ ẽ de vita mala
fatigat⁹ nescio qs amic⁹ tu⁹ nõ in=
uenicẽs vitatẽ: q̃ audita pcepta bea
tus fiat. venit ad te tãq3 ad xpianũ

et dic. Redde mihi rõnẽ. Et interro
gat qd forte tu p simplicitatẽ fidei
nesciebas: et nõ ẽ. vnde reficias esu
rientẽ: ⁊ ɔpelleris querere i dñicis
libris. fortassis. n. q ille iterrogauit
i libro positũ: ẽ sʒ obscurũ ẽ ibʒ pau
lum aut petrũ aut aliquẽ pphã in
terrogare non sineris. Iam eni re
quiescit familia ista cũ dño isto suo — Libri ɔsulẽdi.
et seculi huius ignorãtia valida ẽ:
hoc ẽ nox media: et viget amic⁹ esu=
riens cui simplex fides nõ sufficit.
Nunquid deserend⁹ ẽ? ergo ad ip=
sum dñʒ: cũ quo familia requiescit:
pulsa orãdo: de q subdit̃. Et il. de i.
rñ. di. Noli mihi molestus eẽ q dif
fert dare vult vt amplius deside=
res dilatum: ne vilescat cito datum.
Basi. Forsitã ẽt ob hoc differt qua=
si ingeminãs tui assiduitatẽ: et fre
quentiã erga se: et vt agnoscas qd
donũ dei sit: et in timore donata cu=
stodias. Quicquid. n. aliquis mul=
to labore acq̃rit nitit̃ custodire: ne
cũ illo pdiderit suũ laborẽ amittat.
Glo. Nõ g̃ aufert ipetrãdi licẽtiã:
sʒ vehemẽti⁹ accendit desideriũ orã
di: oñsa diff: cultate ɔseq̃ndi. Seq̃t̃.
ei. Iam ostiũ clausũ ẽ. Ambro. Hoc
ẽ ostiũ qd aperire sibi ẽt paul⁹ expo
scit: nõ solũ suis: sʒ ẽt populi oratio
nibus obsecrãs se iuuari: vt aprit̃
sibi ostiuʒ ad loq̃ndũ mysteriũ xpi
Et fortasse illud ẽ ostiuʒ qd aptũ vi
dit ioãnes. cui dem est. Ascẽde huc
et oñdã tibi q̃ opʒ fieri. Augu. de q̃.
euã. Significat g̃ ipe famis ꝟbi: cũ
itelligẽtia claudit̃: et illi q aplicaʒ
sapiaʒ tãq3 panẽ erogãtes p orbem
terre pdicauert̃: iã sũt i secreta qe=
te cũ dño Et h̃ ẽ qd subdit̃. Et pueri
mei mecũ sũt i cubili. Greg. nisen⁹.
Opportune eos q p arma iustitie
ipassibilitatẽ vẽdicauert̃ sibi pue=
ros appellat: docẽs q bonũ qd per
studia in nob acquirit̃ ab initio fue
rat in natura repositũ. nã qñ aliqs
abrenunciãs carni p rõnem exerci
tio virtuose passionẽ ɔfutauit.
tunc quasi puer insensibiliter se hʒ
erga passiões. Cubile ãt requiem
intelligimus saluatorem. Glo. Et

propter premissa subdit. Non possum surgere et dare tibi qd est ad difficultatem ipetrandi referedu. Aug. de que. eua. Vel aliter. Amic⁹ ad quem venitur media nocte vt ac commodet tres panes. vtiq ad similitudinem ponitur: sin qua qui rogat deum in media tribulatione constitutus vt ei tribuat intelligentiam trinitatis: qua presentis vite consoletur labores. Ipsa ei angustia media nox est qua cogitur vehementer instare. In trib⁹ autem panibus et illud significat vni⁹ substantie esse trinitatem. amic⁹ autem veniens de via intelligitur hominis appetit⁹ qui debet roni parere. Subebat autem consuetudini temporali: quam viam vocat propter oia transeuntia. Conuerso autem homine ad deu: et ille appetitus a consuetudie reuocat. Sz si non cosolet interius gaudiu de doctrina spiritali: qua creatoris trinitas predicat: magne angustie sunt in hoie quez premit erumna mortalis: cum ab his q foris delectant precipit abstinentia et intus non est refectio de leticia doctrine spiritalis: et tn orando efficitur: vt accipiat desiderans intellectuz a domino: et si homo desit per quem sapia predicet. Seqt ei. Et ille si perseuerauerit pulsas dico vob. Et si no dabit illi surgens eo q amic⁹ ei⁹ sit propt ipbitate th ei⁹ surget: et dabit illi quotquot habet necessarios. Coparatio e a minori: si ei amicus homo surgit de lecto et dat no amicitia sed tedio co pulsus: quato magis de⁹ dat: qui sine tedio largissime donat qd petit. Augu. de ver. do. Cum autem puenneris ad tres panes h e ad cibu et intelligentia trinitatis: habes et vnde viuas: et vnde pascas. Ne timeas: ne finias: non eni panis ille finietur: sed indigentiam tuam finiet. disce et doce: viue et pasce. Theo. Vl' alr. Media nox finis e vite: in q mlti ad deu aduenint. Amicus at e agel⁹ q accipit alaz. Vl' media nox est profundum tentationu in quo constitutus petit a deo tres panes: necessitatez scilicet corporis anime et spus: per quem in tentationibus non periclitamur. Amic⁹ autem qui de via venit ipse de⁹ est qui in tentationib⁹ nos probat: cui non habet quod apponat qui in tetatioe infirmat. Quod aut dicit. Et clausa est ianua. intelligenduz est q docet nos ante tentatioes pparatos ee: postq vo tetatioi icidim⁹ preparatiois ianua claudit et iparati iueti: nisi de⁹ adiuuet piclitamur.

Et ego dico vobis. Petite et dabitur vobis: querite et inuenietis. Pulsate et aperietur vobis. Ois enim qui petit accipit: et qui querit inuenit: et pulsanti aperietur. Quis aut ex vobis patrem petit panem nunquid lapidem dabit illi? aut piscem: nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouu: nunquid porriget illi scorpionem. Si ergo vos cuz sitis mali nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis pater vester celestis de celo dabit spm bonum petentibus se?

Aug. de ver. do. Posita silitudine adiuxit exhortatione dns et ois stimulauit nos querere: petere: pulsare donec accipiamus qd petimus. vn dicit. Et ego dico vobis: petite et dab: vob. Cyril. Qd dic dico vobis vi hz iuramenti: de⁹ ei no metit. Qncunq at inuit auditib⁹ aliqd cu iuramento oñdit iexcusabile nre fidei puitatez. Chry. Per petitione autem orationem ostendit: per inquisitione vero studium et sollicitudinem cu subdit. Querite et inuenietis. que eni queruntur plurima cura indigent: quod maxime est i deo. Plura nanq sunt que sensu nrz ipediunt: sicut ergo aurum perditu querim⁹ sic deum sollicite perqram⁹. Ostendit etiam q q̄uis non aperiat illico ianua tamen immorandum est.

Trinitas predicatur

Vis iuramenti in verbis.

vnde subdit. Pulsate et aperiet vobis: q: si querens immoraberis vtique recipies: ob hoc reclusum est ostium vt faciat te pulsare: nō non mox annuit vt expostulas. Grecus. Uel per hoc q dicit. Pulsate. forsitan insinuat petere cum effectu. pulsat em aliqs manu. Boni aūt opis signū est manus vel hec tria pnt aliter distingui: vtutis enim initiū est petere notā fieri viā vitatis. Scdo vero gradus est qrere qualiter oporteat trāsire p viā. Tertius grad' est vt cū vtutes attigerit pulset ad ostium vt intret spatiosam cognitionē: q oia orando aliqs acqrit. Uel petere qdē est orare: qrere vero p bona opera agere orationi cōdigna. Pulsare autez est orationi immorari nec desistere. Augu. de ver. do. Nō aūt nos tantū hortaret: vt peteremus nisi dare vellet. Erubescat humana pigritia: plus vult ille dare q nos accipere. Amb. Qui aūt pmittit aliqd: spem debet afferre pmissi: vt momētis obedientia deferat pmissis fides. et ideo subdit. Ois em qui pe. acci. et q qrit inue. et pul. ape. Orige. Queret aūt aliqs qualiter quidā orātes nō exaudiantur? Ad qd dicendū: q quicunq recto tramite ad querenduz accedit: nil omittēs ex his que conferunt ad petitorū obtentū: accipiet reuera qd pcat' est dari sibi. Sidqs aūt diuertens a pposito debite petitionis: cū nō petat: vt decet: nō petit. Quo fit vt cū nō recipiat: qd hic dicitur: non falsificet. Nam et magistro dicēte. Quicunq veniet ad me assequetur disciplinarum peritiā: adire magistrū realiter accipim': hoc est vt ferventer et diligenter vacet documētis ipsius. vnde et Jacobus dicit. Petitis et nō accipitis: eo q male petatis scz cū voluptatū vanarū. Sed dicet aliquis: imo cū aliqui rogāt p diuina noticia obtinēdas et recuſatione vtutū nō obtinēt: cui dicendū q nō ppter se bona petiuerunt accipere sed vt cōmendentur per ea. Basi. Siquis etiam ob torporē exhibeat se desiderijs et traditor sui fiat i manus hostiū: huic de' nec adiuuat nec exaudit: eo q p peccatū alienū se fecit a deo. decet ergo offerre quidez quid interest sua: clamare autez ad deum vt adiuuet eum. Est autē diuinum subsidiū implorandū nō remisse: nec mente huc illucq vagāte: eo q talis nō solū non impetrabit qd petit sed magis deum irritabit. naz si aliquis coraz principe stans firmū habet intrinsecū et extrinsecū oculū: ne forsitan puniatur quanto magis corā deo attentum ac tremebunduz oportet assistere? Si vero debilitat' a peccato fixe nequis orare: quantumcūq potes teipsum cohibeas: vt stā do corā deo ad eum dirigas intellectum et deus ignoscit: eo q non ex negligentia sed ex fragilitate nō potes: vt oportet assistere corani deo. Si sic ergo teipsum compellis ne discedas donec accipias. Jō ergo qñcq petis et nō accipis: q: perperā postulasti: vel infideliter: vel leuiter: vel non conferentia tibi: vel destitisti. Sepius aūt quidā obuiāt dicentes. Quare oramus? an ignorat ds quibus opus est nobis? Nouit qppe: et omnia spiritualia vberius dat nobis et anteq postulemus: sed opa virtutis et regnū celorū oportet pri' optare: optanē vero querere lgerē tem per fidem et patientiā: quicquid interest sua: in nullo delicto redargutū a ppria cōscientia. Ambro. Ergo pceptiuus ldcus frequēter orandi spes est impetrandi: ratio autem psuadēdi prius fuit in pcepto: postea fit in exemplo: qd ostēdit subdēs. Quis autem ex vobis patrem petit panē nuquid lapidē dabit illi? Cyril. In quo instruit nos saluator qdam necessariū. frequenter enim inconsulto voluptatum impetu irruimus ad pernitiosa desideria. Cum igitur aliquid talium a deo petim'. nequaq impetrabim' ad quod ostēdendū vtitur patēti exemplo ex his que penes nos sūt: cum enim filius tuus petit panem gratanter propinas: quia cibum petit opportunuz. Quando vero sensus penuria lapidē poscat

Qd pulchra. Instructio tert

dem posuit vt comedat non afferes ei sed potius prohibes eum a nocturno desiderio: vt sit sensus. Quis āt ex vo. pa. pe. panē quē. s. pater dat. Nunquid lapidē dabit illi? scʒ si petierit. Eadē quoqʒ rō est in serpente ⁊ pisce de quo subdit. Aut piscem nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Et similiter in ouo ⁊ scorpione d quo subdit. Aut si petierit ouū nunquid porriget illi scorpionem? Orige. tu tamē attēde: si panis qdē est anime cibus in cogitatione: sine quo nō contingit saluari puta perspicax rō vite debite piscis autē est amo: discipline. puta mundi constitutionem agnoscere: elemētorūʒ effectū: ⁊ que cunqʒ consequenter disserit sapientia. Itaqʒ nec vice panis deus propinat laudeʒ: quē volebat diabolus a christo māducari: nec vice piscis serpētē: quē comedūt ethiopes: indigni pisces cōedere nec simpliciter dat vite nutritiue ⁊ vtile nō comestibilia ⁊ nocua: quod refert ad scorpionē ⁊ ouum. Augu de que. euā. Uel potius intelligatur charitas ꝓpter maiorē appetitum tam necessarium vt sine illa cetera nihil sint sicut sine pane mēsa inops: cui cōtraria est cordis duritia: quā lapidi comparauit. Piscis autem intelligitur fides inuisibilium vel ꝓpter aquam baptismi: vel q2 de inuisibilibus locis capitur. Qd ēt fides huius mundi fluctibus circūiactata nō frangit: recte pisci comparatur. Cui ꝯtrariū posuit serpentē ꝓpter venena fallacie q̄ ēt pmo hoi male suadendo ꝑseminauit. In ouo intelligitur spes. Ouū em nondū est fet⁹ ꝑfectus: sed fouendo sperat. Cui cōtrarium posuit scorpionem: cuius aculeus venenatus retro timendus est sicut contrariū spei est retro respicere: cum spes futuroꝝ in illa que āt sunt se extendat. Augu. de ver. domini. Quāta tibi loquit mund⁹ quāta post dorsum strepit vt retro respicias? O munde immunde quid strepis? qd auertere conaris. tenere vis periens qd faceres si maneres: quē

Tres virtutes theologice.

non deciperes dulcis. si amarus alimenta mentiris? Cyril. Ex premisso autē exemplo concludit. Si ergo vos cum sitis mali id est cum mentē susceptibilem prauitatis geratis: nō autē vniformē ⁊ fixam in bono sicut deus. Beda. Uel malos vocat seculi amatores: q̄ dant illa q̄ fm sensum suum iudicant bona: que etiā ī sua natura sunt bona: ⁊ ad vsum īfirme vite pertinent. vnde subdit. Nostis bona data dare filijs vestris. Apostoli etiā qui merito electionis bonitatē humani generis excesserāt: superne bonitatis respectu mali eē dicuntur: q2 nihil per semetipsum bonum nisi deitas sola. Quod vero subditur. Quanto magis pater vester de celo dabit spiritum bonū petentibus se? pro quo mattheus posuit. Dabit bona competentibus se. ostēdit spiritūsanctum plenitudinē bonorum dei: q2 omnes vtilitates que ex donorum dei gratia suscipiuntur ex isto fonte emanāt. Athana. Nisi autem spiritussanctus esset dei substantia dei qui solus est bonus: nequaqʒ hic appellaretur bonus quādo dominus renuit dici bonus: ī eo ꝙ homo factus est. Augu. de ver. do. Ergo auare quid queris: aut si aliud petas: quid tibi sufficiat: cui deus non sufficit.

¶ Et erat iesus eijciens demonium ⁊ illud erat mutum. ⁊ cū eiecisset demonium locutus est mutus: ⁊ admirate sunt turbe. Quidam autem ex eis dixerūt In beelzebub pricipe demoniorum eijcit demonia. Et alij tentantes: signum de celo querebant ab eo.

¶ Glo. Promiserat dominus ꝙ spiritus bonus daretur orantibus: cuius quidem beneficium subsequenti miraculo demonstrat. vnde dicit. Et erat iesus eijciens demonium et illud erat mutum. Theophi. Dicit auteʒ mutus vt in pluribus qui nō loquitur. Dicitur etiam ⁊ qui nō au

dit:sed magis proprie qui nec au-
dit nec loquitur. Qui autem a nati
uitate non audiuit ex necessitate nō
loquitur. Ea enim loquimur que p
auditum loqui docemur. Siquis ta
men ex aliqua passione superueniē
te auditum amiserit: hunc nihil pro
hibet loqui. Qui autem domino ob
Demo- latus fuit z mutus erat lingua: z sur
niū quō dus auditu. Tytus mutum autem
mutū dr vel surdum dicit demoniū quod hāc
ingerit passionem: ꝙ non audiatur
diuinum verbum. Nam demones
auferentes aptitudinē humani af
fectus: obtundunt anime nostre au
ditum: idcirco venit christus vt z eij
ciat demonium: z audiamus verbū
veritatis. vnum enī sanauit vt vni
uersalem pregustationeʒ faciat hu-
mane salutis. vnde sequitur. Et cū
eiecisset demoniū locutus est mutus
Remi. Demoniacus autē iste apud
mattheū non solum mutus: sed z ce
cus fuisse narratur. Tria igitur si-
gna simul in vno homine perpetra
ta sunt. Cecus videt: mutus loquit
possessus a demone liberatur quod
quotidie cōpletur in confessione cre
dentiū: vt expulso primum demone
fidei lumē aspiciant. deinde ad lau
des dei tacentia prius ora laxentur
Cyril. Hoc autē miracula pacto ex-
tollebat eum multitudo preconijs: z
gloria que deum decet. vnde sequit.
Et admi. sunt turbe. Beda. Turbis
aūt: que minus erudite videbantur
domini semper facta mirantibus:
scribe z pharisei vel negare: vel sini
stra interpretatione peruertere la-
borabant: quasi non diuinitatis: sed
immundi spirit⁹ opera fuissent. vñ
sequitur. Quidam autem ex eis di-
xerūt. in beel. princi. demo. eijcit de-
monia. Beelzebub deus erat acha-
ron. nam beel quidem ipse baal: ze-
bub autem musca vocatur. Dicitur
autem beelzebub quasi vir musca-
ruʒ ex cuius spurcissimo ritu princi-
pem demoniorum cognominabant.
Cyril. Alij vero paribus stimulati li
uoris aculeis petebant ab eo cele-
ste videre portentum. vnde sequit.

Alij tentantes signū de celo quere-
bant ab eo. Quasi dicerēt: Quis ab
homine demoniū eieceris non tamē
hoc est diuine operationis argumē
tum. nondū enī vidimus aliqd prio
ribus simile miraculis. Moyses ei Signum
trāsduxit populū per mediū maris de celo.
iosue vero successor eius solē retar-
dauit in gabaon. tu vero nihil horū
ostendisti. Querere enim prodigia
de celo innuit: ꝙ huiusmodi cogita-
tionibus tunc temporis afficiebant
erga christum.

¶ Ipse autē vt vidit cogitatio
nes eorum dixit eis: Omne re-
gnum in se diuisum: desolabi-
tur: z domus supra domum ca
det. Si autem z sathanas in se
ipsū diuisus est quomodo stabit
regnum eius: qr dicitis in beel-
zebub me eijcere demonia? Si
autem ego in beelzebub eijcio
demonia: filij vestri in quo eij-
ciūt? Jdō ipsi iudices vestri erūt.
Porro si in digito dei eijcio de
¶Cyril. Qm gemina est cã pfidie: q aut ex insolita malitia aut ex accidẽti metu nascit: neqs metu territus deũ quẽ corde cognoscit negare cogat. pulchre addit. Dico aũt vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui occidũt corpus. Cyril. Nõ qbuscunq enim simplr hic sermo cõuenire videt: sed his q deũ ex tota diligũt mẽte: qb9 cõuenit dicere. Quis nos sepabit a charitate xpi? q aũt nõ tales sunt: labiles sunt z ad psiliendũ pati. porro dñs dicit. Maiorẽ hãc dilectionẽ nemo habet q̃ vt aiam suã ponat qs p amicis suis. Qũo autez nõ est incõuenictissimũ xpo nõ repẽdere: qd ab eo recipim9? Amb. Mortẽ ẽt docet nõ esse terribilẽ: quã locupletiore fenore sit imortalitas redẽptura. Cyril. Est ergo aduertẽdũ q laborib9 parant corone: z holes quib9 mortales vsq ad tps suã irã extendunt. fitq illis nostre psecutionis finis corporalis interitus. vñ subdit. Et post hoc nõ habẽt amplius quid faciant. Beda. Ergo superuacua furiunt insania q mortua martyrũ mẽbra feris ambusq discerpenda pijciunt: cũ nequaq oipotentie dei qn ea resuscitãdo viuificet resistere possint. Chry. Cõsidera qualiter dominus discipulos oibus supiores cõstituit: ipsam mortẽ cunctis terribilem hortans contẽnere. Simul aũt z documẽta imortalitatis aie oñdit eis cum subdit. Ostẽdã aũt vobis: quẽ timeatis: timete eum qui postq occiderit: habet potestatez mittere in gehennam. Ambro. Mors enim nature finis non pene est. z tõ mortem supplicij corporalis esse defectuz penam vero anime esse ppetuã: deũq solũ esse metuendũ. cuius potestati non natura pscribat: sed eandem natura subiaceat concludit. Ita dico vobis hunc timete. Theophi. Hic nota q peccatoribus qdez mors ad suppliciũ fertur: z hic cruciatis ipsis per interitum z consequenter in gehennã detrusis: sed si sermonem discusseris quidnam aliud intelliges? non enim dicit. Qui mittit in gehennã: sed qui potestatem hz mittere. Non enim quicunq cum peccato moriuntur: statim detruduntur in penam sed fit interdum remissio oblationum z orationũ causa: q pro defunctis dantur. Ambro. Inspirauerat ergo dominus simplicitatis affectum virtutem mẽtis erexerat: fides sola nutabat. Bene eam de rebus vilioribus roborauit: subdens Nõne quinq passeres veneunt dipõdio: z vnus ex illis non est in obliuione coram deo? quasi dicat si de9 obliuionem passerum nõ habet: hominuz quomodo habere potest? Beda. Dipondius genus est põderis leuissimi ex duobus assibus compositi. Glo. Qd autem in numeris est vnum: hoc in ponderibus assis qd duo: hoc dipondius. Ambro. Forteasse autẽ dicet aliquis quomodo apostolus dixit. Nonne de bobus cura est deo?

Corone quibus parent.

eſt deo ꝟ. cum bos paſſere precioſior ſit ꝫ aliud eſt cura aliud ſcīa. Orig. Ad litterā. Igiť acumē diuine pro-uiſiōis que procedit vſqȝ ad minima per hoc ſignificať. Myſtice autē qnqȝ paſſeres ſpiritales ſenſus inde ſignificāt qui excelſa ⁊ ſupra hoīes ſentiūt: deū intuētes: vocē audiētes diuinā: guſtātes panē vite olfacientes odorē vnguētorū xp̄i palpantes viuū verbū. Qui dipōdio veneūtes id eſt vilipenſi ab eis: qui ea q̄ ſunt ſpiritus ſtultitiā iudicāt: nō dantur in obliuione corā deo. Dicitur autē deus aliquorū imemor fieri propter eorū facinora. Theo. Uel hi quinqȝ ſenſus duobus aſſibus venduntᷓ nouo ſcilicet et veteri teſtamēto. ⁊ ideo nō dātur obliuioni a deo quorum ei ſenſus traduntur verbo vite: vt ſint apti ad ſpiritale pabulū: horū ſemꝑ memor eſt dominus. Ambr. Uľ aliť. Paſſer bonus eſt cui volādi natura ſuppeditat. volādi enim nobis gratiā natura dedit: voluptas abſtulit. q̄ malorꝫ ineſſis grauat aīaȝ. atqȝ in naturam corporee molis inclinat. Quinqȝ igitur corporis ſenſus ſi terrenarū ſordiū cibū querāt: ad ſuperiorum operū fructus reuolare non poſſunt. Eſt ergo malus paſſer qui volādi vſuȝ terrene vitio labis aboleuerit quales ſunt iſti paſſeres: q̄ dipōdio veneunt luxurie ſcilicet precio ſingularis: aduerſarius eñ tāqȝ captiua mācipia viliorꝫ precio eſtimationis adijcit. At dominus tāqȝ ſpecioſa ſeruitia: que ad imaginem ſui fecit idoneos ſui operis eſtimat ⁊ magno precio nos redemit. Cyril. Eſt igitur ſibi cure diligenter noſſe ſanctorū vitā. vnde ſubditur. Sed ⁊ capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. Per quod ſignificat ꝙ omnia que ad eos ſpectant: diligentiſſime nouit: diligentiam enim cure adhibite numeratio manifeſtat. Ambro. Deniqȝ numerus capillorꝫ nō in actu computationis: ſed in facilitate cognitionis accipitur: bene; tamen numerati dicūtur: quia ea que voluimus ſeruare numeramus. Cyril. Myſtice autem caput quideꝫ hominis eſt intellectus: capilli vero cogitationes que patent deo. Theophi. Uel caput vniuſcuiuſqȝ fideliū intelliges aptam chriſto conuerſationem: crines autem eius mortificatiua corporis opera: que numerātur a deo: ⁊ digna ſunt prouiſione diuina. Ambroſiꝰ. Si igitur tanta dei eſt maieſtas: vt vnus ex paſſeribus aut noſtrorum numerus capillorum preter ſcientiam dei non ſit: q̄ indignum eſt eſtimare ꝙ fideliuꝫ corda dominus aut ignorat: au ſpernat qui viliora cognoſcat. vnde conuenienter concludit. Nolite ergo timere multis paſſeribꝰ pl'is eſtiſ vos. Beda. Non pl'ea eſtis legendum eſt quod ad comparationem numeri ꝑtinet: ſed pluris eſtis: hoc eſt apud deum maioris dignitatis. Athana. Quero autem ab arrianis ſi quaſi dedignaretur deus alia facere: ſolum filium fecit: cetera ꝟo filio ſubrogauit: quomodo prouiſiōe vtitur vſqȝ ad tam modica capillum: ⁊ paſſerem. Quorum enim prouiſione fungitur: horuꝫ creator eſt ſuo ꝟbo.

Maieſtas dei magna.

¶ Dico autem vobis: omnis quicunqȝ confeſſus fuerit me coram hominibus: ⁊ filius hominis confitebitur illum coram angelis dei. Qui autem negauerit me coram hominibus: negabitur coram angelis dei. Et omnis qui dicit verbum in filium hominis remittetur illi: ei autem qui in ſpiritum ſanctuꝫ blaſphemauerit: non remittetur. Cum autem inducent vos in ſynagogas: ⁊ ad magiſtratus ⁊ poteſtates nolite ſolliciti eſſe qualiter aut quid reſpondeatis: aut quid dicatis. Spiritus enim ſanctus docebit vos in ipſa hora quid oporteat vos dicere.

¶ Beda. Supra dictum eſt opa que

libet ꝛ verba abscondita esse reuelāda. Nunc autē cōcludit hāc reuelationē nō in vili q̄lꝫ cōciliabulo: sꝫ in cōspectu superne ciuitatis eternique regis ac iudicis agēda dicēs. Dico aūt vobis: omnis q̄cunq̄ ꝯfessus fuerit me corā hoībus: ꝛ fili⁹ hoīs cōfitebitur illum corā angelis dei. Ambr. Preclare etiā fidē acuēdo interuit: ꝛ fidei ipsi virtutum fundamēta subiecit. Nam vt fortitudinis incētiuū est fides: ita fidei fundamentum est fortitudo. Chry. Nō est ergo dominus contentus intrinseca fide: sꝫ exteriorē cōfessionē expostulat vigēs nos ad fiduciā ꝛ maiorē affectū. Et quia hoc omnibus vtile est communiter loquitur dicens. Omnis qui cun. confes. fue. me. Cyril. Ait autē paulus. Si cōfitearis ore tuo dn̄m iesum: ꝛ credas in corde tuo: q̄ de⁹ eum a mortuis suscitauit: salu⁹ eris. Totū christi mysteriū in his interpretatur: decet enim prius ortum a deo patre verbum id est vnigenitum ex ipsius substantia fateri dominū omniū: nō tanq̄ ab extrīseco: ꝛ furtiuū fortitū dominiū: sꝫ existētē reuera et naturaliter dominum sicut ꝛ pater. Cōsequēter oportet fateri: q̄ de⁹ hunc a mortuis suscitauit ipsum scꝫ factū hominē ꝛ passum in carne ꝓ nobis sic enim resurrexit a mortuis. Quisquis ergo sic confitebitur christum corā hominibus videlicet vt deum ꝛ dominū. christus eum confitebit corā angelis dei tunc tēporis cum descēdet cum sanctis angelis in gloria patris sui in seculi cōsummatione. Euse. Quid autē erit gloriosius q̄ ipsum vnigenitū dei verbum attestari pro nobis in diuino iudicio ac ipso effectu remūerationē testimonij ꝓmere iudiciū in animā et⁹ cui testimoniū phibet: nō ei manēs ex eū cui testimoniū reddet: sꝫ habitans in eo: ꝛ implens cum lumine suo testimoniū dabit. Cū autē corroborasset eos spe bona per tanta promissa: iterū eos inducit terribilioribus minis dicēs. Qui aūt negauerit me corā hoībus: denegabit corā angelis dei. Chry. Et in dānatione maioꝛ supplicium: ꝛ in bonis maior recōpēsatio ponitur quasi dicat. Tu hic cōfiteris: aut negas: ego autē illic. Bonorum em̄ malorūq̄ retributio cum augmēto in futuro seculo se prestolat. Euf. Opportune āt hāc cōminatione ponit: ne ꝯfessionē ipsi ꝓtēnerēt propter penā que est negari a filio dei: quod est a sapientia denegari: ꝛ a vita deficere: ꝛ lumine priuari: et omnibus destitui bonis. Sed ꝛ hec cuncta pati corā patre qui est in celis ꝛ āgelis dei. Chry. Negātes aūt sunt primo quidem qui imminēte ꝑsecutione fidē postposuerūt: abnegant etiā heresum doctores ꝛ discipuli. Chry. sunt etiā alij abnegationis modi quos paulus describit dicēs. Cōfitētur se nosse deū: factis aūt negant. Et iterū. Siq̄s suorū: ꝛ maxime domesticorū curā nō habet: fidē negauit: ꝛ infideli ē deterior. Itē auaritiā fugite que est idolatria: postq̄ ergo tot sunt modi negationis: palā est q̄ totidē sunt cōfessiōis: quos quicūq̄ seruauerit: audiet illā beatissimā vocē qua christus laudauit omnes qui cōfessi fuerint eum. Attēde aūt verborū cautelā. In greco enim dicit. quisquis ꝯfitebitur in me. ostēdens q̄ nō proprijs viribus: sed adiutus superna gratia christū aliquis cōfitebitur. De negāte vero nō dixit in me: sed me. nā destitutus gratia denegat: redarguitur tamē. q̄ destitutio propter eum. qui deseritur fit. Beda. Ne aūt ex eo q̄ ait eos qui se negauerint esse denegādos. vna cunctorum. hoc est eorum qui studio ꝛ eorū qui infirmitate vel ignorātia negant conditio putaretur: cōtinuo subiecit. Et omnis qui di. ver. in fi. ho. remit. illi: ei autē qui in spiritū sctm̄ bla. nō remit. Chry. Sꝫ si h vult inuenire saluator: q̄ si qd̄ iuriosū ꝫ hū dicatur a nobis in hominem commnem obtinebimus si peniteamus veniam. Nulla difficultas est in sermone: q̄ cum naturaliter bonus sit de⁹ emendat volentes penitere. verum si ad ipsum christum retorqueatur

Duplex fides ponitur.

Modi abnegationis.

fermo: qualiter incondēnabilis est
qui dicit verbū i eū. Amb. Unde filiū
hominis christum intelligimus qui
de spiritu sctō gñatus ex virgine est.
eo q̄ parens eius in terris sola sit
virgo. Nunquid ergo maior spiritus
sanctus christo vt i christum peccan
tes veniā consequantur: in spiritū
sanctū delinquentes remissionē nō
mereātur adipisci? Sed vbi vnitas
potestatis est: nulla comparationis
est questio. Athana. Uiri quidē an
tiqui: studiosus origenes ⁊ mirād⁹
theognostus hanc cōscribūt esse spi
ritussancti blasphemiā. qñ q̄ digni re
putati sūt dono spūssctī p baptismū
regrediunt ad peccandū. ob hoc ei
aiūt illos nec veniā obtinere. put
paulus dicit. Impossibile est eos q̄
facti sunt participes spiritussancti ⁊
prolapsi sunt reuocari rursū ad pe
nitētiam. Addit autē vterq̄ intētio=
nem propriā. nā origenes causā hu
ius sic explicat. Deus quidem pa=
ter omnia percurrit: ⁊ singula conti
net. virtus autē filij ad sola rationa
lia extenditur: spiritus vero sanct⁹
solus inest participantibus eum in
domo baptismatis. Quando ergo
cathecumini peccāt ⁊ gētiles peccāt
in filiū qui in eis manet: possunt tñ
veniam obtinere: cū digni fiūt dono
regñationis. quādo vero baptizati
derelinquūt: dicit hoc nephas attin
gere spiritum: ad quem cum perue
nissent: peccauerunt. ⁊ ideo irreuo=
cabilem fore dānationē. Theogno
stus vero ait. ⁊ qui primum et scdm
excessit limen: minorē penā meretur
sed qui tertium quoq̄ pertrāsit: nō
amplius accipiet veniā. Primū qui
dem ⁊ scdm lumen vocauit doctrinā
patris ⁊ filij. tertiū vo in participa=
tione spiritussancti. s̄m illud. Cū ve
nerit spiritus veritatis: docebit vos
omnem veritatē. nō tanq̄ doctrina
spiritus dogma filij supet: sed q̄ fi=
lius condescendit imperfectis. spiri
tus vero signaculū est eorū qui per=
ficiuntur. Sic igitur non q̄ superet
spiritus filiū: expers est venie bla=
sphemia spiritus: sed q̄dē q̄ iperfe=
ctorū est remissio: pfectis vero nulla
rstat excusatio. sz cū fili⁹ sit ē i pr̄e i
illis i q̄b⁹ ē pr̄ nec abest sūps idcui
sibil' ē ei scā trinitas. Ad hec si oia
per filium facta sunt: ⁊ omnia in ipō
cōsistunt. erit ipse minime in omnib⁹
vt necessariū sit peccantē in filiū in
patrē: ⁊ in spiritūsanctū peccare. sa=
crum autē baptisma in nomine pa
tris ⁊ filij ⁊ spiritussācti dat ⁊ sic pec
cantes post baptismū i sāctā trinita
tē exercet blasphemiam. Ceterum
si pharisei baptismum non suscepe=
rāt: qualiter redarguebat eos. ac si
blasphemassent in spiritumsanctū
cuius nondum erant facti pticipes
presertim cum non de peccatis sim=
plr: sz de blasphēia eos icrepabat?
Dr̄nt āt q̄m q̄ peccat trāgredit legē
q̄ vo blasphēat i ipaz offēdit dītatē.
Sed alr. Si eis qui delinquūt post
baptisma nō indulget vindicta rea
tuū q̄liter apl's penitēti in corintho
cōdonat? Retrogressos vero gala=
thas pit q̄usq̄ xps denuo formet in
eis. Cur aūt ⁊ nouatū argum⁹ iteri
mētē pniam post baptismū. apl'us
aūt ad hebreos non dissipat pniam
pctōrū? Sed ne putarent s̄m ritū le=
gis pnie cā m'lta fore: ⁊ quotidiana
baptismata: ob h̄ penitere q̄dē mo=
net. vnicā aūt fore isinuat p baptis
ma renouationē. Talia vo ɔsiderās
recurro ad dispēsationē q̄ fit i xpo:
q̄ de⁹ existēs hō fact⁹ ē: tāq̄ de⁹ suscitat
mortuos: sicut carne vestitus site=
bat: laborabat: ⁊ patiebatur. Quan
do igitur aliqui spectantes huma=
na vident dominum sitientē aut pa
tientem: ⁊ obloquūtur in saluatorē
velut in hominē. peccant quidem.
pñt tñ cito cū penituerint accipe ve
niā ptēdētes p cā fragilitatē corpis.
Quādo vo rursus aspiciētes aliqui
opera deitatis dubitant de natura
corporis: ipsi quoq̄ nimium peccāt.
Sed ⁊ his penitentibus cito potest
ignosci: eo q̄ ⁊ ipsi excusationē ha
bēt ab operū magnitudie. Qñ vo di
tatē opa retorq̄nt ad diabolū merito
irreuocabilē ferūt s̄niā: q̄ñ arbitra
ti sūt diabolū fore deū: ⁊ verū deū ni=

Christ⁹ fi' hois

Nota ex positionem antiquorū

Dispensatio xpi

hēt plusq̄ demones in operib⁹ puta
uerūt habere. Ad hanc ergo ꝑfidiā
pharisei puenerāt. saluatore enim
ostēdente patris opa: mortuos su-
scitās: cecos illuminans: ꝛ silia fa-
ciēs. hmōi opa dicebant esse beelze
bub: eque em dicere poterāt vidē-
tes mūdi ordinē: ꝛ erga eum puiso
nem: ꝙ mūdus ad beelzebub ē crea
tus. Quādiu igit̄ ad hūana spectā-
tes: mēte claudicabāt dicentes. Nō
ne hoc est carpētarij filius: et quo-
modo lr̄as quas non didicit nouit:
Sustinebat eos tāq̄ in filium hoīs
peccātes: ſz vbi magis insaniūt dicē
tes: opa dei eē beelzebub nō āplius
eos sustinuit. Sic enim ꝛ tādiu pa-
tres eoꝝ sustinebat: q̄diu causa pa
nis et aque murmurabāt: ſz postq̄
vitulū cōflantes in eū collata sibi di
uinitus bn̄ficia referūt: puniti sunt.
primo q̄dem nō paucis eoꝝ occisis:
postmodū dixit. Ego autē in die vl-
tionis visitabo hoc pctm̄ eoꝝ. Talē
ergo ꝛ nūc pharisei audiūt senten-
tiā: vt in flāma dyabolo parata per
petuo corrodātur cū eo. Non igit̄
faciēdo collationē īter blasphemiā
dictā in ipm̄: ꝛ spm̄sc̄m: h̄ hec dixit tāq̄
maior sit spūs: sed vtraq̄ blasphe-
mia in ipm̄ plata: hanc minorē: illā
validiorē ostēdit. ipm̄ eīn videntes
holem vituperabāt: ꝛ eius opa beel
zebub esse dicebāt. Ambro. Sic igi
tur videt̄ quibusdā: vt eundem et fi
lium ꝛ spm̄sc̄m intelligamus: salua
distinctione psonarū: vnitate subē:
q: vnus ꝛ deus ꝛ hō xp̄s est spūs: si-
Xp̄i diui nitas af seritur. cut scriptū est. Spūs ante faciez ve
stram xp̄s dn̄s. Idē spūsanct⁹: quia
ꝛ pater sanct⁹: ꝛ filius sctūs: ꝛ spūs-
sanctus. Si ergo vtrūq̄ xp̄us est: q̄
est diuersitas nisi vt sciam⁹ q: diui-
nitatē xp̄i nobis negare non liceat.
Beda. Uel aliter. Qui opa spūsan-
cti dicit esse beelzebub: isti nō dimit
tetur neq̄ in p̄senti seculo neq̄ in fu-
turo: nō ꝙ negemus ei si penitētiā
agere possit: posse dimitti a deo: ſz
ꝙ credam⁹ eum blasphemiā exigen
tibus meritis: sicut nunq̄ ad remis
sionem: ita nec ad ipsos digne peni-
tentie fructus esse peruenturuz: ſm
illud. Excecauit oculos eoꝝ ne cō
uertantur: ꝛ sanē illos. Cyril. Uō si
creatura esset spūsanctus. nō autē
de diuina substantia patris et filij:
q̄uo acta in eum cōtumelia tantam
fert penam q̄ta promulgat̄ contra
blasphemātes in deū. Beda. Neq̄
tamen quicunq̄ spiritūsanctuz non
esse: aut deuz nō eē: sed patre filioq̄
minorem confitētur: hoc irremissibi
lis blasphemie crimine tenētur: q:
humana ignorātia ducti faciūt: nō
inuidētia dyabolica sicut principes
iudeorum. Augusti. de ver. do. Uel
aliter. Si hic diceretur qui blasphe
mauerit: quācunq̄ blasphemiā in
spiritūsanctum omnē intelligere de
beremus. Sed quia dictuz est. Qui
blasphemauerit in spiritūsanctuz:
ille intelligatur qui non omni mo-
do: sed eo modo blasphemauerit vt
ei nunq̄ possit ignosci: sicenim di-
ctum est. Deus neminē tentat scili-
cet non omni: sed quodam tentatio-
nis modo. Quis autem sit iste mo-
dus blasphemandi cōtra spiritum
sanctum dicamus. Primum quidē
credentium beneficiū est in spiritu-
sancto remissio peccatorum. contra
hoc donum gratuitum loquitur cor
impenitens. Ipsa ergo impeniten-
tia est spiritus blasphemia: q̄ non
remittitur neq̄ in hoc seculo neq̄ in
futuro: quia penitentia impetrat re
missionem in hoc seculo: que valeat
in futuro. Cyril. Cuz autē tm̄ metuz
incussisset dominus discedentibus
a recta confessione: precepit decete-
ro nō curare de responso: eo ꝙ fide-
liter dispositis constituit verba con
grua spiritus tanq̄ doctor inhabi-
tans. vnde sequitur. Cum autez in-
ducent vos in synagogas et ad ma
gistratus et potestates: nolite solici-
ti esse qualiter aut quid respondea
tis: aut quid dicatis. Glo. Dicit au-
tem Qualiter q̄ntum ad moduz pro
ferendi. Quid: q̄ntum ad moduz in-
ueniendi. Respondeatis interrogā
tibus. Aut quid dicatis: discere vo-
lentibus. Beda. Cum em̄ proper xp̄s

ducimur ad iudices: voluntatē tm̄
nostrā pro christo debemus offerre.
Ceterum in respondendo spiritus=
sancti gratia ministrabitur. vñ sub
ditur. Spiritus em̄ sanctus docebit
vos in ipsa hora: que oporteat vos
dicere. Chrysosto. Alibi vero dicit.
Estote parati cunctis ad respōden
dum: quicunq̧ quesiuerit a vobis
rationē spei que fouet vos. Quan=
do nanq̧ oritur inter amicos agon
precipit nos meditari. quando vero
terribile est pretoriū: et pauor circū
quaq̧ dat propriū monimētū vt au
diendū sit et loquendum: non autē
obstupescendū. Theophi. Quoniā
igitur duplex est nostra infirmitas:
q aut pene formidine martyriū fu
gimus: aut quia rudes sumus & ne
scimus reddere rationē fidei vtrūq̧
exclusit. metū quidem penarū: in
eo q dixit. Ne timeatis occidentes
corpus. timorē vero inscientie in hoc
q dixit. Nolite soliciti esse qualiter
aut quid respondeatis.

Infirmitas duplex.

¶ Ait autem ei quidam de tur
ba. Magister dic fratri meo vt
diuidat mecum hereditatem.
At ille dixit ei. Homo: quis me
constituit iudicem aut diuiso=
rē supra vos? Dixitq̧ ad illos.
Videte et cauete ab omni aua
ricia: quia non in abundantia
cuiusq̧ vita eius est ex his que
possidet.

¶ Ambro. Totus superior locus ad
subeundā pro confessione domini
passionē aut contemptu mortis aut
spe premij: aut mansuri denuncia=
tione supplicij: cui nunq̧ venia laxe
tur instruitur. Et quoniā auaricia
plerūq̧ solet tētare virtutē: etiā hu
ius abolende rei preceptū subijcit &
exemplū cuius dicitur. Ait autē ei qui
dam de turba. Magister dic fratri
meo vt diuidat mecū hereditatem.
Theophi. Hi duo fratres qui de he=
reditate paterna diuidenda conten
debant: cōsequēs erat vt alter alte=
rum fraudare intenderet. Domin⁹
autē docēs nos q nō oportet ad ter
rena flecti: repellit vocātē eum ad
hereditatis diuisionē. vñ sequitur.
At ille dixit ei. Homo qs me 9sti. iu
dicē aut diuisorē. s. facultatū super
vos? Beda Qui magistro superne pa
cis gaudia cōmendāti: terrene diui
sionis vult ingerere molestiā: meri
to hō vocat fm illud. Cum sit inter
vos zelus & cōtentio: nōne homines
estis? Cyril. Fuit autē dei filius qñ
factus est filius nobis: cōstitutus a
deo patre in regē & principē super
syō mōtem sctm̄ eius ānūcians mā
datū diuinū. Ambro. Bñ ergo terre
na declinat: qui propter diuina descē
derat: nec iudex dignat esse litiū et
arbiter facultatū: viuorum habens
mortuorūq̧ iudiciū: arbitriūq̧ me
ritorum. Nō igitur quid petas sed
a quo postules intuēdū est: nec ma
ioribus intento animo putes mino
ribus obstrepēdū. vnde nō īmerito
refutatur hic frater: qui dispēsato
rem celestiū gestiebat corruptibili=
bus occupare: cū inter fratres pa=
trimoniū non iudex medius: sz pie
tas debeat sequestra diuidere: q̄q̄
immortalitatis patrimoniū non pe
cunie sit hominibus expectādū. Beda.
Occasione aūt hui⁹ stulti petitoris
aduersus auaricie pestē: et turbas
etiam discipulos p̄ceptis pariter et
exēplis munire satagit. vnde sequi
tur. Dixitq̧ ad illos. Videte & caue
te ab omni auaricia. Dicit aūt. Ab
omni. q nōnulla simpliciter geri vi
dentur: sed intern⁹ arbiter qua intē
tione fiāt dijudicat. Cyril. Vel dicit.
Ab omni auaricia. s. magna & par=
ua. Est em̄ inutilis auaricia dicen=
te dño: domos zelatas edificabitis
et nō habitabitis in eis. & alibi. De
cem iugera vinearū faciēt laguncu
lam vnā. & xxx. modij sementis fa
cient modios tres. Sed & fm aliū
modū est inutilis: quem ostēdit sub
dens: q nō in abundātia cuiusq̧ vi
ta ei⁹ est ex his que possidet. Theo.
Hoc dicit domin⁹ refellens auarorū
intentiones qui videntur coacerua=
re diuitias quasi diu victuri. Sz nū=

Auaricie detestatio.

q̄d te opulētia lōgeuū efficiet? Quid igit̄ manifeste sustines mala lcerte cū q̄tens. nā dubiū ē an debeas attingere senium: cui⁹ grā thesaurizas.

¶ Dixit autem similitudinem ad illos: dicēs. Hominis cuiusdam diuitis vberes fruct⁹ ager attulit: et cogitabat intra se dicens. Quid faciam q̄ non habeo quo cōgregē fruct⁹ meos? Et dixit. Hoc faciam. Destruā horrea mea: et maiora faciam: et illuc congregabo omnia que nata sunt mihi et bona mea: et dicam anime mee. Anima habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce: comede: bibe: epulare. Dixit aūt illi de⁹. Stulte hac nocte aīaz tuā repetēt a te. Que autē parasti cuius erunt? Sic est q̄ sibi thesaurizat: et nō est in deū diues.

¶ Theophi. Dico q̄ ex affluentia opum nō protēdatur vita humana: ad huius fidem parabolā subdit dicens. Dixit autē simili. ad il. dicēs. Ho. cuius. diui. vbe. fru. ager attulit. Basi. Non facturi quidē exuberate fructum alicuius boni: vt magis diuina longanimitas pateat: q̄ vsq̄ ad malos suā bonitatez extendit: pluens super iustos ꝛ iniustos. Que vero sunt que hic homo bñfactori recōpensat? Non meminit cōis nature: nec arbitratus est oportere quod superfluit: dispensari egentibus: et horrea quidez crepabāt pre copia conditorū: auarus tamē animus nequaq̄ implebat̄: nolens veteribus cedere ꝓpter auariciā: noua nō valens suscipere ꝓpter multitudinē: ꝓpter q̄d imperfecta ei⁹ consilia et steriles cure. vnde sequitur. Et cogi. in. se dicēs. Quid fa. q̄ nō ha. quo cō. fru. meos? Conqueritur eque pauperibus: an non quē p̄mit inopia dicit: quid faciā? vnde vict⁹? vnde calciamenta? talia et locuples ꝓfert. Urgent eñ ipsius alam diuitie a prōptuarijs emanātes: ne forte cū exiuerint prosint egentibus: a simili gulosoꝝ qui mallent edacitate crepare: q̄ indigentibus de reliquijs impertiri. Grego. xv. mora. O angustia ex satietate nata. dicens eñ quid faciā: profecto indicat: q̄ votorum suorum effectibus pressus sub quodā rerūz fasce laborabat. Basi. Erat quidem in prōptu dicere. Aperiam horrea: conuocabo egenos: sz cogitat nō vt distribuat: sed vt cōgreget. Sequit̄ eñ. Et dixit: hoc faciā. Destruaz horrea mea. Benefacis: nam digna destructiōe nequitie prōptuaria dissolue horrea. ex quibus nullā ꝯsolationē accepit. subdit. Et maiora faciā. At si ꝛ hoc ipleueris: nūquid destrues iterū: quid stulti⁹ q̄ in infinitū laborare? Horrea sunt tibi si vis pauperum domus. sed dices. Cui iniuriā facio propria retinendo. Nam ꝛ sequitur. Et illuc cōgregabo oīa que nata sunt mihi: et bona mea. Dic mihi que tua. vnde ea sumēs in vitam tulisti? sicut qui ꝓueniēs spectacula ꝓhiberet aduenientes appropriādo sibi: q̄d ad vsuz cōem ordinat̄. siles sunt diuites q̄ cōia q̄ p̄occupauerīt estimāt sua eē. si eñ quilibet sue necessitatis sufficientiā recipiens: relinqueret superfluum indigenti: nō esset diues nec pauper. Cyril. Attende ꝛ aliter esse friuolū eius verbū cū dicit. Cō. om. que na. sunt mihi: quasi nō putaret ea diuinitus obtinere: sed fructus esse laborū suoꝝ. Basi. Ceterū si fateris ea tibi diuinit⁹ prouenisse: an iniustus est de⁹ inequaliter res nobis distribuēs? Cur tu abūdas: ille vero mēdicat? nisi vt tu bone dispēsationis merita cōsequaris: ille vero patientie brauijs decoret̄. At tu nōne spoliator es: que dispensanda suscepisti ꝓpria reputando? Est panis famelici quez tu tenes. nudi tunica: quā in ꝯclaui cōseruas: discalciati calce⁹ qui penes te marcescit: indigentis argentuz q̄d possides inhumatū: quocirca tot iniuriaris: q̄t

Verba ignita.

Suadet elemosyna.

dare valeres. Chryso. Sed ⁊ in hoc
errat: ꝙ bona putat que sunt indif
ferentia. rerũ eñi quedã sunt bone⁊
quedã male: q̃dã medie. Bona qui
dem sunt castitas ⁊ humilitas: ⁊ hu
iusmodi. que cũ homo eligit fit bo=
nus. His autem opposita sunt ma
la: que homo dũ eligit fit mal⁹. Me
dia vero sunt vt diuitie. q̃ quãdoq̄
quidem ordinãtur in bonũ. s. ad ele
mosynã: quãdoq̄ ad maluz scilz ad
auariciaz. et similiter inopia. qñq̄
ad blasphemiã: quãdoq̄ ad sapien
tiam ſm affectũ vtentiũ. Cyril. Di=
ues igitur non parat permanentia
horrea: sed caduca: ⁊ qd̃ stultu⁹ est:
vite lõgitudinẽ sibi taxat. sequitur — Horrea dei.
eñi. Et dicã anime mee. Anima ha=
bes multa bona posita in ãnos plu
rimos. Sed o diues fruct⁹ quidem
habes in horreis: sed annos pluri=
mos vnde poteris obtinere? Atha.
Siquis autẽ sic viuat: quasi quoti=
die moriturus: eo ꝙ incerta est na=
turaliter vita nostra: non peccabit.
semꝑ eñi maior timor plurimũ volu
ptatis dissoluit. Sz ecõtrario diues
longeuitatẽ sibi repromittẽs ad vo
luptates aspirat. Sequit̃ eñi. Reqe
sce. s. a labore. Comede. bibe. epula
re. magno scilz apparatu. Basi. Tã
improuidus es erga bona anime:
vt escas corporeas anime ascribas:
siquidẽ virtutẽ habet ⁊ si fecũda est
operationũ bonarũ: si deo adhesit:
bona plurima possidet: ⁊ bono gau
dio gaudet. Uerũ quia totus carna
lis es passionib⁹ subiectus a ventre
nõ ab anima clamas. Chry. Nõ au
tem decet vacare delitijs et impin=
guare corpus. et attenuare animã
fasceq̄ ei grauare: ⁊ tenebras ob=
ducere: spissumq̄ velamẽ: eo ꝙ ĩ de
litijs dñatiuũ anime seruit. seruile
vero corpori dñatur. Alimentorum
autẽ indiget corpus nõ delitiarũ vt
nutriat̃: non vt scindat̃ ⁊ fluat. Neq̄
eñi anime soli: sedet ipsi corpori sunt
nociue delitie: eo ꝙ ex forti fit debi
le: ex sano egrotatiuũ: ex agili gra=
ue: ex formoso deforme: ex iuuene
veterosum. Basi. Permissus autem

est deliberare in omnib⁹. et manife
stare ꝓpositũ propriũ: vt condignã
mereatur sui affect⁹ sententiã. Sed
dum in abdito loquit̃: eloquia eius
examinãtur in celo. vnde sibi respõ
sa ꝑuenerũt. Sequit̃ eñi. Dixit autez
illi deus. Stulte hac nocte animam
tuam repetẽt a te. Audi conueniẽs
tibi stultitie nomẽ: quod tibi nullus
imposuit holm: sz ipse deus. Grego.
xxij. mora. Eadez nocte sublatus ẽ: — Sententia terribilis.
qui multa tẽpora fuerat prestolat⁹:
vt scz qui in longũ sibi subsidia colli
gendo ꝓspexerat: subsequẽtem diẽ
vel vnũ minime videret. Chrysosto.
Dicit aũt repetẽt a te. Exposcebãt
enim eam forsan terribiles quedaz
virtutes ad hoc misse: quoniaz si de
ciuitate in ciuitatem transeuntes
egemus ductore: multo magis ani=
ma absoluta a corpore: et ad futu=
ram vitaz transmigrans indigebit
ducatu. Ob hoc multotiens recusat
anima: et regreditur in profundũ:
cum debet exire a corpore. semper
enim stimulat nos conscientia pec=
catorum: sed precipue cum debem⁹
trahi ad terribile iudicium. Tunc
enim tota congeries criminũ inno=
natur. et pre oculis posita mentem
ꝑcellit. et sicut carcerati semper qui
dem dolorosi sunt: tunc autem preci
pue cum debent iudici presentari:
sic et animo maxime in ipso tempo
re de peccato cruciatur ⁊ dolet. Mul
to autem magis cum fuerit euulsa.
Grego. xxv. moral. In nocte autem
ablata est anima que in obscurita
te cordis est emissa. In nocte abla=
ta est: que considerationis lucez ha
bere noluit: vt quod pati poterat
preuideret. Subdit autez. Que au
tem ps. cuius erũt? Chrysosto. Hic
enim ea deseres: non solum nullum
inde percipiens commodum: sed et
sarcinam peccatorum portans su=
per humeros proprios. Et quecqui
dem a te cõgesta sunt ĩ plerumq̄ in
manus inimicorum peruenient: a te
vero super his ratio requiret̃. Se=
quitur. Sic est qui sibi thesaur. et
non est in deum diues. Beda. Hic

enim stultus est: et in nocte rapiendus. Ergo qui vult eē in deū dives: nō sibi thesaurizet: sed pauperibus possessa distribuat. Amb. Frustra enī cōgregat opes qui se his nescit vsurū: neqꝫ enī nostra sunt que non possumus auferre nobiscū: sola virtus comes est defunctorū: sola nos sequitur misericordia: que tabernacula defunctis acquirit eterna.

¶ Dixitqꝫ ad discipulos suos. Ideo dico vobis. Nolite solliciti esse aīe vestre quid manducetis: neqꝫ corpori vestro quid induamini. Aīa plus est ꝙ esca: et corpus plus ꝙ vestimentū.

¶ Theophi. Paulatim dn̄s puenit ad perfectiorē doctrinā. Docuit enī supra cauēdū esse ab auaricia. subdiditqꝫ parabolā diuitis insinuās per eā ꝙ stultus est qui superflua cupit. Deinde pcedente sermone: neqꝫ de necessariis sinit nos sollicitudinē gerere: auaricie radicē euellēs. vn̄ dicit. Ideo di. vobis. q. d. Postꝙ stultus est qui sibi maiorē vite mensurā attribuit: et exinde magis efficit cupidus. Nolite solliciti eē ani. ve. quid manducetis. Non qꝛ intelligibilis aīa comedat: sed qꝛ nō videtur aliter aīam posse cōiunctā manere corpori: nisi dū nutrimur. vl' qꝛ aīati corporis est nutrimentū suscipere: cōgrue aīe nutrimē attribuit. nā virtus nutritiua dicitur aīa: vt sic intelligatur. Ne solliciti sitis nutritiue parti anime quid edatis. Potest autem etiam corpus mortuum vestiri. vn̄ subdit. Neqꝫ cor. ve. qd induamini. Chry. Qđ aūt dicitur nolite solliciti esse: nō idem est qđ nolite operari: sed nolite rebus mundanis mēte affigi. Cōtingit enī aliquē operātē nihil sollicitū eē. Cyri. Preeminet aūt aīa cibo: et corpus vestitui. vnde subdit. Anima plus est ꝙ esca et corpus plus ꝙ vestimentū quasi dicat. Deus qui quod maius est exhibuit: quomodo nō dabit qđ minus est? Non ergo multū nostra intentio modicis insistat: nec intellectus noster seruiat ad vestitū et victū querendum. magis aūt cogitet quecumqꝫ saluant aīam: et sublevāt ad regnū celorū. Ambr. Nihil enī moralius ad faciēdam fidē omnibus credentibus a deo posse conferri: ꝙ qꝛ aereus ille spiritus vitale collegiū anime corporisqꝫ contubernio federatū non deficit: nisi cum venerit dies suprema moriendi. Cum igitur anima indumento corporis vestiatur: et vigore anime corp9 animetur: absurdū est vt victus nobis copiam defuturā putemus: qui viuendi iugē substātiā cōsequamur.

Anima quō comedit.

¶ Considerate coruos: qꝛ non seminant neqꝫ metunt: quibus nō est cellariū neqꝫ horreum: et deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis? Quis autem vestrū cogitādo potest adiicere ad staturā suā cubitū vnū? Si ergo neqꝫ quod minimum est potestis: quid de ceteris solliciti estis.

¶ Cyri. Sicut supra erigēdo nos ad spiritalē audaciā per aues induxit dicēs. Multis passerib9 pluris estis vos: sic et nūc ex volatilibus firmā et indubitabilē fiduciam nobis adducit dicens. Considerate coruos: qꝛ nō seminant neqꝫ metunt. s. ad acquirendū cibū: quibus nō est cellarium neqꝫ horreū. s. ad cōseruādū. Et de9 pascit illos: ꝙto magis vos pluris estis illis? Beda. id est cari9 vos valetis. qꝛ rationale aīal sicut homo: sublimius ordinatū est in rerum natura ꝙ irrationabilia: sicut sunt aues. Ambro. Magnū aūtē qđ fide sequamur exemplū: nā volatilibus celi, quibus nullū exercitium culturis: nullus de messium fecunditate prouentus est indeficientem prouidētia diuina largitur alimoniā. Uerū est igitur causam inopie nostre auaritiam videri: etenim illis iccirco sine labore pabuli vsus exuberat: quo fructus ad escam communem datos: speciali quodam iu[...]

Homo sublimis in rerū natura

sciunt vēdicare dominatu. Nos cō=
munia amisimus: duz propria ven=
dicamus. nam nec ꝓprium quicꝙ̄
vbi ꝑpetuum nihil: nec certa copia
vbi incertus euent⁹. Chry. Cū autē
posset dominus exemplum ab ho=
minibus sumere: qui minime terre
na curauerūt: heliam dico moysen:
et ioannē et ceteros hmōi cōmemo
rauit volatilia: sequens vetus testa
mentum: qđ ad apē transmittit et
formicam: et alia huiusmodi. quib⁹
naturales quosdā mores inseruit
cōditor. Theodoric⁹. Ideo āt omis=
sa mentione aliorū volatiliū: coruo=
rū mentionē facit: quia pullos cor=
uorū speciali ꝓuidētia deus nutrit.
nā corui pariunt quidez: non autez
nutriunt: sed negligūt pullos suos:
quibus miro modo ab aere pabu=
lū quadā aura delatū ad os perue=
nit: quod hiantes suscipiunt. et sic
nutriuntur. forsam etiam et talia ꝑ
synodochem dicta sunt: toto signifi=
cato per partē. vnde in mattheo do
min⁹ remittit ad volatilia celi: hic
vero specialiter ad coruos tanꝙ̄ gu
losiores et rapaciores. Euse. In cor
uis etiā aliquid pl⁹ significat. aui=
bus eñ colligentib⁹ legumina ꝓm=
ptius est alimentū: vescentibus ꝟo
carnibus: sicut coruis difficilius est
ad habendū. nec tamen huiusmodi
aues defectū pabuli patiuntur pro
pter prouidētiā dei diffusam vbiꝙ̄.
Utitur autem ad idē et tertio syllo
gismo dicēs. Quis aūt ve. cogi. po.
ad. ad sta. cubi. vnū. Chry. Nota ꝙ
animā quidē semel dedit de⁹ ⁊ eadē
perseuerat: sed corpus quotidie su=
mit incrementū. pertransiens igit
animā quasi non recipiētez augmē
tū. de solo corpore facit mentionez:
dans intelligere ꝙ non augetur ꝑ
solū alimentū. sed prouisione diui=
na: per hoc ꝙ nullus nutrimentum
accipiēdo aliquid ad suam staturā
adijcere potest. vnde concluditur.
Si ergo neꝙ̄ qđ minimū est po. qđ
de ce. solli. estis? Euse. q. d. Si null⁹
sua cura corporeā ingeniatus est si=
bi staturā. Sed neꝙ̄ termino tem=

Anime ꝑpetui=tas.

poris vite potest aliquis vel breuis=
simū tp̄s hore excogitādo adijcere:
cur opz superflue de necessarijs vi=
te cogitare? Beda. Illi ergo tegen=
di corporis curā relinquite: cuius vi=
detis cura factū esse vt tante statu=
re corpus habeatis. Augu. de que.
euan. Cū aūt de augenda corporis
statura loqueretur: dicit quod mi=
nimū ē hoc. s. deo corpora operari.
¶ Considerate lilia agri quō
crescūt. Nō laborant neꝙ̄ nēt.
Dico aūt vobis: qꝛ nec salomō
in omni gloria sua vestiebatur:
sicut vnū ex istis. Si aūt fenum
qđ hodie est in agro: et cras in
clibanū mittitur deus sic vestit
ꝙ̄to magis vos pusille fidei?
Et vos nolite querere quid mā
ducetis: aut quid bibatis: ⁊ no
lite in sublime tolli. Hec autez
oia gentes mūdi querunt. Pa=
ter aūt vester scit qm̄ his indi=
getis. Uerūtamen querite pri=
mū regnū dei et iusticiā eius:
et hec omnia adijcient vobis.
¶ Chry. Sicut superius dn̄s de ali
mentis monebat: ita et nūc monet
de vestitu dicens. Considerate lilia
agri. quō crescunt: nō laborāt neꝙ̄
nent: vt scz sibi faciant indumenta.
Sicut aūt supra cū dn̄s dixit. Nō se
minant volatilia. nō reprobauit se
mentē sed supfluā curā. sic cū dixit.
Non laborant neꝙ̄ nent. non opus
interimit: sed cogitationem. Euse.
Si qs aūt mortaliū vult decorari ꝓ=
cioso vestitu: videat oculate ꝙ deus
etiā vsꝙ̄ ad flores qui ex terra oriū
tur multiplicē sui sapiētiā ꝓpagās
ornauit hos diuersis coloribus: te=
nuibus mēbranis: florū murice et
auro longe meliores tincturas ac=
cōmodās. adeo ꝙ nec penes aliquē
regē deliciosum: nec etiā ip̄m salo=
monē qui apud antiquos tā in diui
tijs ꝙ̄ in sapientia ⁊ in delitijs cele
ber fuit tā ꝓciosūz op⁹ fuerit luctū.
vnde sequitur. Dico autē vobis: qꝛ

Florum mirus ornat⁹.

nec salomõ in omni glo. sua vestie.
sicut vnũ ex istis. Chry. Nõ vtitur
hic volatiliũ exẽplo: cignũ cõmemo
rans aut pauonẽ sed lilia. Uult eñ
vtrinqꝫ declarare hyꝑbolẽ. s. ab in=
firmitate rerũ: qui tãtũ sunt sortite
decorẽ ⁊ a ꝑcio decoris: q̃ ꝯcessus est
liliis. vnde postmodũ nõ vocat ea
lilia sed fenũ cũ subditur. Si autez
fenũ qḋ in agro est hodie: nec dicit:
Cras nõ futura: s3 subdit. S3 cras
in clibanũ mittet. neqꝫ dicit simplici
ter. Deus vestit. sed dicit. Deus sic
vestit: qḋ mltã h3 expressionẽ. ⁊ sub
dit. Quanto magis vos? qḋ est ex=
primẽtis ꝑciositatẽ ⁊ prudentiã hu
mani generis. Deniqꝫ cũ increpare
deceret: vtit ⁊ hic moderãtia nõ infi
delitatis: sed paucitatis fidei: ar=
guens cũ subdit. Pusille fidei: vt ꝑ
hoc magis excitet nos ad dictorũ ꝑ=
suasionẽ: vt nõ solũ nõ cogitem⁹ de
vestibus: sed nec affectemus vesti=
mentorũ decorẽ. Cyril. Sufficit eniz
prudentibus solius causa necessita
tis aptũ habere vestitũ: et cibo: um
modestiã nõ excedentẽ: qḋ satis est.
Sufficiũt etiã sanctis q̃ sunt in xp̃o
spiritales delicie ⁊ subsequẽs gl'ia.
Ambro. Non ociosum aũt videt: ꝙ
flos vel homini confertur: vel certe
plus pene q̃ꝫ hominibus in salomo
ne prefertur: vt pre claritate coloris
angelorũ celestiũ gloriam putemus
expressam: qui vere mundi isti⁹ flo
res sunt ꝙ eorũ claritatib⁹ mũdus
ornat: ⁊ bonũ odorẽ sanctificatiõis
aspirant: qui nulla sollicitudine ꝑ=
pediti: nullo vsu laboris exerciti: di
uine in se liberalitatis gratiam et
celestis seruant dona nature. vnde
bene et hic vestitus gloria sua salo=
moni et alibi coopertus ostenditur
ꝙ infirmitatem corporee nature ve
lut virtute quadã mẽtis adopertã
operũ gloriã vestiebat. Angeli vero
quorũ natura diuinior expers ma=
net iniurie corporalis recte licet ma=
ximo viro preferuntur. nec tamẽ in
nobis misericordiã dei despare de=
bemus: quibus ꝑ resurrectiõis gra
tiam dominus similem angelorum
spẽm pollicetur. Cyril. Absonũ aũt
erat discipulos debentes normã et
exẽplar conuersatiõis honeste aliud
tradere in eam incidere: a quibus
discedendũ esse oportebat eos con=
sulere. Et ideo dominus subdit. Et
vos nolite querere quid manduce=
tis: aut quid bibatis. In hoc etiam
dñs ꝯsuluit nõ modicũ studio sacra
rũ ꝑdicationũ: monens discipulos
sollicitudinẽ hũanã abiicere. Bed.
Notandũ tñ est ꝙ nõ ait. Nolite q̃=
rere aut solliciti esse de cibo aut po
tu aut indumento: sed quid mãdu=
cetis aut bibatis: vbi mihi vident
argui: qui spreto victu vel vestitu cõ
muni lautiora sibi vel austeriora ꝑ
his cũ quibus vitã ducunt alimẽta
vel indumenta requirunt. Grego.
nisenus. Sed dicet: aliqui obtinue
rũt dominia: honores: ⁊ diuitias cũ Instantia soluitur.
orassent: qualiter ergo ꝓhibes nos
talia orando querere? Et quidez ꝙ
oia hec ad diuinũ consiliũ ꝑtineãt
oibus pꝫ. hec tñ a deo conferuntur
petentib⁹ vt discentes deũ nos exau
dire in minoribus petitiõibus: ele=
uemur ad altiorẽ affectũ: sicut i pue
ris videmus: qui mox nati mater=
nis adherent vberib⁹: si x̃o pubue=
rit puulus spernit mãmas: querit
aũt monile: aut aliquid taliũ: qui
bus ocul⁹ delectat: postq̃ꝫ aũt mẽs
cũ corpe creuerit: cedẽs cunctis pue
rilibus desideriis: querit a parenti
bus q̃ conueniũt vite ꝑfecte. Augu.
de que. euan. Prohibita aũt sollici=
tudine de alimẽtis cõsequẽter ne ex
tollant admonuit dicẽs. Nolite in
sublime tolli. Primo eniz hoc ad ne
cessitatem complẽdã homo querit:
cum autẽ his abundauerit incipit
de talibus superbire. Tale est hoc
ac si se vulneratus aliquis iactet: q2
habeat multa emplastra in domo
cum hoc illi bonum esset vt vulne=
ra nõ haberet: et ne vno quidem in
digeret emplastro. Theophilus.
Uel eleuationem nihil aliud vocat
q̃ꝫ vagum mentis motum: al's aliud
meditantis: et ex hoc salientis ad
aliud et sublimia cogitantis. Basi.

Et vt intelligas huius eleuationē: memento vanitatis proprie iuuentutis si quando manens solus cogitasti de vita et promotionibus discurrēs a principatu in principatū: amplexus es diuitias edificasti palatia: amicis bene fecisti: vltus es inimicos. est autem peccatum talis abstractio: intenta enim circa superflua delectatio a veritate seducit. vnde conuenienter subdit. Hec enim om. gen. mū. querunt scilicet voluptates: diuitias et huiusmodi. Gregorius. Nissenus. Adhibere enim sollicitudinē rebus apparentibus proprium est eorum: qui nullam supponunt spem futuri seculi: neq₃ metum iudicij. Basi. Sed de necessarijs vite subdit. Pater autem vester scit: quoniam his indigetis. Chry. Nō dicit. Deus sed Pater: vt ipsos ad maiorem promoueret fiduciam. Quis enim est pater qui patiatur necessaria filijs nō ministrare? sed ad aliud adijcit. Nō enim poteris dicere: ꝙ pater quidem est: ignorat tamen his nos indigere. nam qui naturam creauit: eius indigētiam nouit. Ambrosius. Ostendit autem consequenter nec ad presens: nec in reliquum fidelibus gratiam defuturam si mō qui diuina desiderant terrena non querant. Indecorum quippe est homines curare de cibo qui militant pro regno. Nouit rex quemadmodum familiam suam pascat: alat: et vestiat: vnde sequitur. Uerumtamen querite primum regnum dei: et hec omnia adijcientur vobis. Chrysostomus. Non regnum: sed etiam opes christus pollicetur cum eo. Si enim nos a curis eos eripimus: qui pretermittentes sua nostrorum diligentiam habent: multo magis deus. Beda. Iudicat enim aliud esse quod principaliter datur: aliud quod superadditur: quia nobis intētione eternitas: in vsu vo tēporalitas eē debet.

Sollicitudo tollenda.

¶ Nolite timere pusillus grex quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Uendite que possidetis et date elemosynam: facite vobis sacculos qui non veterascunt: thesaurū non deficientem in celis. Quo fur non appropiat: neq₃ tinea corrūpit. Ubi enim thesaurus vester est: ibi et cor vestrū erit.

¶ Glo. Postꝙ dominus tēporalium curam a cordibus discipulorum remouit: hic excludit ab eis timorem ex quo superflua cura procedit dicens. Nolite timere pusillus grex. Theophilus. Pusillum gregem dominus vocat volētes discipulos eiꝰ fieri. vel quia in hoc seculo sancti parui videtur causa volūtarie paupertatis: vel quia superātur a multitudine angelorum: que incomparabiliter precellūt que nostra sunt. Beda. Pusillum etiam dominus gregem electorum nominat: vel ad comparationem maioris numeri reproborum: vel potius ob humilitatis deuotionem. Cyrillus. Quare autem timere nō debent ostēdit subdēs. Quia cōplacuit patri vestro dare vobis regnū. quasi dicat. Eū qui tam preciosa largitur. qualiter pigebit erga vos clementiam exercere? Quamuis enim hic grex paruus sit et natura et numero et gloria: bonitas tamē patris cōcessit et huic pusillo gregi celestium spirituum sortem scilicet regnum celorum. ergo vt possideatis regnū celorum opes terrenas cōtemnite. vnde subditur. Uēdite que possidetis et da. elemosynā. Beda. Quasi dicat. Nolite timere ne ꝓpter regnū deimilitantibus huius vite necessaria desint: quin etiam possessa ꝓpter elemosynam vēdite: qđ tūc digne fit: quādo qui semel ꝓ dn̄o suo oibꝰ spretis: nihilominꝰ post h̄ laboribus manuū operatur. vn̄ et victū trāsigere: et elemosynam dare queat. Chryso. Nō est enim peccatum qđ elemosyna nequeat abolere: antidotū est cuilibet cōueniēs vulneri. sed et elemosyna non solum in pecunijs fit: sed et in rebus dū aliquis alium

Argumentum diuine pietatis

protegat:dum medicus medeť duz
sapiẽs consulit. Greg.nazã. Vereor
autem ne putes pietatis tibi neces
sitatem nõ esse sed arbitriũ . opta
bar et ipse hoc:sed terrent me hedi
ad.sinistram statuti:non qꝛ rapue
runt:sed qꝛ xp̄m i egentibꝰ nõ pla
cuerunt. Chry. Nã sine elemosyna
impõle est regnũ videre. Sicut eniz
fons si aquas in se continuerit vi
tiatur:sic ꝛ diuites cũ oĩa penes se
tene.ãt. Basi. Sz queret aliquis qd
considerantem opz vẽdere q̃ possi
dẽť:nũqd tãq̃ eis naturalr noxĩa
Questio pulchra. vel propter tentationẽ accidẽtẽ aĩa
bus ex eis? Ad hoc dicẽduz ẽ: p̄mo
quidẽ ꝙ singuluz coꝝ que sunt si
per seipsũ malũ existeret non esset
creatura dei:omnis enim creatu
ra dei bõa.ꝯñr ãt qꝛ mãdatũ dñicũ
non docuit abijcere tãq̃ mala que
possidẽť sed dispensare dicens . Et
date elemosynã. Cyril. Molestũ ãt
forte est hoc mãdatuz diuitibus:sa
nã tamẽ mentẽ habentibus nõ est
inutile. thesaurizant ei sibi regnũ
celeste. vnde sequitur. Fa. vo. sac.
qui nõ veterascunt. Beda elemosy
nas.vz.operando:quaruz merces
in eternũ maneat:vbi non hoc pre
ceptuz esse putandũ est:vt nil pecu
nie reseruetur a scis vľ suis vľ pau
perum vsibus:cum ꝛ ipse dominus
cui ãgeli ministrabant loculos ha
buisse legatur a fidelibus oblata
conseruans:sed ne deo propter ista
seruiatur:et inopie timorẽ iustitia
deseratur . Greg.nisenus. Precepit
autem sensibiles et terrenas opes
sursum condere:quo virtus corru
ptius nõ attigit. vnde subdit. The.
nõ defi.i ce.quo fur nõ appro.neq̃
tinea corrumpit. Theo.q.d. Hic ti
nea demoliť:nõ autẽ in celis: dein
de qꝛ tinea quedã nõ demoliť:addi
dit de fure. Aurũ ei non demolitur
tinea:sz fur tollit. Bed. Siue igitur
hoc simpliciter accipiendum est ꝙ
pecunia seruata deficiat:data autẽ
proximo perennẽ fructum conferat
in celis : vel itaq̃ thesaurus boni
operis si commodi terrestris occa
sione condat facile corruptus inte
reat:at si celesti solũ intentione cõ
geratur:non exterius holuz fauo
re:quasi a fure qui de foris rapit:
nõ intus inani gloria quasi a tinea
que interius scindit valet macula
ri. Glo. Vel fures sũt heretici et de
mones qui ad hoc intenti sũt vt spi
ritalibus nõ spoliẽt.tinea que ve
stes latenter rodit inuidia est que
studium bonum lacerat:et compas
sionez vnitatis dissipat. Theophi.
Porro quia non omnia furto tol
luntur addit potiorem rationem:
et nullã prorsus patientem instan
tiam dicens. Vbi enim est the . ve.
ibi et cor ve . erit q̃si.d. Esto ꝙ nec
tinea demoliatur:nec fur tollat. Hꝫ
ipsum quod ẽ habere cor affixum
thesauro sepulto:et diuinũ opus.
scz animã terre imergere:q̃nto ẽ di
gnum supplicio? Euse . Nã quili
bet homo naturaliter dependet ab
eo erga quod studet:illuc totũ ani
mum applicat:vbi totum cõmodũ
possidere putauit. Unde siqs in re
bus presentis vite habet totam mẽ
tem et intentionem quã cor nomi
nauit:in terrenis versatur. Siuero
mentẽ applicauerit ad celestia ibi
mentem habebit vt videatur solo
corpore cũ hoibus conuersari: ani
mo vero iam sit aggressus mansio
nes celestes. Bed. Hoc aptẽ nõ solũ
de pecunia. sed de cunctis passioni
bus sentiẽdũ ẽ. luxuriosi epule sũt
thesauri lasciui ludicra : amatoris
libido.

¶ Sint lũbi vestri precincti:et
lucerne ardentes in manibus
vestris: et vos similes hoibus
expectantibꝰ dñm suum qñ re
uertatur a nuptijs:vt cum ve
nerit et pulsauerit confestĩ ape
riant ei . Beati serui illi quos
cum venerit dominꝰ inuenerit
vigilantes. Amẽ dico vobis ꝙ
preciget se et faciet illos discũ
bere:et transiens ministrabit il

lis. Et si venerit in secunda vigilia: et si in tertia vigilia venerit et ita inuenerit beati sūt serui illi. Hoc autem scitote qꝫ si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiqꝫ: et nō sineret perfodi domū suam. Et vos estote parati: qꝛ qua hora nō putatis fili⁹ hoīs veniet.

¶ Theophi. Postqꝫ suū discipulus modestum statuit dominus: spoliās eum qualibet vite cura et eleuatio ne: iam tunc ad ministrandum idu cit dicens. Sint lumbi vestri precincti. i. semper ꝓcliues ad exequēda opera domini nostri. Et lucerne ardentes. i. non ducatis vitā in tenebris: sed assit vobis lux rōnis: ostēdens vobis agenda et fugiēda. Est enim hic mundus nox: cincti vero lumbos sūt qui practicā exequunt. nam talis est ministrantium habitus quibus oportet adesse: et lucernas ardentes. i. discretionis donū: vt valeat dignoscere practicus: nō solū quid oporteat agere: sꝫ et quomodo alioquin in precipitio superbie homines ruunt. Notandum āt qꝫ primo iubet lumbos precingi: secundo lucernas ardere. nam primo quidem est operatio: deinde speculatio que est illustratio mētis. Igr studeamus exercere virtutes: vt duas lucernas habeamus ardentes. s. conceptum mentis iugiter in anima emicātem: quo nos illustramur: et doctrinā qua ceteros illuminamus. Mati. Vel lucernas accensas docet habere per orationē et cōtemplationē et spiritalem dilectionem. Cyril. vel subcingi significat agilitatem et promptitudinem ad sustinenda mala intuitu diuini amoris. Lucerne autē accensio significat: vt non patiamur aliquos in tenebris ignorantie viuere. Greg. in ho. Vel aliter. Lumbos precigim⁹ cum carnis luxuriam per continentiam coartamus. viris enim luxuria in lumbis est feminis in vmbilico. a principali igitur sexu lumborum nomine luxuria designatur. Sed quia minus est mala non agere: nisi etiam quisqꝫ studeat bonis operibus insudare additur. Et lucerne ardētes in manibus vestris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus: cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. Augu. de que. euan. Vel docet et lumbos precingere. ꝓpter cōtinentiam ab amore rerum secularium et lucernas ardentes habere: et hoc ipsū vero fine et recta intentione fiat. Greg. in ho. Si si vtrunqꝫ horū agitur restat vt oīs quis ille est totam spē suā in redēptoris sui aduentu constituat. vnde subdit. Et vos simi. homi. expe. do. su. qn̄ reuer. a nuptijs. Ad nuptias qppe dn̄s abijt qꝛ ascēdēs in celum: supernā sibi multitudinem angelorum nouus homo copulauit. Theo. Quotidie etiam in celis desponsat sanctorum animas: quas eis paul⁹ vel alius similis offert virginem castam. Redijt autem a nuptijs celebratis in celis forsan quidem vniuersaliter in consummatione totius: quando veniet de celo in gloria patris: forsan ēt singulis horis astans inopinate particulari vniuscuiusqꝫ cōsummationi. Cyril. Considera ēt qꝫ a nuptijs quasi a solennitate venit in qua semper existit diuinitas: nihil. enim potest incorruptibili nature inferre tristitiam. Grego. nisen. Vel alr consummatis nuptijs: et desponsata sibi ecclesia: et admissa ea in thalamum secretorum: prestolabantur angeli reditum regis ad naturalem beatitudinem: quibus similem fieri decet nostram vitam: vt sicut illi sine malicia conuersantes parati fuere dominicum regressum recipere: sic et nos vigilantes ad obedientiam promptos nos faciamus cum aduenerit pulsans. Sequitur enim. Vt cum vene. et pulsa. confe. aperi. illi. Grego. in ho. Venit quippe cū ad iudicium properat. pulsat vero

Mundus nocti cōparatur.

Christus in celo desponsat aias.

cum iam per egritudinis molestiã esse mortem vicinã designat: cui cõfestim aperimus: si hunc cũ amore suscipimus. Aperire ei iudici pulsanti non vult: qui exire de corpore trepidat: et eum quẽ contempsisse se meminit: videre iudicem formidat. Qui autem de sua spe et operatione securus est: pulsanti confestiz aperit: quia cum tempus propinque mortis agnouerit: de gloria retributionis hilarescit. vñ subditur. Beati serui illi: quos cum venerit do. inuenerit vigilantes. Uigilat qui ad aspectum veri luminis mẽtis oculos apertos tenet: qui seruat operando quod credit: qui a se torporis et negligentie tenebras repellit. Grego. nisenus. Propter hanc igitur vigiliam obseruandam supra dominus monuit vt sint lumbi precincti: e lucerne ardentes. lumen enim oppositum oculis pellit sonnolẽtiã oculorum. Lumbi ẽt cingulo perstricti reddunt corpus insusceptibile sõni Nam qui precinctus est castitate: et pura cõscia illustrat' perseuerat in somnis. Cyril. Cum igitur domin' veniens suos in somnes inuenerit et precinctos: cor illuminatũ habẽtes tunc eos promulgabit beatos. sequitur. n. Amen dico vobis quia precinget se. Ex quo pcipimus q̄ similia nobis retribuet: dum succinctis se precinget. Orige. Erit enim precictus iustitia circa lũbos suos fm Isaiam. Grego. Per quam precingit se. i. ad retributiõez se preparat. Theophi. Uel precinget se in eo q̄ nõ totam vbertatẽ bonorũ largitur: sed hanc cohibet fm certam mensuram. Quis enim deum capere potest quantus est ? vnde seraphin mihi velari dicuntur propter excellentiã diuini splendoris. Sequitur. Et faciet illos discũbere. i. omnino requiescere. Sicut enim discumbens totum corpus facit pausare: sic in futuro aduentu sancti totaliter requiescent. hic enim non habuerunt requiem corporis illic vero simul cum animabus spiritalia corpora incorruptionez sortita: plena: gaudebunt quiete. Cyril. Faciet igitur illos discũbere: quasi fessos refocillans: apponens spiritales delitias et statuẽs dapsilem donorũ suorum mensaz. Dioni. in epistola ad tytum. Discubituz ei opinantur quietem a multis laborib' et vitam sine lesione et conuersationẽ diuinam in lumine et regione viuentiũ vniuerso sancto affectu adimpletã: et copiosaz donationez omnium bonoruz fz quaz letitia adimpletur. hoc est eni q̄ iesus faciet eos recũbere dans eis perpetuam quietez et distribuens eis bonorum multitudinem. vnde sequitur. Et transiẽs mini. illis. Theophi. Quasi vicem equalem eis reddens: vt sicut ipsi ministrauerunt ei: ita et ipse eis ministret. Grego. in home. Trãsiens vero dictum est cum de iudicio ad regnuz redit: vel domin' nobis post iudiciũ transit: qui ab humanitatis forma in diuinitatis sue contemplationez nos eleuat. Cyril. Nouit autez dominus lubricũ fragilitatis hũane ad peccãdum. sed quoniam bonus est desperare nõ sinit: sed magis miseretur et dat nobis penitentiam in salutis antidotum. et ideo subdit. Et si venerit in secun. vig. et si i ter. vig. vene. et ita inue. beati sũt serui illi. Diuidũt eniz excubantes i menijs ciuitatuz et hostiuz seruantes aggressus noctem in tres aut quattuor vigilias. Grego. in ho. Prima ergo vigilia p̄meuum temp' est vite nr̃e. i. pueritia. secunda adolescentia vel iuuentus. tertia autem senectus accipit. Qui ergo vigilare in prima vigilia noluit: custodiat vel secundam. Et qui in secunda noluit. tertie vigilie remedia non amittat: vt qui conuerti in pueritia neglexit saltem in tẽpore iuuentutis vel in senectute resipiciat. Cyril. De prima tamen vigilia mentionem non facit: quia pueritia non punitur a deo sed veniam meretur. Secunda vero et tertia etas debet obedientiam deo: et

Beati serui qui sunt.

Discubit' mysticus.

vitam honestam ducere ad volūta=
tem ipsius. Grecus. Uel ad primam
vigiliam pertinent diligentius vi=
uentes quasi primum gradum sor=
titi: ad secundam vero medie cōuer
sationis mensurā tenentes: ad ter=
tiam vero qui sunt infra hos: et idē
de quarta putandum est: et si cōtin
gat de quinta. Diuerse enim sunt
conuersationū mensure et bonus
remunerator metit̄ vnicuiq₃ quod
dignum est. Theo. Uel quia vigilie
sunt hore noctis prouocantes sopo=
rem hominibus: intelligas etiam
in vita nostra esse quasdam horas
que faciūt nos beatos si insomnes
reperti fuerimus. Rapuit tibi ali=
quis facultates: defuncti sunt ti=
bi filij: accusatus es: sed si in his tē
poribus non feceris contra dei mā
data quicq₃ vigilantem te inueniet
in secūda et tertia vigilia. i. in tēpo
re malo perniciosum somnum ani
mabus lentis inferentem. Grego.
in ome. Ad executiendum vero no
stre mētis desidiā etiam exteriora
damna per similitudinem ad me=
dium deducitur. nā subditur. Hoc
autem scito. quoniā si sci. paterfa.
qua hora fur ve. vigi. vti. ₇ nō sine.
perfo. domū suam. Theophi. Qui
dam hūc furē itelligūt esse dyabo=
lum domū aiam: patrēfamilias ho
minem: non tamen videtur hec ac=
ceptio consonare sequētibus. aduē
tus enim domini comparatur huic
furi tanq₃ ex inopinato proueniēs
secundum illud apostoli. Dies do=
mini: sicut fur: ita i nocte veniet. vñ
et hic subditur. Et vos esto. para.
quia qua hora non putatis filius
hominis veniet. Gregorius. in ho=
mel'. Ul' aliter. Nesciēte patrefami
lias fur domum perfodit: quia dū
a sui custodia spiritus dormit: im=
prouisa mors veniens carnis no=
stre habitaculum irrumpit: furi
autem resisteret: si vigilaret: quia
aduentus iudicis: qui occulte ani
mam capit: precauens ei peniten=
do occurreret: ne impenitens peri
ret. Horas vero vltimas dominus
iccirco nobis voluit esse incognitā:
vt dum illā preuidere non possum⁹
ad illā sine itermissiōe pparemur.

Vigilie mystice

¶ Ait aūt ei petrus. Dñe ad
nos dicis hanc parabolam:
an ₇ ad omnes? Dixit autem
dominus. Quis putas esse fide
lis dispensator ₇ prudens quē
constituit dominus super fa=
miliam suam vt det illi in tpe
tritici mēsurā? Beatus ille ser
uus quē cū venerit dñs inuene
rit ita faciētē. Uere dico vobis
quoniā supra oia que possidet
cōstituet illū. Qd si dixerit ser
uus ille in corde suo: morā fa=
cit domin⁹ meus venire ₇ sepe
rit percutere seruos ₇ ancillas.
₇ edere ₇ bibere ₇ inebriari. ₇
veniet dominus serui illius in
die qua non sperat. ₇ ora qua
nescit. ₇ diuidet eū₃ partemq₃
eius cum infidelib⁹ ponet.

¶ Theophi. Petrus cui iā cōmissa
ecclesia fuerat quasi omniū curam
gerens inqrit vtrū ad oēs dñs para
bolam protulisset. vñ dr. Ait autē ei
petrus. Domine ad nos dicis pa=
rabolā hanc: an ad oēs? Bed. Duo
dominus in pmissa parabola mo=
uerat: et se videlicet subito venturū
et illum eos paratos expectare de=
bere. Sed de quo horū: an de vtroq₃
petrus iterrogauerit: quousq₃ sibi
socijsq₃ suis cōparauerit: cum ait.
Ad nos dicis: an ad oēs? Nō facile
p₃. Et quidē i eo q᷑ ait. Nos. ₇ oēs.
n alios q̄₃ aplos aplorūq₃ siles ₇ ce
teros fideles vl' xpianos: ₇ ifideles
vel eos qui viritim. i. sigillatim mo=
rientes sui iudicis aduentum nolē
tes volentesq₃ suscipiunt. et eos qui
in vniuersali iudicio viui sunt in
carne reperiendi significare putā
dus est. Mirum est autem si petr⁹
dubitauit: vel oibus sobrie et pie ₇
iuste viuēdū expectātib⁹ vtrāq₃ spem

Expositio pulchra.

vel inopinatũ singulorũ et omnium futurũ esse iudicium. vnde restat intelligi his scilicet duobus iam bene cognitis ea que nescire poterat que iisse: videlicet si sublimia illa vite celestis instituta: quibus possessa vendere: sacculos qui nõ veterascerẽt facere lumbis precinctis: lucernisq; ardẽtibus vigilare preceperat: ad apostolos solum similesq; eorũ aut ad omnes qui saluandi sunt pertineant. Cyril. Ualidam autem mentem habentibus conueniũt ardua: et excellẽtia mãdatorũ sanctorũ his vero qui nondũ ad hanc virtutẽ attigerũt: cõueniunt ea a quibus omnis facultas excluditur. vnde dominus exemplo manifestissimo vtitur: ostendens mandatum premissum cõuenire his qui admissi sunt in gradum discipulorũ. Sequitur enim. Dixit autẽ dominus. Quis putas est fidelis dispensator? Ambro. Uel aliter. Superioris quidem in omnes precepti forma est gñalis: verũ series sequentis exẽpli dispensatoribus. hoc est sacerdotibus videtur esse proposita. vnde sequitur. Dixit autem dominus. Quis putas est fidelis dispẽsator et prudens quẽ constituit dominus super familiam suam: vt det illi in tempore tritici mensuram? Theophi. q. d. Predicta parabola cõmuniter omnes fideles attingit. sed qd vobis apostolis et doctoribus conueniat audiatis. Quero enim quis dispensator inueniatur in se habẽs fidelitatẽ et prudẽtiã: sicut enim in dispẽsatiõibus facultatum. siue aliqs incautus sit fidelis domino existẽs siue etiã prudẽs sit et infidelis: dispereũt res domini sic et in rebus diuinis: opus est fidelitate et prudẽtia. Noui enim multos deũ colẽtes et fideles. quia vero nõ poterãt prudẽter ecclesiastica tractare negocia: nõ solum possessiones: sed etiã animas destruebãt: vtẽtes in peccatores idiscreta virtute: per immoderata penitentie mãdata: vel inoportunam mãsuetudinẽ. Chry. Querit aũt hic dominus nõ quasi fidelẽ et prudẽtem dispẽsatorẽ ignorãs: sed volẽs innuere raritatẽ rei: et hmõi presulatus magnitudinẽ. Theophi. Quisquis ergo fidelis fuerit inuẽtus et prudens presideat familie domini: vt singulis tẽporibus det tritici mẽsurã vel sermonẽ doctrine quo pascũtur animę: vel operũ exemplũ quo vita informetur. Augu. de que. euan. Mẽsurã autẽ dicit propter modũ capacitatis quorũcũq; audientiũ. Isido. Additũ est etiã in tẽpore: q; beneficiũ nõ suo tempore datũ reddit cassum et nomẽ beneficii perdit. Idẽ ẽ panis esurienti quidẽ appetibilis: satiato autem non multũ. De huius autẽ serui dispensatoris pmio subdit dicens. Beatus ille seruus: quẽ cũ venerit dominus: inuenerit sic facientẽ. Basi. Nõ dicit agentem a casu: sed sic facientẽ. nõ enim vincere solũ cõuenit: sed etiã certare legitime hoc autẽ est sic singula exequi: sicut recipimus in mandatis. Cyril. Sic ergo fidelis seruus et prudens. oportuno tẽpore distribuens prudẽter cibaria famulis hoc est spirituales escas beatus erit: iuxta dcm saluatoris in hoc scz q; obtinebit ad huc maiora: et merebitur premia familiaribus debita. vnde sequit. Uere dico vobis quia super omnia que possidet cõstituet illum. Beda. Quanta enim inter bonos auditores et bonos doctores est meritorum distantia: tanta est etiã premiorũ. hos enim aduenĩẽs cũ vigilãtes inuenerit faciet discumbere: illos autẽ cũ fideliter prudenterq; dispensantes inuenerit: super omnia que possidet constituet: id est super omnia celestis regni gaudia: non vtiq; vt horum soli dominum teneant sed vt eorum abũdantius ceteris sanctis eterna possessione fruantur. Theoph. Uel super omnia bona sua constituet eum: non solum super suam familiam: sed vt tam terrena q; celestia ei obediant: qualis fuit iesus naue et helias: alter soli: alter nubibus mandans: et omnes sancti quasi dei amici rebus dei vtuntur. Quicunq; etiam vitam vtuose

Dispensator euãgelicus.

Merces fidelis ministri

virtuose pagit: ⁊ seruos suos. i. iras
⁊ concupiscentiā recte disposuit: ex=
hibens temporibus singulis mensu
ram frumenti: ire quidē vt afficiat
in habentes odio deū: cōcupiscētie
vero vt necessaria vtat carnis ꝓui=
sione: ordinans eā in deū. Talis in=
quā cōstituet sup omnia que possi=
det dñs: dignus oīa ꝑ speculatiuū
intellectū intueri. Chry. Dñs autē
non solū ex honore bonis reserua=
to: sed ex minis pene in malos corri
git auditorem. vñ sequitur. Qȝ si di
xerit seruus ille in corde suo: morā
facit dñs meus venire. Beda. Nota
inter vitia serui mali ascriptū ꝙ tar
dum dñi sui reditum putauerit. Nō
autem inter boni virtutes annume
ratum: ꝙ hunc citū sperauerit: sed
tantum fideliter ministrauerit. Nil
ergo melius est: ꝙ̄ vt patienter su=
stineamus ignorare qd̄ sciri nō pōt:
sed tm̄ laboremus vt idonei inue=
niamur. Theo. Ex eo autē ꝙ non cō
sideratur hora finis multa peccata
eueniūt: nā si cogitaremus dñm ve=
nire: ⁊ ꝑsto esse terminū vite nostre:
minus vtiq3 peccaremus. vñ sequit.
Et ceperit percutere pueros: ⁊ an=
cillas. ⁊ edere. ⁊ bibere: ⁊ inebriari.
Beda. In hoc seruo cunctoꝝ ꝑsulum

Tropologica expositio.

malorū narratur damnatio: qui ne
glecto dñi timore. non mō ipsi luxu=
rie vacant: sȝ etiā subditos iniuriis
stimulant: q̄uis ⁊ typice possit intel
ligi pueros ⁊ ancillas ꝑcutere. cor=
da infirmorum prauo exemplo vi=
tiare. Edere autē: bibere: ⁊ inebria=
ri facinoribus ⁊ seculi illecebris que
hominem dementant occupari. De
eius autem pena subditur. Ueniet
dñs serui illius die qua non sperat.
scilicet iudicii vel mortis. Et diuidet
eum. Basi. Non quidem diuiditur
corpus vt hoc quidem exponat tor=
mentis: illud vero dimittatur. nam
fabulosum est hoc neq3 iusti iudicii
cum deliquerit totum dimidiū pati
penam. nec anima secatur tota cri=
minosam conscientiam possidens. ⁊
cum corpore mala cooperans. sed di
uisio eius est ꝑpetua alienatio ani=
me a spiritu. Nunc enim ⁊ si non sit
gratia spiritus in indignis. videtur
tamen vtcunq3 adesse conuersionē
eorum expectans ad salutem: tunc
vero totaliter amputabitur anima.
Spiritus ergo sanctus ⁊ brauium
est iustorum: ⁊ prima condemnatio
peccatorum: quoniam eum indigni
amittent. Beda. Uel diuidet eum a
fidelium consortio segregando: ⁊ eis
qui nunq3 ad fidem pertinuerāt so=
ciando. vnde sequitur. Partemq3
eius cum infidelibus ponet. quia
qui suorum ⁊ domesticorum curā nō
habet. fidem negauit: ⁊ est infideli
deterior: vt ait apostol9. Theophi.
Recte etiam infidelis dispensator cū
infidelibus partem accipiet qz vere
caruit fide.

¶ Ille autem seruus qui co=
gnouit voluntatem domini sui
⁊ non se preparauit: ⁊ non fe=
cit s̄m voluntatem eius plagis
vapulabit multis: qui autem
non cognouit ⁊ fecit digna pla
gis vapulabit paucis. Omni
autem cui multum datum est:
multum queretur ab eo: ⁊ cui
commendauerunt multū: pl9
petent ab eo.

¶ Theophi. Hic nobis domin9 ma=
ius aliquid ⁊ terribilius ostendit.
non enim solum dispensator infide=
lis accepta priuabitur gratia vt ni=
hil eum iuuet ad vitandum suppli=
cia: sed magis fiet ei damnationis
causa dignitatis immensitas. vnde
dicitur. Ille autem seruus qui co=
gnouit voluntatem domini sui: ⁊ nō
fecit s̄m voluntatem eius plagis va
pulabit multis. Chry. Non enim si=
militer in omnibus omnia iudican
tur: sed maior cognitio fit maioris
pene materia. vnde sacerdos eadē
peccans cum populo multo grauio
ra patietur. Cyril. Homo enim per
spicax qui turpioribus suam volun
tatem inclinauit: inexcusabile pec
catum commisit. quasi propter ma=

ultiam recedens a domini voluntate sed homo rusticanus rationabili⁹ implorabit veniā vindicantis. unde subditur. Qui au. non co. ⁊ fe. dig. pla. vapu. paucis. Theophi. Hic obijciunt aliqui. merito punitur qui sciens voluntatē domini non prosequitur. Sed cur punitur ignorans? quia cum ipse scire potuisset noluit: sed pigritans ipse fuit ignorātie sue causa. Basi. Sed dices. si hic quidē multa sustinet verbera: hic autem pauca: qualiter dicunt quidā ꝙ nō imponit finem supplicijs? Sed sciēdum est ꝙ hoc qd̄ hic dicitur: non numerum penarum: sed differentiam indicat. ꝓt. n. aliquis esse dignus inextinguibili flamma: vel remissiori vel intensiori: ⁊ indeficiente vel me. vel mitius torquēte vel fortius. Theophi. Ostendit autē consequēter quare doctoribus ⁊ sciētibus intensior pena debeatur: cum dicitur. omni au. cui mul. da. ē: mul. que ab eo: ⁊ cui commē. mul. plus pe. ab eo. Datur quidē doctoribus gratia faciendi miracula: sed commendatur eis sermonis ⁊ doctrine gratia: sed in dato quidē nō dicit aliquid plus petendum: sed in commēdato siue deposito. nam gratia verbi incremē to eget: ⁊ a doctore requiritur amplius. non enim decet eum torpere: sed augere verbi talentum. Beda. Uel aliter. Multum sepe datur etiā quibusdam priuatis quibus etiam cognitio dominice voluntatis: ⁊ exequendi que cognoscunt facultas impenditur. Multum autem commendatur illi: cui cum sua salute dominici quoqꝫ gregis pascendi cura cōmittitur: maiori ergo gratie donatos si deliquerint: maior vindicta sequetur. Mitissima autem omnium pena erit eorum qui preter peccatū qd̄ originaliter traxerunt nullū insuper addiderunt: ⁊ in ceteris qui addiderunt tanto quisqꝫ ibi tolerabiliorē habebit damnationē: q̄to hic minorem habuit iniquitatem.

Expositio dubij.

Gradus penarū.

¶ Ignem veni mittere in terram: ⁊ quid volo nisi vt accendatur? Baptisma autem habeo baptizari: ⁊ quomodo coartor vsqꝫ dū perficiatur? Putatis quia pacem veni mittere in terram? Non dico vobis sed separationem. Erunt enim ex hoc quinqꝫ in domo vna diuisi: tres in duos: ⁊ duo in tres diuidentur: pater in filium: ⁊ filius in patrem suum: mater in filiam: ⁊ filia in matrem. socr⁹ in nurum suam. ⁊ nurus in socrum suam.

¶ Ambro. Dispēsatorib⁹. i. sacerdotibus premissa videntur esse preposita: ꝙ sciant sibi graue in futurā penam esse subeundam: si familiam domini gubernare neglexerint. sed quia exiguus est profectus metu supplicij ab errore reuocari: ideo dominus ad querendam cupiditatem diuinitatis inflammat dicens. Ignem ve. mitte. in terram. Non vtiqꝫ illum consumptorem bonorū: sed bone voluntatis auctorem qui aurea dominice domus vasa melio rat: fenum vero consumit ⁊ stipulā. Cyril. Mos est autem sacre scripture ignem quandoqꝫ dicere sacros ⁊ diuinos sermones. Sicut. n. qui aurum ⁊ argētum purgare nouerunt: per ignem consumunt eorū sordiciem: sic saluator per euangelica documenta in virtute spiritus abstergit intellectum eorum qui credunt in eū. Hic est igitur ignis salubris ⁊ vtilis quo habitatores terre frigidi quodā modo ⁊ extincti propter peccatū incalescunt ad pietatis vitam. Chry. Terrā enim ad presens vocat. non eam quam pedibus terimus: sed plasmatā manibus eius scilicet homi eē: cui dominus ignem ingerit ad ꝯsumptionem peccatorum ⁊ innouationem animarum. Tytus. Est autē intelligendū eum de celo venisse. nō ex

Hō terra vocatur.

si de terra venisset in terras diceret Ignem veni mittere in terrā. Cyril. Diuinus autē ignis dominus accelerabat incēdiū. vnde sequitur. Et qd volo: nisi vt accendatur? Credebant enim .xij. quidā ex israel: quorū ex eo: diū fuerāt venerādi discipuli. q ignis semel in iudea accēsus totum orbē occupare debebat: psummata tamē passionis eius dispēsatiōe. vnde sequitur. Baptisma autē habeo bapti zari. Nā ante venerabilē crucē: et eius resurrectionē a mortuis: in sola iudea fiebat mētio pdicatiōis et miraculorū ipsius postq autem principē vite insanientes occiderunt: tūc apostolis precepit dicens. Euntes docete omnes gentes. Grego. super ezechielem. Uel aliter. Ignis in terras mittitur. cuz per ardorem sancti spiritus afflata terrena mens a carnalibus suis desiderijs crematur: succensa autem spiritali amore malum quod fecit plangit: et sic terra ardet quando accusante se conscientia cor peccatoris in dolore penitentie crematur. Beda. Addit autem. Baptismo habeo baptizari id est sāguinis proprij tinctione prius habeo perfūdi: et sic corda credentium spiritus igne inflammari. Ambrosius. Tanta autem est domini dignatio: vt infundende nobis deuotionis et consummande perfectionis in nobis: et maturande pro nobis passionis studiū sibi inesse testetur. vnde sequitur. Et quomodo coartor vsq dum perficiatur? Quidam codices habent. Et coangor id est contristor. Cuz eīm in se nihil habuerit quod doleret: nostris tamen angebatur erumnis: et tempore mortis mesticiam pretendebat: quam non ex metu mortis sue sed ex mora nostre redemptionis assumpserat. Qui enim vsq ad perfectionem angitur de perfectione securus est quia cum conditio corporalis affectus: non formido mortis offendit: nam qui corpus suscepit omnia debuit subire q corporis sunt: vt esuriret: sitiret. angeretur: et contristaretur. diuinitas

Dignatio iesu.

autem per hos affectus nescit commutari. Simul etiam ostendit: q in certamine passionis mors corporis: absolutio anxietudinis: non coacervatiua sit doloris. Beda. Quomodo autem post baptisma sue passionis post ignis spiritalis aduentum terra sit arsura declarat subdens. Putatis quia pacem veni dare in terrā non dico vobis: sed separationem. Chrisostomus. Quid dicis domine? Non venisti pacem daturus: qui factus es nobis pax: pacificans per crucem celestia et terrestria? qui dixisti. pacem meam do vobis. Sed manifestum est q vtilis quidem est pax: quandoq autem damnosa: et separans ab amore diuino: per quam scilicet consentitur his qui a deo dissident: et ob hoc federa terrena docuit vitare fideles. vnde sequitur. Erunt enim quinq ex hoc in domo vna diuisi tres in duos: et duo in tres diuidentur: pater in filium. Ambrosius. Cum sex personarum videatur facta subiectio patris et filij: matris et filie: socrus et nurus: quinq tamen sunt: quia eadem mater que socrus accipi potest. que enim est mater filij: socrus eius vxoris est. Chry. Per hoc autem futurum euētum protulit. Contingebat enim in eadem domo aliquem esse fidelem cuius pater vellet eū ad īfidelitatē ptrahere: sed intantum preualuit virtus doctrine christi: vt filij patres conuerterent: matres filie: et liberos parentes. Libuit enim fideles christi non solum contemnere propria: sed et cuncta simul pati: dūmodo cultu fidei non careant. Si autem purus homo esset. vnde suppeteret et hoc posse meditari: q a patribus plus amarent q filij: et a filijs plusq patres et a viris plusq coniuges: et hoc non in vna domo aut centum sz vbiq terrarum: et non solum hoc predixit: sed etiam opere consummauit. Ambrosius. Mystica autem interpretatione domus vna: homo vnus est. duos autem legitimus frequēter animā et corpus. q si duo

Pacis ratio ex ponit.

Affectiones alestres.

[d]uus cõuenerit: efficit vtrãq; vnum. aliud est q̃d seruit. aliud cui subijcitur. Tres autez anime affectiones sunt: vna rationabilis: alia cõcupiscibilis: tertia irascibilis. Duo ergo in tres: ⁊ tres in duo diuiduntur. Etenim per aduentũ xp̄i homo q̃ erat irrationabilis: rationabilis factus est. Eramus carnales terreni. misit deus spiritũ suũ in corda nostra: facti sumus filij sp̄uales. Possum⁹ etiã dicere q̃ in hac domo sunt alij q̃nq;. i. odor: tactus: gustus: visus: ⁊ auditus. Si ergo s̄m ea que audimus aut legimus sensu visus atq; audit⁹ excludamus superfluas voluptates corporis: que gustu tactu q; et odore percipiũtur: duo in tres diuidimus: eo q̃ mentis habitus viciorũ non capiatur illecebris. Aut si quinq; sensus acceperim⁹ corporales: vitia iam corporis et peccata se separant. Possunt etiã caro videri atq; anima ab odore tactu gustuq; luxurie separata: fortior enĩ rationis sexus velut virilis fertur affectus. hec molliorẽ studet tenere rationem. Ex his itaq; diuersaruz cupiditatũ motus inoleuit. Sed vbi in se anima redit degeneres abiurat heredes. Caro quippe cupiditatib⁹ suis quas sibijpsa generauit: tãq; sentibus mundi doluit esse cõfixaz. Sed velut corporis quedã atq; anime nurus voluptas motui praue cupiditatis inubit. Ergo quãdiu mãsit in vna domo cõspirãtibus vitijs indiuidua consensio nulla videbat esse diuisio. vbi vero xp̄s ignez quo delicta cordis exureret: vel gladiuz quo secreta penetrãtur misit in terras: tunc caro atq; anima regenerationis innouata mysterijs: copulaz posteritatis eliminat: vt diuidãtur parentes in filios: dũ intẽperãs motus intemperãtiam abdicat: et anima obedinat in consortiũ culpe. Filij quoq; in parentes diuidunt: duz renouati homines vitia vetusta declinant: voluptasq; adolescentior seriose domus refugit disciplinam. Beda. Uel aliter. Per tres significãtur qui fidez trinitatis habent. per duo infideles qui a fidei vnitate dissentiunt. Pater autẽ dyabolus est: cuius filij imitãdo eram⁹: sz postq; venit ignis ille celestis: nos abinuicem separauit: ⁊ ostendit alterũ patrem qui est in celis. Mater synagoga. filia est ecclesia primitiua: que ⁊ eam de qua genus ducit synagogã fidei persecutricẽ sustinuit: et ip̄a eidem synagoge fidei veritate cõtradixit. socrus synagoga: nurus ecclesia de gentibus: q2 sponsus ecclesie christus filius est synagoge s̄m carnem. Synagoga ergo in nurum ⁊ in filiam est diuisa: que credentes de vtroq; populo persequitur: sed ⁊ ille in socrũ ⁊ in matrem sunt diuise: quia volunt carnalem circuncisionem suscipere.

¶ Dicebat autem ad turbas. Cum videritis nubem orientẽ ab occasu statim dicitis nymbus venit et ita fit. et cum austrum flantẽ: dicitis quia estus erit: ⁊ ita fit. Hypocrite faciem celi et terre nostis probare. hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem ⁊ a vobisipsis non iudicatis quod iustum est?

¶ Theophi. Cũ de predicatione disceptasset: ⁊ eã nominasset gladiuz: poterant audientes turbari nesciẽtes quid diceret. et ideo domin⁹ subdit. q̃ sicut aereos dispositiones p quedam signa cognoscant sic deberent eius aduentũ cognoscere. et h̄ est q̃d dicit. Cum videritis nubem orientem ab occasu: statim dicitis. Nymbus venit: et ita fit: et cum austrum flantem dicitis: q2 estus erit: et ita fit. quasi. d. Uerba mea ⁊ opa mea me indicãt cõtrariũ vobis. potestis igitur coniectare: quia nõ veni pacem dare: sed imbrem et turbinem. Ego enim sum nubes et venio ab occasu. i. ab humana natura pridem multa indata peccatorũ caligi-

Cõparatio optima.

ne. Ueni etiam ponere ignem id est estum incitare. Sus enim austervē tus calidus et oppositus boreali frigiditati. Beda. Uel qui ex elementorum immutatione statum aurarū: quia voluerunt facillime prenoscere potuerunt: possent etiam si vellēt tempus aduentus dñi ex dictis intelligere pphetarū. Cyril. Prophete enim multipharie prenunciauerunt christi mysterium. Dicebat ergo si prudentes essent ad futura pspectum intendere: nec ignorare futuras tempestates post vitam presentem valerent. erit enī ventus et pluuia: et supplicium futurū per ignē: et hoc significatur cum dicit. Nymbus venit. decebat etiam salutis tēpus nō ignorare. s. aduentum saluatoris: per quē perfecta pietas intrauit mundū. Et hoc significatur cum dicitur. Dicitis quia estus erit. vnde in eorum reprehensionē subdit. Hypocrite: faciem celi et terre nostis probare. hoc autem tēpus quō non probatis? Basi. Est autem notandum quod necessarie sunt humane vite siderum coniecture: dummodo quis vltra mensurā non perquirat eorum indicia. Est enim nōnulla de pluuijs futuris percipere. plura quod de estibus et impetu ventorum vel particularibus vel vniuersalibus vel violentis vel lenibus. Quanta vero cōmoditas ex eorum coniectura vite prestetur quis nescit? Interest enim naute pronosticari procellarū pericula: viatori mutationem aeris: colono fructuum copiam. Beda. Sed ne aliqui de turba se prophetice lectionis ignaros temporum cursus nos probare non posse causarētur: vigilanter adiungit. Quid autem et a vobis ipsis nō iudicatis quod iustum est? Ostendens eos et si litteras nesciant: naturali tamen ingenio posse dinoscere eum qui opera fecit que nullus alius fecisset: supra hominem et deum esse. Unde post huius seculi iniusticias: iustissimum iudicium esse venturū. Orige. Nisi autem esset nobis natura insitum id quod iustum est iudicare: nūquam saluator hoc diceret.

Cōtēplatio siderialis licita.

¶ Cum autem vadis cum aduersario tuo ad principē in via da operam liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicem: et iudex tradat te exactori. et exactor mittat te in carcerem. Dico tibi nō exies inde donec etiā nouissimū minutum reddas.

¶ Theophi. Postquam ostēdit dominus laudabilē discordiam exhinc docet laudabilem pacem cum dicit. Cum autem vadis cum aduersa. tuo ad prin. in via da ope. libe. ab illo. q. d. cum trahit te aduersarius ad iudicium: da operam id est omnibus modis excogites vt absoluaris ab illo. Uel da operam id est et si nihil habeas: mutuum accipe: vt absoluaris ab illo: ne te coram iudice cōueniat. vnū sequitur. Ne forte trahat te apud iudicē: et iudex tradat te exactori: et exactor mittat te in carcerem. Cyril. In quo angustias pateris donec etiam nouissimū assem exigent. Et hoc est quod subdit. Dico tibi: non exibis inde donec etiā nouissimū minutum reddas. Chryso. Uidetur mihi de presentibus iudicibus dicere: et de itinere ad presens iudiciū: et de carcere huius mūdi. per hec enim que apparent et in promptu sunt irrationabiles homines se corrigere cōsueuerunt. frequēter enī non solum ex futuris bonis vel malis cōmonet: sed etiam ex presentibus ppter grossiores auditores. Ambr. Uel aduersarius noster dyabolus est qui serit illecebras delictorū: vt habeat in supplicio participes: quos habuit in errore consortes. Aduersarius etiam nobis est omnis vitiorum vsus. Denique aduersaria est nobis mala cōscientia: que nos et hic afficit: et in futurum accusabit et prodet. Demus igitur operam vt dum in hoc sumus vite curriculo constituti: tanquam a malo aduersario: ita ab improbo liberemur actu: ne dum imus cum ad-

Aduersarij nobis sunt multi.

uerſario ad magiſtratū in via no-
ſtrum condemnet errorez. Quis au
tez eſt magiſtratus. niſi penes quē
omnis poteſtas eſt: Hic autem ma
giſtratus tradit reum iudici: ei. ſcz
cui viuorum et mortuorum tribuit
poteſtatem ſcilicet ieſu xp̄o: p quem
occulta redarguūtur: et improbi ope-
ris pena mandaī. Ipſe exactori tra
dit et in carcerem mittit. dicit eniz.
Tollite et mittite illum in tenebras
exteriores. et exactores ſuos mon-
ſtrat eſſe angelos: de quibus dicit:
exibūt angeli et ſeparabunt malos
de medio iuſtorum: et mittēt eos in
caminū ignis. Sed ſubditur. Dico
tibi: non exies donec etiam nouiſſi-
mum minutum reddas. Si enim q̄
pecuniam ſoluunt non prius eua-
cuant fenoris nomen q̄ totius ſor-
tis vſq̄ ad minimuz quocunq̄ ſolu
tionis genere: quantitas vniuerſa
ſoluatur. ſic compēſatione charita-
tis actuumq̄ reliquorum vel ſatiſ-
factione quacunq̄ peccati pena diſ
ſoluiī. Orige. Uel aliter. Quattuor
perſonas hic ponit: aduerſarij: prin
cipis: exactoris: et iudicis. apd̄ mat-
theum vero perſona pretermiſſa ē
principis: et pro exactore miniſter in
ſertus. Diſcrepant etiaz q̄ ille qua
drantem: iſte minutū poſuit: vterq̄
autem dixit nouiſſimū. Cunctis au
tem hominibus duos angelos adeſ
ſe legimus. maluz qui aduerſa ex-
hortatur: bonuz qui optima perſua
det. Ille autem aduerſarius noſter
quotienſcunq̄ peccamus exultat:
ſciens quoniam habet poteſtatem
apud principez ſeculi huius: qui ſe
miſerat: exultandi et gloriandi. Cū
articulo autez in greco eum poſuit:
vt ex pluribus vnum monſtraret: q̄r
vnuſquiſq̄ ſub ſue gentis ieſt prin-
cipe. Da ergo operam vt libereris
ab aduerſario tuo: ſiue a principe
ad quem te aduerſarius trahit: ha
bendo ſapientiam iuſticiam: forti-
tudinez et temperantiam. Si autem
dederis operam eſto in eo qui dicit.
Ego ſum via: alioquin trahet te ad
uerſarius ad iudicem. Dicit autē.

Trahet. vt oſtendat nolentes ad
condemnationem compelli. Iudi-
cem autem alium neſcio niſi domi-
num noſtrum ieſum chriſtum qui
tradit exactori. Singuli exactores
proprios habemus: dominātur ex-
actores ſi debuerim⁹ aliquid. ſi om
nibus vniuerſa reddidero: nemo
exactor eſt. et intrepida mente re-
ſpondeo. Nihil tibi debeo. Quod ſi
debitor fuero: mittet me exactor in
carcerem: nec patietur exire niſi de
bitum omnium perſoluero. non eñ
habet exactor poteſtatem: vt mihi
ſaltem quadrantem concedat: qui
donauit debitori quingentos dena
rios: et alij quinquaginta dominus
erat. iſte qui exactor eſt: dominus
non eſt: ſed a domino ad exigenda
debita prepoſitus. Nouiſſimum au
tem minutuz dicit gracile et tenue.
peccata enim noſtra aut pinguia
ſunt aut tenuia. beatus igitur eſt
qui non peccat. Secundo autem ſi
tenue peccatum habeat: inter ipſa
quoq̄ tenuia diuerſitas eſt: alio-
quin non diceret: donec nouiſſimuz
redderet minutum. Si enim paruz
debet: non egredietur niſi ſoluat
minimum quadrantem. qui autem
magno debito fuit obnoxius: infi-
nita. ei ad reddendum ſecula nume
rabuntur. Beda. Uel aliter. Aduer
ſarius noſter in via eſt ſermo dei
contrarius noſtris carnalibus de-
ſiderijs in preſenti vita: a quo libe-
ratur qui preceptis eius ſubditur.
alioquin tradetur iudici: quia ſer
mone domini contempto peccator
reus tenebitur in examine iudicis:
quem iudex exactori tradet id eſt
maligno ſpiritui ad vltionem: qui
mittitur in carcerem id eſt infernū.
vbi quia ſemper ſoluere penas pa
tiendo: ſed nunq̄ perſoluendo: ve-
niam conſequi non poterit: nunq̄
exinde exibit: ſed cum terribiliſſi-
mo ſerpente dyabolo perpetuas pe
nas luet.

Exacto-
res q̄ ge
neris hu
mani.

Capitulum. xiij.


Derant autem quidam ipo in tēpore nunciantes illi de galileis: quorū sanguinez pilatus miscuit cum sacrificiis eorum. Et respōdens dixit illis. Putatis q hi galilei pre omnibus galileis peccatores fuerint: quia talia passi sunt? Non dico vobis: sed nisi penitentiaz habueritis omnes similiter peribitis: sicut illi decem z octo supra quos cecidit turris in syloe: et occidit eos. Putatis quia et ipsi debitores fuerint: preter omnes homines habitantes in hierusalem? Non dico vobis sed si non penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.

Glo. Quia de penis peccantiū fecerat mentionē: opportune nunciat quoddā peccantiū pena: ex cuius exemplo terrorem aliis peccatoribus penam comminatur. vnde dicitur. Aderant quidam ipso in tempore nunciantes illi de galileis: quorum sanguinem miscuit pilatus cum sacrificiis eorum. Cyril. Erant eniz sequaces dogmatis iudee galilei: cuius mētionem lucas in actibus apostolorū fecit: qui dicebat: non oportet quēq vocari dominū. vnde q plures eorū: quia cesarem non fatebātur dominum: a pilato puniti sunt. Dicebāt etiam non oportere alias a statutis victimas in lege moysi offerre deo. vnde prohibebant statutas a populo victimas pro salute imperatoris: et populi romani offerre. pilatus ergo indignatus in galileos iussit inter ipsas victimas quas ritu legis se offerre putabāt occidi: ita q sanguis offerentium oblatis victimis misceretur. Credente autē vulgo iustissime predictos talia passos esse quasi scādala seminātes in populo incitātes principes in odiū subditorum: narrauerūt hec saluatori: volentes percipere quid ei sup hoc videretur. Ipse aūt peccatores hos eē ponit: nō tñ hic asserit talia passos esse: tāq peiores nō patiētibus. vñ sequitur. Et respōdēs dixit illis. putatis q hi galilei pre oibus galileis peccatores fuerūt: quia talia passi sunt: nō dico vobis. Chrysost. Punit enim deus quosdā peccatorū amputans eorū nequitiā: z penam illi statuens leuiorē: z plene semouēs eos ab aliis: et viuentes in malicia corrigens per horū damnationē. Rursus alios hic nō punit vt si sibi caueant penitentes: presentē penā effugient z futurū suppliciū. Si vero perseuerauerint: maius patianē tormētum. Tytus. Manifestat z hic quia quecunq ex iudiciis accidūt in reorum suppliciū: nō solum iudicantiū potestate: sz etiā nutu dei cōtingūt. vnde siue iusta consciētia puniat iudex: siue aliud intendēs condēnet: cōmendādum est negociū diuine cēsure. Cyril. Remouēs ergo populares ab intestinis insidiis occasione religionis concitatis subiungit. Sz nisi penitentiam habueritis: et nisi cessaueritis conspirare contra principes: quod nutu diuino non agitis: omnes simul vel similiter peribitis: et vester sanguis vestris victimis cōiungetur. Chrysosto. In hoc autem ostendit q illos permisit talia pati: vt viuentes alienis periculis territi fierent regni heredes. Quid igitur dices vt melior ego fiaz? ille punitur: non ideo: sed punitur quidem. propter propria crimina: Fit vero ex hoc videntibus salutis materia. Beda. Sed quia penitētiam non habuerunt. xl. dominice passionis anno: venientes Romani: quos designabat pilatus ad eorum gentes pertinens: et incipientes a galilea. vñ dñica pdicatio cęperat radicitus impiā gētem deleuerunt: et nō solū atria tēpli quo sacrificia deferri consueuerant: sed interiora domus hūano sanguie fedarūt.

Galileorum dux iudas.

Conspiratio damnabilis.

Chryso. Iterū autē alij decē z octo obruti fuerant a quadam turre: de quibus eadē subdit dicens. Sicut illi. xviij. sup quos cecidit turris in Siloe z occidit eos: putatis qr z ipsi debitores fuerūt pter oēs hoīes habitātes in hierusalē: nō dico vobis. Non eñ hic oēs punit dñs aliis inducias peniteñdi. nec tamē cunctos future punitiōi reseruat: ne plures puidentiā abnegarēt. Tytus. Una autē turris cōparat toti ciuitati vt pars totū pterreat. vnde subditur. Sed si nō penitētiam egeritis oēs similiter peribitis. q. d. Tota ciuitas paulopost occupabit si pseuerauerint indigene in infidelitate.

Mystice intellectus.

Ambro. Mystice aūt in illis quorū sanguinē pilatus miscuit cū sacrificiis eor figura quedā videt eos tāgens: qui coactu diabolico nō pure offerunt sacrificiū: quorū oratio est in peccatū: sicut de iuda scriptū est qui pditionē sanguinis dñici inter sacrificia posit' cogitabat. Beda. Pilatus eñ qui interpretat os malleatoris: diabolū significat: semp cedere parat. sanguis peccatū: sacrificia bonas actiones exprimunt. pilatus ergo sanguinē galileorū cum sacrificiis eor miscet: qñ diabolus elemosynā z cetera bona fideliū vt carnis delectatione: vel hūane laudis ambitione: vel qualibet alia peste cōmaculat. illi etiā hierosolymite a ruina turris oppressi significāt iudeos qui penitere noluerūt cum menib' suis esse perituros ne frustra. x. z. viij. qui numer' apud grecos ex I et H. hoc est eisdē litteris quibus nomē iesu incipit exprimit. Significat aūt iudeos hic maxime pituros qr nomē saluatoris recipere noluerūt: illa turris significat illū qui est turris fortitudinis que merito est i siloe q interpretat missus. significat eñ eū q missus a patre venit in mundū: qui omnes sup quos ceciderit conteret.

¶ Dicebat autem z hanc similitudinē. Arborē fici habebat quidā plantatā in vinea sua: z venit querens fructū in illa: et nō inuenit. Dixit aūt ad cultorem vinee. Ecce anni tres sunt ex quo venio querens fructū in ficulnea hac. et nō inuenio. Succide ergo illam. Ut quid etiam terram occupat? At ille respondēs dixit illi. Domine dimitte illā z hoc anno vsq dū fodiam circa illam et mittam stercora. Et si quidem fecerit fructum: sin autem in futurū succides eā.

¶ Tytus. Iactabant se iudei ex eo qr. x. et. vij. perierant. ipsi vero oēs remāserunt illesi. vnde pponit eis fici parabolā. Dicit enim. Dicebat aūt hanc similitudinē: arborem fici habebat quidā plantatā in vinea sua. Ambr. Uinea dñi sabaoth erat quā dedit in rapinā gentiū. Apta aūt synagoge arboris istius cōparatio est: qr sicut ista arbor redūdat foliis fluentib': spem possessoribus suis cassā separatorū pventuū expectatione destituit: ita etiā in synagoga dū doctores eius operibus infecundi: verbis tñ velut foliis redundantibus gloriant: inanis vmbra legis exuberat. Hec etiam sola arbor ab initio germinat poma p floribus z poma decidunt. vt poma succedant: manēt tñ aliq priorū grata nec decidunt. Etenim pmū synagoge ppls velut inutilis decidit fructus: vt de pinguedine religiōis antique nou' ecclesie ppls emergeret: primi tñ ex israel grossi maturescētis exēplo pulcherrimorū gra fructuū ceteris pstiterūt: qb' dicit. Sedebitis sup. xij. thronos. Nonnulli tñ ficum istā nō synagoge sz malitie z improbitatis figurā putāt. Hi tñ in nullo distant: nisi qr p spē genus eligunt.

Allegorica expositio.

Beda. Ipse aūt dñs synagogā per moysen instituit. in carne natus apparuit: z crebrius in synagoga docens fructū fidei quesiuit: sz in phariseorū mente nō inuenit: vñ sequit. Et venit fructū querēs in illa: z nō inuenit. Ambro. Querebat autem

domin⁹:nõ q2 fructũ ficulnee deesse nesciret. sed vt ostenderet in figura q2 fructũ synagoga iã habere debe ret. Denicq ex sequẽtibus docet nõ se ante tẽpus venisse:qui per trien nium venit. Sic enim habes. Dixit aũt ad cultorẽ vinee. Ecce ãni tres sunt ex quo venio querẽs fructũ in ficul nea hac: et non inuenio. Uenit ad abraam:venit ad moysen:venit ad mariã:hoc est venit in signaculo:ve nit in lege:venit in corpore. aduẽtũ eius ex beneficijs recognoscimus. Alibi purificatio:alibi sanctificatio alibi iustificatio est. Circuncisio pu rificauit:lex sanctificauit:gratia iu stificauit. ergo popul⁹ iudeorũ neq purificari potuit: quia circũcisionẽ corporis nõ animi habuit: neq san ctificari: quia virtutẽ legis igno rans carnalia magis q̃ spiritualia sequebatur. neq iustificari: q2 deli ctorũ suorum penitentiã nõ gerens: gratiã nesciebat. Merito ergo null⁹ fructus in synagoga inuentus est. e ideo iubetur excidi. Sequitur enim Succi. ergo illam:vt quid etiam ter ram occupat? Bonus autẽ cultor:⁊ fossarius ille in quo ecclesie funda mẽtum est presagiens alterum ad gentes:se aũt ad eos qui ex circũci siõe sũt eẽ mittẽdũ religiose ne exci da interuenit:fret⁹ vocatiõe sua: et populum iudeorũ per ecclesiã posse saluari. vnde sequitur. At ille respon dens dixit illi. Domine dimitte illã ⁊ hoc ãno. Cito duriciã superbiãq iudeorum causas eẽ sterilitatis agno uit. Itaq venit excolere:qui nouit vitia reprehendere. vnde subdit. Usq dum fodiam circa illã. Pollice tur dura corda eorũ apostolicis ligonibus esse fodienda: ne radicẽ sapientie: terrarũ aceruus obruat et abscondat. Subdit autẽ et mittã stercora id est humilitatis affectũ per quẽ in euangelium christi ⁊ iudeus fore existimatur fructuosus. vnde subdit. Et siquidẽ fecerit fructum. bene scilicet erit. Si autẽ in futurũ succides illam. Beda. Qð quidem per romanos factum est: a quibus gẽs iudea succisa:⁊ a terra promissio nis expulsa est. Augusti. de verb. domini. Uel aliter. Totum arbor fi culnea genus humanũ est. primus enim homo: qui peccauit folijs ficul nee pudenda velauit:hoc est mem bra vnde nati sumus. Theo. Sed et quisq nostrum ficus est in vinea dei. hoc est in ecclesia vel in hoc mũ do plantata. Grego. in homi. Tertio autẽ dominus ad ficulneã venit: q2 naturã generis humani ante legem sub lege: sub gratia ⁊ expectando: admonendo: visitando requisiuit. Sed tamẽ in tribus annis fructum se nõ inuenisse conqueritur. q2 quo rumdã prauorũ mẽtes nec inspira ta lex naturalis corrigit: nec prece pta erudiũt nec incarnationis eius miracula conuertunt. Theophi. Tertio autẽ natura nostra fructum petita nõ tribuit: semel quidẽ cũ in paradiso preuaricati sumus prece ptũ. secundo cũ in lege vitulum con flauerũt. tertio cũ saluatorẽ rẽnuer runt. Sed in trienniũ intelligendũ est pro trib⁹ etatibus: puerili: virili: et senili. Grego. in home. Sed cum magno timore audiẽdũ est qð dicit. Succi. ergo il. vt quid etiã terrã oc cupat. Unusquisq enim iuxta modũ suũ inquãtũ locũ vite presentis tenet si fructũ bone operationis nõ exhi bet: velut infructuosa arbor terrã oc cupat: q2 in eo loco in quo ipse est:⁊ alijs operandi occasionẽ negat. Basi. Propriũ enim est diuine propitiationis nõ silenter penas infligere:sed pre mittere minas reuocando ad peni tentiã: sicut niniuitis fecit ⁊ nũc cul tori dicit. Succide eã: prouocans quidẽ ipsum ad curã eius:suscitans vero sterilẽ alam ad producẽdos debitos fructus. Grego. nazan. Igitur nec nos feriamus subito:sed preualeamus mia: ne secemus ficũ potẽtẽ adhuc fructũ facere: quã forsitam curabit periti custodis studium. vnde ex hic subdit. Et ille respõdens dixit illi: dimitte illã hoc anno vsq dũ fodiam circa illã. Greg. in home. Per culto rẽ vinee prepositorum ordo exprimitur;

Aduen tus dñi multi plex.

Ficul nea ge nus hu manum

Deus pater paterfamilias.

qui hi sunt ecclesie dñice vinee curam gerunt. Theophi. Vel paterfamilias deus pater est: cultor vero xp̄s: q̄ ficū amputari vt sterilē nō pmittit: quasi ad prēm diceret. Si p legem et pphetas fructum penitentie nō dederunt: meis eos irrigabo passionibus et doctrinis: et forsitā dabūt obedientie fructū. Augu. de ver. do. Vel colonus qui intercedit est ois sanctus qui intra ecclesiā orat p eis qui sūt extra ecclesiā dicens. Dñe: dimitte illā hoc anno. i. tēpore isto sub gr̄a vsq3 dū fodiā circa illā. Circūfodere est humilitatē et patientiā docere. Fossa em̄ est humilis terra: stercus nūt in bono intellige: sordes sunt sed fructū dāt: sordes cultoris dolor est pctōris. Qui aūt agūt penitentiā: in sordibus agant et veraciter agant. Grego. in hom. Vel peccata carnis stercora vocant: ex stercore igit ad fructū reuiuiscit arbor: qr de cōsideratiōe peccati ad bona se opera suscitat animus. Sed sunt plerisq3 q̄ increpationes audiunt. et tñ ad penitentiā redire cōtēnunt. pp̄ter qđ subditur. Et siquidē fecerit fructū. Augu. de ver. do. Bñ. s. erit. Sin aūt in futurum succides eā. qñ. s. in iudicio venies iudicare viuos et mortuos: interim mō parcit. Grego. in hom. Qui aūt nūc nō vult ad fecūditatē pinguescere: p increpationem illic cadit. vñ iam resurgere per penitentiam nō valet.

¶ Erat aūt docēs in synagoga eorū sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritū infirmitatis annis decem et octo: et erat inclinata: nec oīo poterat sursum respicere. Quā cū videret iesus vocauit eā ad se: et ait illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus et cōfestim erecta est: et glorificabat deū. Respōdēs autē archisynagogus indignans quia sabbatis curasset iesus. dicebat turbe. Sex dies sunt in quibus opz operari. In his ergo venite et curamini: et nō in die sabbati. Respondit autem ad illum dñs et dixit. Hypocrite vnusquisq3 vestrū sabbato nō soluit bouē suū aut asinū a presepio et ducit adaquare? Hanc aūt filiā abrae quam alligauit sathanas: ecce decē et octo annis: nō oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cū hec diceret erubescebant oēs aduersarij eius: et ois populus gaudebat in vniuersis q̄ gloriose fiebant ab eo.

¶ Ambro. Cito qđ de synagoga dixerat indicauit: ad ipsam vtiq3 arborē venisse se monstrat: qu[illegible] eādē pdicabat. vnde dicit. Erat aūtē docens in synagoga eorū sabb[illegible]. Cyril. Docet q̄dē nō seorsum [illegible] in synagogis secure in nullo dubitās: nec aliq̄d cōtra legē moysi statuēs. sabbato aūt qr tūc iudei legi vacabāt. Chr. Ad expugnationē āt corruptiōis et mortis et inuidie diaboli ctra nos: pdūt incarnatiōe xp̄i bi. r. h appat. [illegible] ripsis euentibus. Sequitur em̄. Et ecce mulier q̄ habebat spiritū infirmitatis annis. x. et. viij. Dicit aūt spiritū infirmitatis quia mulier hec patiebat atrocitate diaboli: derelicta a deo pp̄ter ppria crimina vel pp̄ter transgressionē ade ob quā hūana corpora infirmitatē et mortē incurrerunt. Dat autē sup hoc deus diabolo ptātem: vt hoies mole aduersitatis depressi: velit ad meliora transire. Genus aūt infirmitatis ondit dicēs. Et erat inclinata: nec oīno poterat sursum respicere. Basi. Brutorū siquidē caput humi deflexum est: terrā cernit. Caput hois erectū est in celum oculi supna cōspiciunt: cōuenit em̄ querere superna. transcendere terrena intuitu. Cyril. Ondens aūt dñs [illegible] ductū suū in hunc mundū dissolutiuū esse hūanarū passionū: mulierē sanauit vnde sequit. Quā cū vidisset iesus

Processus [illegible] cu[illegible] [illegible]

vocauit ad se et ait illi. Mulier di-
missa es ab infirmitate tua. Uox
aptissima deo plena maiestate sup-
na. Fugat eni morbus imperatorio
nutu: qui etiã manus illi imponit.
Sequit eñ. Imposuit illi manus 7
cõfestiuerecta est: 7 glorificabat deũ.
In quo opoztet ppendere sacrã car
nẽ induisse virtutẽ diuinã. Erat eñ
ipsius dei caro: nõ aũt alicuius al-
terius: q̃si separatim exñte filio ho
minis a filio dei. sicut falso aliqui-
bus visum est. Sed ingrate synago
ge psul: postq̃ vidit feminam humi
repentẽ solo tactu erectã: et diuina
referente magnalia ardẽs dñi glo-
ria irretit inuidia: arguitq̃ miraculũ
lũ in videret sollicitari p sabbato.
vñ sequit. Respondẽs aũt archisy-
nagogus indignans q: sabbato cu
rasset hominẽ iesus dicebat turbe.
Sex dies sunt in quibus opz opari
in his venite 7 curamini 7 nõ in die
sabbati. Hoztat ceteris diebus disp
sos et ppius vacantes opibus nõ
sabbato videre et mirari prodigia
diuina forte credant. Sed dic: lex p-
hibuit ab ope manuali die sabbati
abstinere: nũquid ab eo q̃ verbo 7
oze fit? Cesses ergo comedere 7 po-
tare ac loq̃ psallere in sabbato. Et
si nec legez legis: cur tibi sabbatũ?
Ceterũ si manuale opus lex exhi-
buit qñ manuale opus est feminã
verbo erigere? Ambro. Deniq̃ et
deus ab operibus mundi quieuit:
nõ ab operib⁹ quibus sempiterna 7
ingis operatio est: sicut filius ait.
Pater me⁹ vsq̃ modo operat: 7 ego
operoz vt ad similitudinẽ dei secu-
laria nr̃a opa nõ religiosa cessarẽt
vñ dñs specialiter ei respondit. Se
quit eñ. Respondit autẽ ad illum
dominus et dixit. Hypocrita vnus-
quisq̃ vestrũ in sabbato nõ soluit
bouẽ suũ aut asinũ a psepio: 7 ducit
adaquare? Beda. Hypocrita est q̃
in theatro assumit alienã psonam.
sic et in vita phti quidã alia gerũt
in corde et alia supficialiter osten-
dunt hominibus. Chry. Bene igit
dicit hypocritam principẽ synago-

Exposi-
tio pul-
chra.

ge: q: faciem habebat legis culto-
ris. Mens vero eius erat versuti et
inuidi; non enim turbatur propter
sabbatum quia violatur: sed pp̃ter
xp̃m quia glorificatur. Tu tamen
attẽde q̃ vbi quidẽ op⁹ fieri iussit si
cut cũ palytico iussit grabatũ tolle-
re: trãstulit smonẽ ad manus: quin
cens eos p dignitatez pr̃is cũ dicit.
Pater me⁹ vsq̃ mõ opat 7 ego ope-
roz. hic autẽ vbi totũ faciẽs verbo:
nihil aliud adijcit. ex his q̃ ipsi fa-
ciebãt: calũniã soluit. Cyril. Arguit
aũt archisynagogus vt hypocrita
dũ bruta quidẽ adaquat i sabbato.
mulierẽ xo nõ magis genere q̃ fi-
de filiã abrahe nõ dignã putat sol-
ui ab egritudinis vinculo. vñ sub-
dit. Hãc autẽ filiã abrahe quã alli-
gauit sathanas: ecce. x. et. viij. annis
nõ opoztuit solui a vinculo isto die
sabbati? Mallebat siquidẽ mulierẽ
tanq̃ quadrupedia cernere terram
q̃ hominum staturã recipere: dũ-
modo xp̃s nõ magnificaret. Nõ au
tem erat eis q̃d respõderẽt: sed ipsi
sibiipsis erãt irrefragabilis repre-
hẽsio. vñ sequitur. Et cum hec dice
ret erubescebãt omnes aduersarij
eius. sed populus quasi commoda
ex miraculis cõsequẽs letabitur de
signis. vñ sequitur. Et omnis ppl's
gaudebat i vniuersis que gloriose
fiebãt ab eo. Nam claritas operuz
omnem questionem soluebat apud
eos qui nõ querebãt mẽtibus per-
uersis. Gregorius in home. My-
stice autẽ hoc signi ficat ficulnea in-
fructuosa: quod mulier inclinata.
humana enim natura ad peccatuz
ex voluntate corruens: quia fructũ
obedientie ferre noluit: statum re-
ctitudinis amisit. et hoc significat
ficulnea reseruata: quod mulier
erecta. Ambrosius. Uel ficus sy-
nagogam figurat. Deniq̃ in mulie
re infirma quasi ecclesie figura
succedit: que cum mensuram le-
gis 7 resurrectiõis ipleuerit: in illa
dete ppetua i sublime erecta fasti-
giũ iclinationẽ nr̃e ifirmitatis senti
re nõ potuit. nec alr curari potuisset

Filia
abrahe
que.

Allego-
rica ex
positio.

hec mulier: nisi quia legem imple-
uit et gratiam. nā in decem verbis
legis perfectio est: in octauo nume
ro resurrectionis plenitudo. Greg.
in om. Uel aliter. Sexto die homo
factus est atq; eodē sexto die opera
cuncta domini perfecta sunt. Sena
rius autem numerus in trigonum
ductus. x. z. viij. facit. qz ergo homo
¶ Ibant autē turbe multe cū
eo et conuersus dixit ad illos.
Siquis venit ad me: et nō odit
patrem suum: ꝛ matrem ꝛ vxo
rem: et filios ꝛ fratres ꝛ sorores
adhuc autem ꝛ animam suam
non potest meꝰ esse discipulus.
Et qui nō baiulat crucē suam
et venit post me: non pōt meus
esse discipulus.

¶ Grego. in home. Ad audita cele=
stia premia inardescit aius: iamq͏
illic cupit assistere: vbi se sperat si=
ne fine gaudere: sed ad magna pre=
mia pueniri nō potest nisi per ma=
gnos labores. vnde dicitur. Ibant
aūt tur. mul. cū eo. ꝛ cōuer. dixit ad
illos. Siquis ve. ad me: et non odit
pa. suū et ma. ꝛ vxo. ꝛ fi. ꝛ fra. ꝛ soro.
adhuc aūt ꝛ ani. su. nō po. eē meus
discipulus. Theo. Qꝛ eñ multi co=
mitantiū ipsum nō ex toto affectu:
sed tepide sequebant̄: ostendit qua
lē deceat esse suū discipulū. Grego.
in hom̄. Sed percunctari libet qūo
parentes ꝛ carnaliter ꝓpinquos p̄=
cipimur odisse: qui iubemur et ini=
micos diligere. Sed si vim precepti
perpendimus: vtrumq͏ agere per
discretionem valemus: vt eos qui
nobis carnis cognatione coniuncti
sunt: et quos proximos nouimus di
ligamus: ꝛ quos aduersarios i via
dei patimur: odiendo et fugiendo
nesciamus. Quasi eñ per odium di
ligitur qui carnaliter sapiens: dum
praua nobis ingerit: non auditur.
Ambro. Etenī si propter te dūs sue
renunciat matri dicēs. Que est ma
ter mea: et qui fratres mei? cur tu
dūo tuo cupias anteferri? Sed neq͏

ignorare naturā neq͏ seuire dūs iu
bet. sed ita indulgere nature: vt ve=
nereris auctorē: nec a deo parentū
amore desistas. Grego. in home. Ut
aūt dūs demonstraret hoc erga ꝓ=
ximos odiū nō de affectiōe ꝓcedere
sed de charitate: addidit dicēs: ad=
huc aūt ꝛ animā suā. Constat ergo
qꝛ amando debet odisse proximū qui
sic eū odit sicut seipsum. tūc eñ be=
ne aiam nostram odimus: cū eius
carnalibus desiderijs nō aquiesci=
mus: cū eius appetitū frangimus:
eius volūtatibus reluctamur. Que
ergo cōtēpta ad melius ducit̄: qua=
si per odiū amatur. Cyril. Non est
aūt fugiēda vita: qua in corpore vi
uitur. sed seruanda sicut ꝛ paulus
seruauit: vt xp̄m adhuc viuēs in cor
pore predicaret. Sed vbi oportebat
vitā cōtēnere vt cursum cōsumma=
ret: nec aiam p̄ciosaꝫ sibi esse fatet̄.
Grego. in hom̄. Hoc aūt aie odium
qualiter exhiberi debeat manifestat
subdens. Qui nō baiulat crucē suā
et venit post me: non pōt meus esse
discipulus. Chry. Nō aūt hoc dicit
vt trabē sup humeros apponamꝰ:
sed vt semp mortē pre oculis nostris
habeamus: sicut et paulus morie=
bat̄ quotidie: et mortē contēnebat.
Basi. Crucē etiā tollens mortem do
mini annunciabat dicēs. Mihi mū
dus crucifixus est: ꝛ ego mundo. qđ
etiā nos in ipso baptismate antici= Crucis
pamus: vbi vetus hō noster crucifi baiula=
xus est: vt destruat̄ corpus peccati. tio.
Grego. in hom̄. Uel qꝛ crux a crucia
tu dicit̄ duobus modis crucē dñi ba
iulamus: cū aut p abstinētiā carnē
affligimus: aut p cōpassionē ꝓximi
necessitatē illius nostrā putamus.
Sed qꝛ nōnulli carnis abstinentiā
nō pro deo: sed pro inani gloria exhi
bēt: ꝛ cōpassionē nō spiritaliter: sed
carnaliter impendunt: recte addit̄:
ꝛ venit post me. Baiulare enim cru
cē et post dñm ire est vel carnis ab=
stinentiam: vel cōpassionem proxi=
morum pro studio eterne intentio=
nis exhiberi.

¶ Quis enim ex vobis volens

turrim edificare: nõne prius se dens cõputat sumptus qui necessarii sũt si habeat ad pficiẽdũ: ne posteaq̃ posuerit fundamentũ: et non potuerit pficere: oẽs qui vident incipiãt illudere ei dicentes. Quia hic homo cepit edificare et nõ potuit cõsummare? Aut quis rex iturus cõmittere bellum aduersus aliũ regẽ: nõne sedens prius cogitat si possit cũ decẽ milibus occurrere ei qui cũ viginti milibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente: legationem mittens rogat ea q̃ pacis sunt. Sic ergo oĩs ex vobis qui non renunciat oĩbus que possidet: non põt meus esse discipulus.

¶ Grego. in ho. Quia sublimia pcepta data sunt. ptinus pparatio edificãde sublimitatis adiũgit cũ dr. Quis eñi ex vobis vo. tur. edifi. nõne pri⁹ sedẽs cõ. sum. q̃ necef. sunt si habe. ad pficiẽdũ? Oẽ eñi qd agim⁹ puenire p studiũ psideratiõis debemus. Si igit hũilitatis turrim cõstruere cupimus: pri⁹ nos pparare ad aduersa huius seculi debemus. Basi. Uel turris est alta speculatio ad custodiã ciuitatis et pceptionẽ hostiliũ occursuũ apta: ad hui⁹ instar nobis dat⁹ est intellect⁹ pseruatiu⁹ bonoꝝ: dmeditatiu⁹ diuoꝝ. ad huius edificationẽ pcipit dñs sedẽtes ponere calculũ: si suppetat facultas ad finẽ. Grego. nisen⁹. Insistẽdũ est eñi vt cuiuslibet ardui ppositi termin⁹ attigat varijs augmẽtis mãdatorũ dei psummãdo op⁹ diuinũ: nã neq̃ lapis vn⁹ est tota turris fabrica. neq̃ vnicũ mãdatũ ducit ad sũe pfectionẽ. Sed fundamẽtũ opz substistere: et sm aplm̃ isup apparatus est auri et argẽti et pciosoꝝ lapidũ apponendus. vñ subdit. Ne posteaq̃ posuerit fundamentũ et nõ potuerit pficere: oẽs qui viderint incipiãt illudere ei dicentes: q: hic hõ cepit edificare: et nõ potuit consummare. Theo. Nos eñ debem⁹ ponere fundamentũ. i. sequi xpi initiũ: et finẽ nõ imponere sicut illi de quib⁹ ioannes dicit q: multi ex discipulis eius abierũt retrorsum. Uel fundamẽtũ intellige doctrinalẽ sermonẽ. puta de abstinẽtia. Opus est igit predicto fundamento operationis edificium: vt perficiat nobis turris fortitudinis a facie inimici. Alioquin deridetur homo a videntibus eum tã hominibus q̃ demonib⁹. Grego. in home. In bonis enim operationibus intenti nisi contra malignos spiritus sollicite vigilemus: ipsos irrisores patimur: quos ad malum persuasores habemus. Sed ex minori ad maius similitudo subditur vt ex rebus minimis maiora pensentur. Nam sequitur. Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem: nonne prius sedens cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei: qui cum viginti milibus venit ad se? Cyrillus. Incumbit enim nobis prelium contra spiritalia nequitie in celestibus. Urget autem nos et aliorum hostium multitudo carnale flagitium lex seuiens in membris nostris: et varie passiones hoc est dira hostium multitudo. Augustinus. de questionibus euange. Uel decem milia preliaturi cum rege qui habet viginti milia significant simplicitatem christiani hominis dimicaturi cum duplicitate diaboli. Theophilus. Est autem rex peccatum regnans in nostro mortali corpore: sed et noster intellectus creatus est rex: ergo si repugnare velit peccato: toto aĩo cogitet secũ. Nã demones sunt peccati satellites q̃ vident vigiti miliũ numero precellere decem milia nostrũ: quia cum incorporei sint nobis comparati corporeis multo maiorem fortitudinem habere censentur. Augustinus de questionibus euange. Sicut autem de turri non perfecta per opprobrium deterruit

Intellectus cõparat turri.

Prelia spiritalia que sint.

dicentium: quia hic homo cepit edificare: et non potuit consummare sic in rege cum quo dimicandum est ipsam pacem accusauit cum subdit. Alioquin adhuc illo longe agente legationem mittens rogat ea que pacis sunt. Significans et minas imminentium tentationum a diabolo non sustinere eos qui renunciant omnibus que possident: et pacem cum eo facere consentiendo illi ad committendum peccata. Grego. vel aliter. In illo tremendo examine cum rege nostro ex equo ad iudicium non venimus decem milia quippe ad viginti milia: simplum ad duplum sunt. Cum duplo ergo exercitu contra simplum venit quia nos vix in solo opere preparatos sibi de opere et cogitatione discutit. Dum ergo adhuc longe est: quia adhuc presens per iudicium non videtur mittamus ad eum legationem lachrymas nostras: misericordie opera: hostias placationis: hec est nostra legatio: que regem venientem placat. Augu. Ad leuitic. Quo autem pertineant iste similitudines ipsa occasione satis aperuit dicens. Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Itaque sumptus ad turrim edificandam: et valentia decem milium aduersus regem qui viginti milia habet nihil aliud est quam vt renunciet vnusquisque omnibus que sunt eius. Prelocutio autem superior cum extrema locutione concordat: in eo enim quod adhuc renunciat omnibus que sunt eius etiam illud continetur: vt oderit patrem suum aut matrem et vxorem et filios et fratres et sorores: adhuc et animam suam. Omnia enim hec propria alicuius sunt que plerumque implicant et impediunt ad obtinenda non ista propria temporaliter transitura sed in eternum mansura communia. Basi. Est autem intentio domini per exempla predicta: non vtique prebere potestatem eius discipulum fieri vel non fieri sicut licet: vel non inchoare fundamentum vel tractare pacem sed ostendere impossibilitatem diuini bene placiti obseruandi inter distrahentia animam inter que periclitatur facta venalis ab astutiis demonis. Beda. Distat autem inter renunciare omnibus: et relinquere omnia. paucorum enim perfectorum est relinquere omnia hoc est curas mundi post ponere: cunctorum autem fidelium est renunciare omnibus. hoc est sic tenere que mundi sunt: vt tamen per ea non teneantur in mundo.

Tropologica expositio.

¶ Bonum est sal. Si autem sal euanuerit: in quo condietur? Neque in terram: neque in sterquilinium vtile est: sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi audiat.

¶ Beda. Dixerat superius turrim virtutum non solum consumandam: sed etiam inchoandam: ad quod pertinet quod dicitur. Bonum est sal. Bonum est sale sapientie spiritalis cordis archana condire: imo cum apostolis sal terre fieri. Euse. Sal enim secundum substantiam quidem ex aqua constat et spiritu modicum quid terrestreitatis participans. desiccat autem fluidam naturam corruptorum corporum: vt mortua corpa conseruet. Merito igitur discipulos suos comparat sali: eo quod ipsi regenerati sunt per aquam et spiritum. Cumque toti spiritaliter viuerent et non secundum carnem admodum salis corruptam vitam hominum in terra degentium conuertebant: et virtuosa vita suos sequaces oblectando condiebant. Theophi. Non solum autem eos qui donati sunt magistrali gratia: sed etiam idiotas exposcit ad modum salis fieri vtiles proximis. Si vero qui futurus est vtilis aliis fiat reprobus: innuari non poterit. vnde sequitur. Si autem sal euanuerit: in quo condietur. Beda. q. d. Si quis semel condimento veritatis illuminatus ad apostasiam redierit quo alio doctore corrigetur? qui scilicet eam quam ipse gustauit sapientie dulcedinem vel aduersis seculi perterritus: vel illecebris illectus abiecit. vnde sequitur. Neque in

Salis mystic⁹ itellect⁹

terram: neq in sterquilinium vtile est: sed foras mittetur. Sal enim cũ ad condiendos cibos carnesq siccã das valere desierit: nulli iam vsui aptum erit. Neq enim in terrã vtile est: cuius iniectu germinare prohibetur neq in sterquilinium agriculture profuturum: sic q̃ post agnitionem veritatis retrocedit neq ipse fructum boni operis ferre: nec alios excolere valet sed foras mittendus est hoc est ab ecclesie vnitate secernendus. Theo. Uerũ quia sermo parabolicus et obscur⁹ erat: excitãs domin⁹ auditores ne aliter cũcq acciperent quod dictum est de sale subdit. Qui habet aures audiendi audiat. Hoc est si cui sapientia inest intelligat. Aures enĩ hic cognoscitiuã vim anime et aptitudinem intelligendi accipere debemus. Beda. Audiat etiã nõ cõtẽnẽdo: sed obediendo et faciendo que dicit. Cap. xv.

Erant autem appropinquãtes ei publicani et peccatores: vt audirent illum: et murmurabant pharisei et scribe dicẽtes Quia hic peccatores recipit et mãducat cũ illis. Et ait ad illos parabolã istam dicens. Quis ex vobis homo qui habet centum oues: et si perdiderit vnã ex illis nonne dimittit nonagintanouẽ in deserto: et vadit ad illã: que perierat donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam: imponit in humeros suos gaudens et veniens domũ conuocat amicos et vicinos dicẽs illis. Congratulamini mihi: quia inueni ouem meam que perierat. Dico vobis q ita gaudium erit in celo super vno peccatore penitentiam agente: q̃ supra nonaginta nouẽ iustis qui non indigẽt penitentia.

Ambro. Didiceras in superioribus secularibus occupationib⁹ nõ teneri: caduca non preferre perpetuis. Sed quia fragilitas humana firmũ neq̃t in tanto seculi lubrico tenere vestigium: etiam aduersus errorem remedia tibi bonus medic⁹ demõstrauit: spem venie iudex misericors non negauit. vnde subdit. Erant autẽ appro. ei publi. et pec ca. vt audi. eũ. Glo. i. q̃ publica exigunt vectigalia vel conducunt: et q̃ lucra seculi per negocia sectantur. Theophi. Hoc enim exequebatur cuius causa carnẽ susceperat: admittens peccatores: sicut medicus egrotantes. Sed pharisei vere criminosi huic pietati murmurare cõpensabant. vnde sequitur. Et murmurabant pharisei et scri. di. q: hic pec. re. et man. cũ illis. Grego. in homel. Ex qua re colligitur: q: vera iustitia compassionem habet: falsa dedignationẽ: quãuis et iusti soleãt recte peccatoribus indignari. sed aliud est qd̃ agitur typo superbie: aliud quod zelo discipline: quia iusti et si foris increpationes per disciplinam exaggerant: intus tamẽ dulcedinẽ per charitatẽ seruant. Preponũt sibi in animo ipsos plerũq quos corrigunt quod agẽtes per disciplinã subditos et per humilitatẽ custodiunt semetipsos. At cõtra hi qui de falsa iustitia superbire solẽt ceteros quosq despiciunt: nulla infirmantibus misericordia cõdescẽdũt. Et q̃ se pctõres eẽ nõ credũt eo deteri⁹ pctõres fiũt de q̃z nũero pharisei erãt: q̃ dijudicãtes dñz q pctõres susciperet: arẽti corde ipsum fontẽ misericordie reprehendebãt. Sed q: egri erãt ita vt egros se esse nescirẽt: q̃ten⁹ qd̃ erãt agnoscerẽt: celestis medic⁹ blãdis eos fomẽtis curat. Seq̃t el. Et ait ad illos parabolã istã dicẽs. Quis ex vob hõ simitudinẽ dedit: quã i se hõ recogno-

Iustitie vere cõditio.

sceret: et tamē ad auctorē holuꝫ ꝑtineret qꝛ enī centenarius perfectus est numerꝰ: ipse centum oues habuit cū sanctoruꝫ āgeloruꝫ et hominum naturā possedit. vnde subdit. Qui hꝫ cētū oues. Cyril. Hinc ꝑcipe latitudinem regni saluatoris nostri. Dicit enim oues eē cētū referens numerū subiectaruꝫ sibi rationaliuꝫ naturarū ad integrā multitudinem. Est enī centenarius numerus perfectus ex decem decadibus constitutꝰ. Sed ex his vna oberrauit. s. genus humanum quod terram colit. Ambro. Diues pastor cuius nos omnes centesima portio sumus. vnde sequitur. Et si perdiderit vnam ex illis. Gregoriꝰ. Una ouis tunc perit quando peccando homo pascua vite reliquit. In deserto autem nonagintanouem remanserant: qꝛ rationalis creature numerus angelorum videlicet et

Allegorica expositio.

hominum: qui ad videndū deū: conditus fuerat: pereūte homine erat iminutꝰ. vnde seqtur. Nōne dimittit nonagintanouem in deserto. qꝛ scꝫ angelorum choros reliquit in celo. Tunc autem homo celum deseruit: cuꝫ peccauit. Et vt perfecta sūma ouiū integraretur in celo: homo perditus querebatur in terra. vnde sequitur. Et vadit ad illam q̄ perierat donec inueniat illā. Cyril. Nunquid autē seuitēs in reliquas motus est pietate vnius: nequaꝗ. Sunt enim ille in tuto circūsepiēte illas potentissima dextera: sed magis oportebat misereri pereuntis ne imperfecta vderet residua multitudo. Una enī reducta sortitur centenarius propriam speciem. Aug. de que. euan. Uel illas nonaginta nouem dixit quas reliquit in deserto superbos significans tanꝗ sollicitudinem gerentes in animo dum solos se videri volunt quibus ad ꝑfectionē vnitas deest. cuꝫ enim q̄sꝗ a vera vnitate diuellitur: superbe diuellitur: sue quippe potestatꝭ eē cupiens non sequitur vnum: quod est deus: vni autem deputat oēs ꝑ penitentiam reconciliatos que humilitate obtinetur. Grego. nisenus. Cum autem pastor inuenisset ouē. non puniuit. Non duxit ad gregeꝫ vrgendo: sed supponens humero ꝛ portās clemēter annumerauit gregi. vnde sequitur. Et cum inuenerit ouem imponit in humeros suos gaudens. Grego. in home. Ouē humeris suis imposuit: quia humanam naturam suscipiens peccata nostra ipse portauit. Inuenta autē oue ad domum redit. quia pastor noster reparato homine ad regnū celeste redyt. vnde sequitur. Et veniens domum conuocat amicos et vicinos dicens illis. Cōgratulamini mihi quia inueni ouēꝫ meā que perierat. amicos et vicinos vocat angelorum choros: quia amici eiꝰ sunt: quia voluntatem eius continue in sua stabilitate custodiunt. Uicini quoꝗ eius sunt: quia claritatem visionis illius sua assiduitate perfruūtur. Theophi. Superne igitur virtutes oues dicūtur in eo ꝙ ois natura creata aspectu dei bestialis est. In eo vero ꝙ rationalis est: amici et vicini dicuntur. Greg. in ho. Et notandū ꝙ non dicit. Congratulamini inuente oui: sed Mihi quia videlicet eius est gaudium vita nostra: et cum nos ad celum reducimur solennitatem letitie illius implemus. Ambro. Angeli autem quoniaꝫ sunt rationabiles: nō immerito hominum redemptione letantur. vnde sequitur. Dico vobis ꝙ ita gaudium erit in celo super vno peccatore penitentiaꝫ agente ꝙ̄ supra nonagintanouem iustis qui nō indigent penitentia. Hoc proficiat ad incentiua probitatis: si vnusꝗsꝗ conuersionem suam gratam fore credat cetibus angelorum: aut quorum affectare patrocinium aut vereri debet offensaꝫ. Greg. in home. Plus autem de conuersis peccatoribus ꝙ̄ de stantibus iustis in celo gaudium esse fatetur: quia plerūꝗ hi qui nullis se oppressos peccatorum molibus sciūt: stant quidem in via

Anagogica expositio.

iustitie sed tamen ad celestem patriã anxie non anhelant: et plerũq; pigri remanent ad exercenda bona precipua: q2 securi sibi sūt q nulla cōmiserint mala graviora. At cōtra nonnũq; hi qui se aliqua illicita egisse meminerunt. ex ipso suo dolore compuncti ad amorē dei inardescunt. Et quia errasse se a deo cōsiderant: dāna precedentia lucris sequentibus recompensant. Maius ergo gaudiũ fit in celo: quia et dux in prelio plus eum militem diligit qui post fugã reversus hostem fortiter premit: q eum qui nunq; terga prebuit et nunq; aliquid fortiter fecit. Sic agricola illã ãplius terram amat: que post spinas uberes fruges profert: q eam que nunq; spinas habuit: et nunq; fertilē messem producit. Sed inter hec sciēdũ est quia sunt plerīq; iusti in quorũ vita tantum est gaudiũ: vt eis qlibet peccatorum penitentia preponi nullatenus possit. Hinc ergo colligendum quantum deo gaudium faciat quando humiliter plangit iustus si facit in celo gaudium: qñ hoc quod male gessit: per penitentiam dãnat iniustus.

¶ Aut q̃ mulier hābēs drachmas decē: si perdiderit drachmã vnã: nōne accendit lucernã et evertit domum et querit diligenter: donec inveniat eam? Et cum īvenerit: cōvocat amicas et vicinas dicens. Cōgratulamini mihi: q2 īveni drachmã quã perdiderã. Ita dico vobis: quia gaudiuz erit corã angelis dei super vno peccatore penitentiam agente.

¶ Cyril. Per precedentē parabolã in qua genus humanuz dicebatur ovis erratica: docebamur nos fore creatura sublimis dei q̃ fecit nos et non ipsi nos: cuius pascue oves sumus: subiungitur secunda parabola: qua genus humanum copatur drachme que perijt. Per quã ostendit nos ad similitudinem et imaginē regiã factos eē. s. summi dei. Nã drachma nũm' est ipressaz habens regiam figurã. vnde dicit. Aut q̃ mulier hñs decē drachmas. Grego in ho. Qui signat per pastorē: ipse per mulierē. ipse eniz deus ipse et dei sapientia. Angelorum ãt hominũ naturã ad cognoscendum se dñs cōdidit: et ad sĩĩitudinē suã creavit. Decez ergo drachmas habuit: q2 novē sũt ordies ãgelorum: sed vt cōpleret electorũ numer' hō decim' est creatus. Augu. de quest. euã. Vel i novē drachmis: sicut et in nonagintanovē ovibus ponit eorũ significationē: qui de se presumentes peccatorib' ad salutē redeũtib' se preponũt. vnũ ei deēst et a novez vt decem sint: et a nonagintanovē vt cētũ sint: cui vni deputat oēs p penitentiã recōciliatos. Greg. in home. Et q2 imago exprimit in drachma: mulier drachmã perdiderat qñ hō qui cōdit' ad imaginem dei fuerat peccando a similitudinē sui conditoris recessit. Et hoc ē qđ subditur. Si pdiderit drachmã vnã. nōne accēdit lucernã? Accēdit mulier lucernã: q2 dei sapiētia apparuit i hũanitate. Lucerna q̃ppe lumē i testã ē: lumē ĩo i testa ē divinitas in carne. Accēsa ãt lucerna. Seqt. Et evertit domũ. Qz. s. mox vt ei' divinitas p carnē claruit: oīs se nr̃a ɔscia cōcussit: quia everſiōis fmo non discrepat in eo q̃ in alijs codicib' legit. Emũdat: quia prava mēs si nō pri' p timore evertit: ab assuetis vitijs non mũdat. eversa aũt domo: invenitur drachma. Seqt eni. Et q̃rit diligēter donec inveniat. q2. s. cũ pturbatur conscientia hominis reparatur in homine similitudo conditoris. Gregorius. nazanzenus. Inventa autē. drachma: celestes virtutes facit participes gaudij: qs mistras dispensationes fecit. vnde sequit. Et cum invenerit convocat amicas et vicinas dicens. Congratulamini mihi quia inveni drachmam quam perdid eram. Gregorius

Allegoria pulcherrima

in home. Superne enim virtutes tanto diuine sapientie iuxta sunt: quanto ei per gratiam continue visionis appropinquant. Theophi. Uel amice sunt vt exequentes voluntatem ipsius vicine vero vt in corpore vel forte amice ipsi sunt omnes superne virtutes: vicine vero sunt propinquiores scilicet throni cherubin et seraphin. Gre. ego. nisi seuus. Uel aliter. Hoc reor dominum nobis proponere in inquisitione perdite drachme quia nulla nobis a ceteris virtutibus vtilitas prouenit quas drachmas vocat: quibus presto sint omnes vna sola deficiente anime viduate: qua scilicet diuine similitudinis nitorem sortitur: propter quod primo quidem iubet lucernam accendere scilicet verbum diuinum quod abscondita patefacit. Uel forsan penitentie lampadem: sed in domo propria id est in seipso et in sua conscientia oportet perquirere drachmam perditam id est regis imaginem que non penitus deperiit: sed est tecta sub fimo: qui significat carnis contagia: quibus studiose abstersis id est dilutis per sollertiam vite elucescit quod queritur. vnde oportet ipsam que inuenit gratulari. nec non ad participia gaudij vocare vicinas. i. contubernales virtutes. i. rationabilem et concupiscibilem et innatum iracundie affectum. Et si que sint tales vires circa animam considerate: quas docet gaudere in domino: deinde concludens parabolam subdit. Ita dico vobis: gaudium erit angelis sup vno peccatore pniam agente. Greg. in ho. Penitentiam agere est preterita mala plangere: et plangenda non perpetrare. nam qui sic alia deplorat: vt tamen alia committat: adhuc penitentiam agere aut ignorat aut dissimulat. Cogitandum est etiam vt per hoc conditori suo satisfaciat: vt qui commisit prohibita sibi abscidere debeat etiam concessa. et se reprehendat in minimis: qui se meminit in maximis deliquisse.

Uirtutum connexio.

¶ Ait autem. Homo quidam habuit duos filios et dixit adolescentior ex illis patri: Pater da mihi portionem substantie que me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies congregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam: et ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. Et postquam omnia consummasset facta est fames valida in regione illa: et ipse cepit egere. Et abiit et adhesit vni ciuium regionis illius: et misit illum in villam suam vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant: et nemo illi dabat.

¶ Ambr. Tres ex ordine lucas parabolas posuit. Ouis que perierat et inuenta est: drachma perierat et inuenta est. filius qui erat mortuus reuixit: vt triplici remedio prouocati vulnera nostra curemus. Xps vt pastor te suo corpore vehit. querit vt mulier ecclesia: recipit deus pater: prima misericordia: secunda suffragatio: tertia reconciliatio. Chry. Est etiam inter parabolas supradictas ratio distinctionis secundum personas vel mentes peccantium: vt pater filium recipiat penitentem. qui arbitrij sui libertate vtitur vt cognoscat vnde ceciderit. Pastor vero ouem errantem et non sapientem reuerti requirat: et humeris suis referat. irrationali animali imprudentem homines comparans: qui alieno dolo circumuentus errauerat sicut ouis. Presens ergo parabola proponitur cum dicitur. Ait autem. Homo quidam habuit duos filios. Sunt qui dicant de duobus filijs istis seniorem Angelos esse: iuniorem vero hominem posuit: qui in longinquam peregrinationem abierit: quando in terram de celis et paradiso cecidit. et aptant consequentia respicientes ad

Tres parabole notande

cām vel statū ade. ꝫ hic sensus pi⁹ quidē videtur: nescio tamen si ver⁹ sit quia iunior filius ad penitentiā venit sua sponte recordatus preterite abundātie patris sui. Domin⁹ autē veniens ad penitentiam vocauit humanū genus duꝫ sponte sua regredi vnde ceciderat nō cogitaret. deinde senior filius in reditu et salute fratris sui tristatur: cū dominus dicat leticiā esse apud āgelos super vno peccatore penitētiā agente. Cyril. Quidā vero per seniorem filiū dicūt significari israel sm carnē: per aliū vero qui discessit a patre: describitur multitudo gentiuꝫ Aug. de que. euan. Hic ergo homo habens duos filios: deus habens duos populos intelligitur: ꝛ tanꝗ duas stirpes generis humani: vnā eoꝝ qui permanserunt in vni⁹ dei cultu alterā eorū quiꝗ ad colendū idola deseruerunt deū. Ab ipso ergo exordio creature mortaliū maior filius ad cultū vnius dei pertinet minor autē petit vt sibi ps substantie que eū tāgeret daret a pre. vnde sequitur. Et dixit adolescētior ex illis patri. Pater da mihi portionē substātie que me contingit. nāꝗ aia potestate sua dlectata id quod illi est viuere: intelligere: meminisse vel ingenio alacri excellere petit que diuina sunt munera. hec auteꝫ in potestate sua accepit per liberū arbitriū. vnde sequitur. Et diuisit illi substantiā. Theophi. Hominis substantia rationalitas est: quā cōcomitatur libertas arbitrij ꝛ similiter quecunꝗ dominus dedit nobis pro substātia nostra putabitur: vt celum terra ꝛ vniuersa creatura: lex ꝛ prophete. Ambro. Uides aūt ꝙ diuinū patrimoniuꝫ petentibus daꝫ nec putes culpā patris ꝙ adolescētiori dedit. nulla dei regno infirma etas: nec fides grauatur annis. Ipse certe se iudicauit idoneū qui poposcit: atꝙ vtinā nō recessisset a patre impedimētum nescisset etatis. Sequitur eniꝫ. Et nō post multos dies cōgregatis omnibus

Allegoria pulchra.

adolescētior fili⁹ peregre profect⁹ est in regionē longinquā. Chryso. Minor filius in regionē loginquā profectus est nō localiter a deo decedēs: qui vbiꝙ est: sed affectu. fugit enim deū peccator: vt a lōgiquo stet. Augu. de ver. do. Quisquis el ita vult esse similis deo: vt fortitudinē suā ad illā custodiat: nō ab illo recedat ei coherēdo vt custodiat similitudinē ꝛ imaginē ad quā factus est. Porro si peruerse vult imitari deū: vt quomodo deus non habet a quo regatur sic ipse velit sua potestate vti: vt nullo regēte viuat quid restat nisi vt recedens a veritate vanescat. Augu. de que. euan. Quod autē nō post multos dies dixit factū: vt congregatis omnibus peregre proficisceretur in regionē longinquā: que est obliuio dei. hoc est: qꝛ nō multo post institutionem humani generis placūit anime p liberꝫ arbitriū ferre secū velut quādam potentiā nature sue ꝛ deserere eū a quo cōdita est fidēs de viribus suis quas vires tāto consumit citius: ꝙto eum deseruit a quo date sunt. vnde sequitur. Et ibi dissipauit substantiā suā viuendo luxuriose. Luxuriosam vero vel prodigam vitam vocat amantē fundere: atꝙ spaciari pompis exterioribus intus inanescētem: cū ea quisꝙ sequitur: que ad alia procedunt: ꝛ relinquit eum qui sibi est interior. vnde sequitur. Et postꝙ consummasset omnia facta est fames magna i regione illa. Fames est indigentia ꝟbi veritatis. Sequitur. Et ipse cepit egere. Ambro. Merito egere cepit qui thesauros sapientie ꝛ scientie dei: diuitiarūꝙ celestiū altitudinē dereliqt. Seqtur. Et abijt ꝛ adhesit vni ciuiū regionis illi⁹. Aug. de q. euā. vn⁹ ciuiū regiōis illi⁹ aliquis aereus princeps ē ad militiā diaboli pertinēs cuius villa est modus potestatis ipsius. de qua seqtur. Et misit illū in villā suā: vt pasceret porcos. Porci sunt immundi spiritus qui sub ipso erant. Beda.

Porcos aūt pascere:est ea quibus
immūdi spiritus gaudent:operari
Sequitur. Et cupiebat implere vē
trem suū de siliquis quas porci mā
ducabāt. Ambr. Siliqua genus le=
guminis est inus manis:foris mol
lis:quo corpus nō reficitur:sed im
pletur: vt sit magis oneri ꝙ vsui.
Aug. de que. eu. ī. Silique ergo q̄=
bus porcos pascebat seculares do
ctrine sunt steriles:vanitatē perso
nātes:de quibus laudes idolorū
fabularūq; ad deos gētiū pertinē=
tiū vario sermone atq; carminib'
percrepāt:quibus demonia dele=
ctātur. vnde cum iste satiari cupie
bat:aliquid solidū ⁊ rectū quod ad
beatā vitā pertineret inuenire vo=
lebat in talibus ⁊ nō poterat. vnde
sequitur. Et nemo illi dabat. Cyril.
Sed cū iudei multipliciter arguan
tur in sacra scriptura de multis cri
minibus:quo populo illi cōuenient
verba maioris filij dicētis. Ecce tot
annis seruio tibi:⁊ nūꝗ mādatum
tuū preteriui. Est ergo hic sensus
parabole. Arguētib' eū pharīseis ⁊
scribis ꝙ reciperet pctōres ꝓponit
phtē pabolā i q̄ hoīez vocat deū qui
pater est duoꝝ fratrū:iustorum scʒ
⁊ peccatorū quorū primus gradus
est iustorū ab initio iusticiā sequen
tiū. scōs gradus est horum per pe=
nitētiā ad iusticiā reductorū. Basi.
Facit etiā ad antiquioris cōsisten=
tiā magis animus senilis ⁊ graui
tas ꝙ canicies capillorū:nec q̄ fm
etatē ē iuuenis icrepat:sʒ iuuenis
morib' q̄ fm passiones viuit. Tyt'.
Abijt ꝗ adolescētior nōdū adult' mē
te:petitq; a patre id qđ ei de here=
ditate ꝯtigit: vt .s. nō ex necessitate
seruiat:simus em̄ animalia ratio=
nalia liberū arbitriū hn̄tia. Chry.
Dicit aūt scriptura diuidere patrē
ex equo filijs duobus substātiā suā
id est sciētiā boni ⁊ mali:que verer
perpetue sunt opes anime bn̄ vtē
ti. Que enim ex deo est in prima na
tiuitate hoībus substātia rationa=
lis equaliter cunctis nascētib' dat.
De subsequēti autē cōuersatione
vnusquisq; plus aut minus huius
substantie possidere inuenitur: dū
vnus ea que sumpserit patris esse
credens: quasi paterna custodit:
alius sicut proprie possessionis li=
centia dissipandis abutitur. Ostē=
ditur autē libertas arbitrij:qr pa=
ter qui neq; discedere volentem re
tinuit:ne liberi arbitrij auferat po
testatē neq; mānere cupiētē cogit ab
scedere. Abijt autē longe nō locorū
translatione:sed mētis declinatiōe
vnde sequitur: Peregre profectus
est in regionē longinquam. Ambr. Notabi
Quid enim longinquius est ꝙ a se lis simile
recedere:nec regionibus: sed mo=
ribus separari:' etenim qui se a xp̄o
sedarat exulē patrie:⁊ ciuis mūdi.
Merito ergo ꝓdegit patrimoniū q̄
recessit ab ecclesia. Tytus. Unde ⁊
denominatus est prodig' dissipans
substantiā suā.i. intellectū rectum:
castimoniā:documēta veritatis:no
ticiam genitoris:memoriā creatio
nis sensum. Ambro. Facta est autē
in regione illa fames nō epularū:
sed bonoꝝ operū atq; virtutū que
sunt miserabiliora ieiunia: etenim
qui recedit a verbo dei esurit:quia
nō in solo pane viuit homo :sed in
omni verbo dei qui recedit a thesau
ro eget. Egere ergo ideo cepit ⁊ fa
mē pati:qr nihil prodige satis est
volūtati. Abijt itaq; ⁊ adhesit vni ci
uiū. Qui em̄ heret in laqueo est:et
videtur ciuis iste princeps esse isti'
mundi. Deniq; ad villā eius mitti
tur quam emit:qui se excusat a re=
gno. Beda. In villā enim mitti est
substantie mūdialis cupiditate sub
iugari. Ambro. Pascit autē porcos
illos in quos petiuit diabol' introi
re:in sordibus ac fetore viuentes.
Theo. Hos igitur pascit:qui alios
precellit in vitio vt sunt lenones ar
chipredones:archipublicani : qui
alijs sunt doctores operationis ma
le. Chry. Uel spiritalibus destitut'
operibus:quasi prudentia ⁊ intelle
ctu porcos pascere dicitur : hoc est Tropo
sordidas ⁊ immūdas in anima sua logica
cogitationes nutrire:⁊ dedit escas pulchra

irrationabiles praue conuersatio-nis: dulces quidē egenti bonorum. qr suaue peruersis videtur omne opus carnee voluptatis: que virtu-tes anime penitus eneruat ꝛ peri-mit huiusmodi cibos quasi porci-nos ꝛ male dulces id est carnalium delectationū illecebras: siliq̄rū no-mine scriptura designat. Ambro. Cupiebat aūt siliquis ventrem im-plere suū: nec enim alia est cura lu-xuriosis nisi vt ventrē suū impleāt. Theo. Quibus nullus dat saturi-tatē: malorū: distat enim a deo qui talib⁹ vescit. Demōes āt ad h̄ studēt ne vnq̄ saturitas malorū pueniat. Gl. vl nemo il. dabat: qr cū diabol⁹ aliquē suū fac̄ vltra ei abūdātiā nō pcurat sciēs eum esse mortuum.

¶ In se autē reuersus dixit: Quanti mercēnarij in domo patris mei abundant panib⁹: ego autē hic fame pereo? Sur-gam ꝛ ibo ad patrem meum ꝛ dicam ei. Pater peccaui in celum ꝛ coram te: iam non sū dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenna-rijs tuis. Et surgens venit ad patrē suum. Cum autē adhuc longe esset: vidit illū pater ip-sius: ꝛ misericordia motus est ꝛ accurrens cecidit super col-lum eius: ꝛ osculatus est eum. Dixitq̄ ei filius. Pater: pecca-ui in celum ꝛ coram te: iā nō sum dignus vocari filius tu⁹. Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte stolam pri-mam: ꝛ induite illū: ꝛ date an-nulum in manu eius ꝛ calcia-menta in pedes eius: ꝛ addu-cite vitulum saginatum ꝛ oc-cidite: ꝛ manducemus ꝛ epule-mur: quia hic fili⁹ me⁹ mortu⁹ erat: ꝛ reuixit: perierat: ꝛ inuē-tus est. Et ceperunt epulari.

¶ Greg. nisen⁹. Cōtēpserat patrē i pmo recessu adolescētior fili⁹ ꝛ opes pr̄nas ꝑfuderat. At vbi lapsu tp̄is ē attrit⁹ laborib⁹: dū mercenarius fieret: ꝛ eodē cū porcis pabulo pa-sceret: redijt in domū pr̄nā castiga-tus vn̄ dr̄. In se āt re. di. Quāti mer-cē. i do. pa. mei abū. pa. ego āt h̄ fa-me peo? Ambro. Bn̄ i se reuertit: q̄ a se recessit. etenī q̄ ad deū regredi-tur se sibi reddit: ꝛ q̄ recedit a x̄po se sibi abdicat. Aug. de q̄. euā. In se aūt reuersus ē cū ab eis q̄ forin-sec⁹ frustra illiciūt ꝛ seducūt: i ꝯscie-tie iteriora suā intētionē reduxit. Basi. Est aūt fm tres dr̄ias obediē-tie discretio. aut eñ metuētes sup-plicia declinam⁹ a malo ꝛ sum⁹ in di-spōne famili. aut mercedē lucrāvenā-tes exequimur que mandantur mercennarijs assimilati: aut ip-sius: gratia boni ꝛ dilectionis ad eum qui dedit legem seruimus: et sic dispositionem redolemus filio-rum. Ambrosius. Filius enim qui habet sancti spiritus pignus in cor-de: secularis mercedis lucra nō q̄-rit: sed ius seruat heredis. Sunt etiam mercennarij boni qui condu-cuntur ad vineam. Isti non siliquis sed panibus abundant. Augusti-nus. de questio. euan. Unde autem hoc scire poterat: in quo tanta erat obliuio dei: sicut in omnibus idola-tris fuit nisi qr ista recogitatio re-sipiscentis est: cum euangelium p̄-dicaretur: iam poterat talis ani-ma aduertere multos predicare veritatem: inter quos quidam es-sent non ipsius amore veritatis du-cti: sꝫ cupiditate ꝯparādoꝝ secula-riū ꝯmodoꝝ q̄ tñ n̄ aliā āuūciāt sic heretici: vnde mercennarij recte appellantur. In eadem quippe domo eundem panem verbi tractā-tes non tamen in hereditatem eter-nam vocati: sed temporali merce-de conducti. Chrysosto. Signanter autem subdit. Ego autē hic fame pereo. q̄si diceret. Ego nō alienus: sed filius boni patris: ꝛ frater filij

Obediē-tia tri-plex.

Quest⁹ turpis euāgelij

obsequētis. ego liber et generosus: factus sū3 miserior mercenarius: a summa celsitudine prime nobilitatis ad infimā humilitatē delapsus. Grego. nisen⁹. Nō prius autē rediit ad pristinā felicitatē ꝙ in se rediēs sentiret oppremētis erūne p̄sentiā3: et meditaretur penitentie verba q̄ subdūtur. Surgā. Augu. de q̄. euā. Quia iacebat. Et ibo. q2 longe aberat. ad patrē meum: q2 sub principe porcorū erat. Cetera vero sunt penitentiā meditātis in cōfessione peccati: nōdum tamē agētis. nō em̄ iā dicit patri: sed dicturū se esse ꝓmittit cum venerit. Intelligas igitur hoc nūc accipiēdum esse venire ad patrem: in ecclesia cōstituti per fidem. vbi peccatorū legitima et fructuosa iam possit esse cōfessio. dicit ergo dicturum se esse patri. pater. Ambro. Quā misericors q̄ offensus nec paternū nomē dedignat audire. Peccaui: hec est prima cōfessio apud auctorē3 nature: presulē misericordie: arbitrū culpe. Sed etsi deus nouit omnia: voce tamē tue cōfessionis expectat. Ore em̄ ꝯfessio fit ad salutē: quia alleuiat pōdus erroris q̄sq̄s ipse se onerat: et accusationis exclu dit inuidiam: qui accusatorē preuenit cōfitendo. frustra velis occultare quem nihil fallit: ꝛ sine periculo prodas quod scias esse iā3 cognitū. confitere magis vt interueniat ꝓ te christus. roget: pro te ecclesia: illachrymet populus: nec verearis ne non impetres. Aduocatus spondet veniā: patronus ꝓmittit recōciliationē. tibi paterne pietatis pollicetur assertor. Subdit autem. In celū coram te. Chryso. Dicēs corā te: ostēdit hunc patrem deū debere intelligi: deus em̄ solus cōspector est oīm a quo nec in corde meditata peccata abscōdi possunt. Augu. de quest. euāge. Utrum autem hoc est peccatum in celu3 quod est coram te vt celum appellauerit ipsam summitatem patris: an potius peccaui in celum coram sanctis animabus: corā te autem in ipso penetrali conscien

Confessiōis forma.

tie. Chrysost. Uel celum hoc loco intelligatur: qui enim in celu3 peccat: quod etsi supernum tamen visibile elementu3 est: ipse est qui peccat in hominem quem suscepit filius dei ꝓ salute nostra. Ambros. Uel peccato anime celestia significantur dona spiritus imminuta. vt quia ab illi⁹ gremio matris hierusalē que est in celo non oportuit deuiari. deiectus autem se exaltare non debet. vnde subdit. iam non sum dignus vocari filius tuus. Et vt merito sue humilitatis possit attolli subdit: fac me sicut vnū de mercenarijs tuis. Beda. Ad filij affectu3: qui omnia que patris sunt: sua esse nō ambigit: aspirare nequaꝙ presumit: sed mercennarij statum iam pro mercede seruiturus desiderat: verum nec hunc q̄dem nisi paterna dignatione se mereri posse testatur. Grego. nisenus. Hunc autem filium prodigum spiritussanct⁹ nobis descripsit: vt instruamur nos qualiter debeam⁹ cordis deplorare peccamina. Chryso. Qui postꝙ dixit. Ibo ad patrem meum ꝙ ei cuncta attulit bona. non mansit: sed totum iter transiuit. Sequit enim. Et surgens venit ad patrem suum: sic et nos faciam⁹. nec pigeat nos longitudinis vie. quia si volue rimus fiet regressus celer ꝛ facilis: dūmodo deseram⁹ peccatum: quod nos a domo paterna reduxit: est autem pater redeuntibus clemēs: na3 subditur. Cum autē adhuc longe esset vidit illum pater suus. Augu. de que. euange. Ante enim ꝙ intelligeret deum longe existens: cum tamē iam pie quereret vidit illum pater ipsius. Impios enim et superbos conuenienter non videre dicitur tāꝙ ante oculos non habens. Ante oculos enim haberi non nisi qui diligū tur dici solent. Chrysosto. Sensit autem pater penitentiam: nō expectauit recipere confessionis verba: sed preuenit petitionem misericorditer agens: vnde subditur. Et misericordia motus est. Grego. nisenus. Confessionis meditatio placauit ei pa

Ratio f lij ꝓdig

trem: vt obuiam iret ei et oscula col lo conferret. Sequitur enim. Et occurrens cecidit super collum eius: et osculatus est eum. Quod significat rationale iugum hominis ori impositum per euangelicam traditionez que abiecit obseruātiā legis. Chrysosto. Quid enim est aliud quam occurrit: nisi quia nos peccatis impedientibus nostra virtute ad deum peruenire non poteramus? Ipse autez potens ad inualidos peruenire descendit. osculatur autem os per quod emissa de corde confessio penitentis exierat: quam pater letus excepit. Ambros. Occurrit igitur tibi quia audit te intra mentis secreta tractātem. Et cum adhuc longe sis: occurrit ne quis impediat: complectitur quoque. in occursu enim prescientia est: in complexu clementia: et quasi quodaz paterni amoris affectu supra collu3 cadit: vt iacentē erigat: et oneratum peccatis atque in terrena deflexum reflectat ad celuz. malo ergo filius esse quam ouis. Ouis enim a pastore reperitur: a patre filius honoratur. Augusti. de que. euange. Uel occurrens cecidit super collum eius. non enim pater vnigenitum filium suum deseruit: in quo vsque in nostrā longinquam peregrinationem cucurrit: quia deus erat in christo mūdum reconcilians sibi. Cadere aūt super collum eius: est humiliari in amplexum eius brachium suuz: quod est dominus iesus christus. Consolari autem verbo gratie dei ad spem indulgentie peccatorum: hoc est post longa itinera remeantem mereri a patre osculum charitatis. Incipit autem iam constitutus in ecclesia peccata cōfiteri: nec dicit omnia que dicturum se esse promiserat. Sequitur enim. Dixitque filius ei. pater peccaui in celum et coram te: et iam non sum dignus vocari filius. hoc enim vult fieri per gratiam: quo se indignum per merita fatetur. Nō addit quod in illa meditatione dixerat. Fac me sicut vnum de mercennarijs tuis. Cum enim panem non haberet: vel mercennarius esse cupiebat: quod est post osculuz patris generosissime iam dedignabatur. Chrysosto. Pater autem ad filium sermonē nō dirigit: sed ministris loquitur: quia qui penitet orat: sed responsum verbo vere nō accipit. misericordiā vero efficaciter in effectu intuetur. Sequitur enim. Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primam et induite illuz. Theophi. Seruos vel angelos intelligas administratorios spiritus: vel sacerdotes qui baptismate et verbo doctrine animam vestiunt ipso christo. Quotquot enim in christo baptizati sumus: christuz induimus. Augusti. de quest. euange. Uel stola prima est dignitas quā perdidit adā. Serui qui eam proferunt sunt recōciliationis predicatores. Ambros. Uel stola est amictus sapiētie: quo nuda corporis apostoli tegunt. accepit autem sapientiam primā: est enim et alia que mysteriū nescit. Annulus autem est syncere fidei signaculum et expressio veritatis: de quo sequitur. Et date ei annulū in manu eius. Beda. Id est in operatione: vt per opera fides clarescat: et per fidem opera confirmētur. Augu. de que. euange. Uel annulus in manu pignus est spiritussancti. propter gratie participationez que digito bene significatur. Chrysost. Uel iubet annulum dari siue signaculi salutaris symbolū seu magis desponsationis insigne et nuptiarū pignus: quibus christus ecclesiam sponsat: cuius anima resipiscens per annulū fidei iūgitur. Augusti. de que. euange. Calciamēta autem in pedes preparatio est euangelizandi ad nō tangenda terrena: de quibus sequitur. Et calciamenta in pedes. Chryso. Uel mandat calciamēta pedibus imponi: aut propter cooperienda vestigia. vt per lubricum mundi istius firmus incedat: aut propter mortificationē membrorum: vite enim nostre cursus in scripturis pes appellatur: et mortificatiōis spēs calciamētus ins

Infirmitas humana.

Stole prime significatio.

ponitur: quia de animalib^9 mortuorum pellibus conficiūtur. Addit. et vitulum illi saginatum iugulandū in conuiuij exhibitione. Sequitur enim. Et adducite vitulū saginatū id est dominū iesum christum: quez vitulum nominat propter hostiam corporis immaculati. Saginatū autem dixit: quia pinguis et optimus intantū est: vt pro totius mundi salute sufficiat. Non autez ipse pater vitulū immolauit: s; alijs immolādum tradidit. permittente enim patre cōsentiens filius ab hoibus crucifixus est. August. de que. euange. Uel vitulus saginatus est ipse dñs ſm carnem satiat^9 opprobrijs. Qđ autē imperat vt adducant eū: quid aliud est nisi vt predicent euz: et annunciando faciant venire in exausta fame viscera filij esurientis? Nā etiam vt occidant euz iubet: hoc est vt mortē eius insinuēt. tūc eī̄ cuiq; occiditur: cum credit occisum. Sequitur. Et manducemus. Ambros. Bene carnem vituli: quia sacerdotalis est victima que pro peccatis fiebat. Epulantem autez inducit: cum dicit epulemur vt ostenderet quoniaz paternus est cibus salus nostra: et patris est gaudiū nostrorū redemptio peccatorūz. Chrysosto. Ipe eī̄ pater gaudet in reditu filij: et conuiuatur in vitulo: quia misericordie sue fructum in immolatione filij sui gaudens creator in acquisitione populi credentis epulatur. vnde sequitur. Quia hic filius meus mortuus erat et reuixit: perierat et inuētus est. Ambro. Ille perijt q̄ fuit. Itaq; gentes non sunt: christianus est. Potest tamen et hic vna species accipi generis humani: fuit adā et in illo fuimus omnes: perijt adā: et in illo omnes perierunt. Homo igitur in illo homie qui perierat reformatur. Potest et de agente penitentiā dictū videri: quia non moritur nisi q̄ aliquando vixerit. Et gentes quidem cum crediderint: per gratiam viuificantur: qui vero lapsus fuerit p penitentiā reuiuiscit. Theophi. Quātum ergo ad vitiorum conditionez mortuus fuerat desperat^9. Sz quātum ad humanam naturam q̄ mutabilis est: et potest a vitio ad virtutem conuerti deperditus dicitur. nam minus est perdi q̄ mori. Quilibet autem reuocatus et mundat^9 a crimine: saginati vituli particeps causa leticie fit patri et famulis ei^9. id est angelis ⁊ sacerdotibus. vnde sequitur. Et ceperūt omnes epulari. Augusti. Iste epule atq; festiuitas nunc celebrantur per orbem terrarūz ecclesia dilatata atq; diffusa. vitulus enim ille in corpore et sanguine dominico et offertur patri: et pascit totam domum.

Allegoric^9 sensus.

¶ Erat autē filius eius senior in agro. Et cum veniret et appropinquaret domui audiuit symphoniam et chorum: ⁊ vocauit vnum de seruis: et interrogauit quid hec eēnt. Isq; dixit illi. Frater tuus venit: ⁊ occidit pater tuus vitulum saginatum: quia saluum illum recepit. Indignatus est autem et nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare illū. At ille respondens dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi: et nunq̄ mandatum tuum preterui: et nunq̄ dedisti mihi hedum: vt cum amicis meis epularer. Sz postq̄ filius tuus hic qui deuorauit substantiā suam cum meretricibus: venit: occidisti illi vitulum saginatuz. At ipe dixit illi. Fili tu semper mecum es: ⁊ omnia mea tua sunt. Epulari autē et gaudere oportebat: q: frater tu^9 hic mortu^9 erat et reuixit: perierat et inuētus est.

¶ Beda. Murmurātibus de petōꝝ susceptione scribis et phariseis: tres

per ordinē parabolas saluator po= suit. Duabus primis quātū ipse cū āgelis de penitētiū salute gaudeat insinuat. In hac vero tertia nō solū mmodo suorumq; gaudiū demon= strat: sed et inuidētiū murmur rep hendit. Dicit em. Erat autē fili⁹ ei⁹ senior in agro. Augu. de que. euāg. Maior filius populus israel est. nō quidē pfectus in longinquā regio= nem: sed tñ in domo nō est. In agro autē est. i. in ipsa hereditaria opulē tia legis et pphetarū terrena poti⁹ operat. Ueniēs autē de agro domū appropinquare cepit. i. labore serui lis operis improbato ex eisdem scri pturis ecclesie libertatem ɔsidera= uit. vnde sequit. Et cū veni. et appro. do. audi. sympho. et choru3. i. spū san cto plenos vocibus ɔsonis euange lium predicare. Sequit. Et vocauit vnū de seruis: et interrogauit quid hoc esset. i. sumit ad legēdu3 aliquē pphetarū: et i eo querēs quodā mo do interrogat. vñ ista festa in ecclia celebrātur: in qua se esse non videt. rñdet ei seru⁹ patris ppheta. Seq tur em. Et ille dixit illi. Frater tu⁹ ve nit: et occidit pater tuus vitulū sagi= natu3: quia saluu3 illū recepit. q. d. In extremis terre fuit frater tuus: sed inde maior exultatio cantantiū domino canticū nouū: quia laus ei⁹ ab extremis terre: et pter eum qui absens erat occisus est vir sciēs fer re imbecillitatē: qui qbus nō est nar ratum de eo viderunt. Ambro. Ado lescentiori autē filio. i. populo ex gē tibus: israel tanq; maior frater be neficiū paterne bñdictiōis inuidit: quod faciebāt iudei: quia christus cum gentibus epularetur. vnde se= quitur. Indignat⁹ est aute3 et nole bat introire. Augusti. de que. euāg. Indignatur etiā et nūc: et adhuc non vult intrare. Cū ergo plenitudo gē tium introierit: egredief oportu= no tēpore pater eius: vt etiā oīs isrl' saluus fiat. vñ sequit. Pater ergo il lius egressus cepit rogare eu3. Et= enī qñq; aperta vocatio iudeoru3 in salutē euangelij: quā manifestatio nem vocationis tanq; egressum pa tris appellat ad rogandum maiorē filium. Deinde que respōdit maior filius: questiones duas habent. Se quitur em. At ille respondens dixit patri suo: ecce tot annis seruio tibi: et nunq; mādatū tuū preteriui. De mandato non pretergresso facile il lud occurrit: non de omni mandato dictum: sed de vno maxime necessa rio: q nullū aliū deu3 pter vnū crea torem omniū colere visus est. Neq; iste filius in omnibus israelitis: s3 in his intelligitur personam habe re q nūq; ab vno deo ad simulacra conuersi sunt. Quāq; em terrena de sideraret: ab vno tamē deo iste desi derabat bona: que cōmunia cum peccatoribus. vnde et qui in psalmo dicit. Ut iumentū factus sum apud te: et ego semper tecū. Sed qs est he dus quem nūq; accepit ad epulan= dum? Sequitur enim. Et nunq; de= disti mihi hedū: vt cū amicis meis epularer. Peccator hedi noīe signifi cari. valet. Ambro. Judeus hedū re quirit: xpian⁹ agnū. et ideo illis bar rabas soluitur: nobis agnus immo latur. Queri etiā in hedo videtur: quia iudei ritu veteris sacrificij per diderūt. vel qui hedū querūt: expe= ctant antixpm. Augu. de que. euan. Sed nō inuenio exitū huius senten tie. Multū em absurdu3 est eu3: cui post dicitur. Tu mecū es semp: hoc a patre optasse: vt antixpo crederet. Neq; omnino aliquē iudeorū: q an= tixp3 credituri sunt: istū filiū fas est intelligi. Quō autē epularet ex illo hedo si ipe est antixps qui ei nō cre deret? Ac si hoc est epulari ex hedi occasione: qd est de antixpi perditio ne letari: quomodo dicit filius que3 recepit pater: hoc sibi nō fuisse ɔces sum: cū oēs filij de eius perditione letaturi sunt? Ips3 igit sibi dominū negatū ad epulandū conquerit: dū eū peccatorē putat. cū em hedus est illi genti. i. cū eu3 sabbati violatorē et prophanatorem estimet: iucunda= ri epulis illius non meruit. Grego. Qd autem dicit. Cum amicis meis

Lex a= gro com parat.

Allegori ca expo sitio.

Hedo cō paratur antixps

aut ex psona principuz cũ plebe intelligit: aut ex persona populi hierosolymitani cũ ceteris pplis iuda. Hiero. Uel dicit. Nũq̃ dedisti mihi hedũ.i. nullus sanguis pphete vel sacerdotis a romano imperio nos liberauit. Ambro. Impudens aũt filius similis est publicano iustificanti se: q: legẽ seruabat in littera. impie accusabat fratrẽ: q cũ meretricibus paternã substantiam pdegisset. Sequitur em. Sed postq̃ filius tuus hic qui deuorauit substãtiã suã cũ meretricib9 venit: occidisti illi vitulũ saginatũ. Aug. Meretrices aũt sunt supstitiones gẽtiliũ cũ quibus substantiã dissipat: qui relicto vero cõnubio veri dei: cũ demone feda cupiditate fornicatur.

Hierony. In hoc aũt qd dicit. Occidisti illi vitulũ saginatũ: cõfitet venisse xp̃m: sed inuidia non vult saluari. Augu. Nõ aũt pater eũ quasi mentientẽ redarguit: sed secũ pseuerantiã eius approbãs ad perfectionẽ potioris atq̃ iucũdioris exultationis inuitat. vñ sequit. At ipe dixit illi. Fili tu semper mecum es. Hiero. Uel qd dixerat: iactantia est nõ veritas: cui pater nõ ɔsentit: sed alia cõpescit ratione dicens. Mecũ es: lege qua stringeris: nõ q: nõ peccauerit: sed q: deus eũ semper castigando retraxit. Nec mirũ si patri mentit qui fratri inuidet. Ambro. Sed bonus pater etiã hũc saluare cupiebat dicens. Tu mecũ semp es vel quasi iudeus in lege: vel quasi iustus in cõmunione. Augu. Quid aũt sibi vult q addidit. Et oĩa mea tua sunt. quasi nõ sint ꝛ fratris: sed sic a perfectis ꝛ immortalibus filijs habent oĩa: vt sint ꝛ olum singula: ꝛ omnia singuloꝝ: vt em cupiditas nihil sine angustia: ita nihil cũ angustia charitas tenet. Sed quomodo omnia: nonne ꝛ angelos deus in possessionẽ tali filio subiecisse putãd9 est: si possessionẽ sic accipias: vt eius possessor ipe sit dñs: nõ vtiq̃ oĩa. Nõ em domini erimus: sed cõsortes potius angeloꝝ. Si vero possessio sic intelligitur: quomodo recte dicimus possidere aĩas: veritatẽ nõ inuenio cur non vere ac pprie id possimus accipere. Nõ em id loquimur: vt dominas veritatis dicamus animas. Aut si nomine possessionis ab hoc sensu ipedimur. illud quoq̃ auferat. nõ enim ait pater. Oĩa possides: sed oĩa mea tua sunt nec tamen vt ipsius domini. Qd em est in nostra pecunia: põt familie nostre vel alimentũ esse vel ornamẽtũ vel aliud huiusmodi. Et certe cũ ipsum patrem recte ille possit suum dicere: nõ video quomodo q̃ ipsius recte vocari poñit: diuersis dũtaxat modis. Cum enim beatitudinẽ illã obtinuerimus: nostra erũt ad vidẽdũ superiora: ad cõuiuendũ equalia: ad dñandũ inferiora. Congaudeat igitur securissimus maior frater. Ambro. Si enim designat inuidere: omnia sua sunt: vel iudeus sacramenta veteris testamẽti: vel baptizatus noua etiã possidẽs. Theo. Uel aliter. Totuz persona filij: qui videtur murmurare: sumitur pro omnibus quicunq̃ scandalizantur in subditis: sicut Dauid introducit personã passam scandalũ in peccatorũ pace. Titus. Maior igit filius sicut agricola insistebat agriculture: nõ terrestrẽ: sed anime agrũ fodiens: ꝛ salutis arbores inserẽs .s. virtutes. Theo. Uel erat in agro: h̃ est in mundo colens propriã carnẽ: vt repleat panibus: ꝛ seminans in lachrymis vt in gaudio metat. s3 cognitis gestis nolebat intrare ad cõmune gaudiũ. Chry. Queritur aũt si afficitur passione liuoris: dolens in prosperis alioꝝ. Dicendum est aũt q nullus sanctoꝝ dolet in talibus: immo bona aliorum sua existimat: nõ aũt oportet oĩa quecũq̃ parabola continet ad litteram pertractare: sed sensum elicientes cuius causa componitur nihil aliud pscrutari. Hec ergo parabola ad hoc est composita vt peccatores nõ diffidãt reuerti: scientes q magna consequẽtur. vnde introducit alios turbatos

Expositio litteralis.

Questio pulchra circa textũ

in eorũ bonis: vt indicet eos liuore tabescentes: sed tanto decore hono ratos redeuntes: vt etiam inuidiosi possint alijs fieri. Theo. Uel phari seorũ intentionem corrigit dominus per p̄senté parabolam: quos et hy- pothesi noiat iustos q̄si dicat. Esto vos vere iustos esse: nec trāsgressos aliquod mandatorũ: nunquid igit̃ propter hoc nō oportet admittere a flagitijs redeūtes? Hiero. Uel alr̃ Omnis iusticia in comparatione dei est iniusticia. vnde paulus. Quis me liberabit de corpe mortis huius vnde apostoli dedignati sunt p̄ pe- titiōe matris filiorũ zebedei. Cyril. Qđ et nosipsi quandoq̧ patimur: viuunt em̃ quidam p̄stātissimam et optimā vitam: alius autē in ipso senio multotiens ad deum conuerti tur: vt forsitā extremũ diem claude re debēs hac diluit reatus domino miserante. Hoc quidem aliquando respuūt ex importuna pusillanimi- tate: nō attendentes mētem saluato ris qui de salute pereuntiũ gaudet. Theo. Dicit ergo filius patri. Ela- tis diebus in doloribus vitā a peccato ribus molestatus. ⁊ nūq̄ causa mei decreuisti mactandum esse hedum. id est p̄sequentem me peccatorē: vt paululũ recrearer: qualis hed⁹ fuit achab helie. Qui dicebat domine p̄phetas tuos occiderunt. Ambro. Uel aliter. Notatur hic frater vsq̧ adeo: vt de villa venire dicat̃: hoc est terrenis operib⁹ occupat⁹: igno- rans q̄ sunt spiritus dei. vt deniq̧ nunq̄ pro seuel hedũ queratur occi- sum: nō em̃ pro inuidia: s; proventia mundi agnus est immolatus. inui dus hedũ querit: innocens agnum p̄ se desiderat immolari. ideo et se- nior dicit̃: eo q̄ cito quis p̄ inuidiā ꝯsenescat: ideo foris stat: eo q̄ mali uolentia eũ excludat. ideo chorum ⁊ symphoniam audire nō potest: hoc est in villa theatralis incentiua la- sciuie. sed plebis cōcordiā cōcinētis que de peccatore saluato purani le ticie suauitatem resultat. qui enim sibi iusti videntur indignantur qñ

Agni significatio.

alicui peccatum fatenti venia lar- tur. Quis tu es qui domino contra dicas: ne videlicet culpā relaxaret? cum tu cui volueris ignoscas: sed re mittendis post penitentiā debemus fauere peccatis: ne dum venie alte- rius inuidemus ipsi eā nō merea- mur a domino non inuideamus de longinqua regione remeantibus quia ⁊ nos fuim⁹ in regiōe lōgīqua.

Capitu. xvj.



Dicebat autem et ad discipulos suos. Homo quidē erat diues qui habebat villicum et hic dif- famatus est apud illum: quasi dissipasset bona illi⁹. Et voca- uit illũ ⁊ ait illi. Quid hoc au- dio de te? redde rationem villi cationis tue. Iam enim nō po teris villicare. Ait autem villi cus intra se. Quid faciam: q̄ dominus meus aufert a me vil licationem? Fodere non valeo mendicare erubesco. Scio q̄d faciam: vt cum amotus fuero a villicatione: recipiant me in domos suas. Conuocatis ita- q̧ singulis debitorib⁹ domini sui: dicebat primo. Quantũ de bes dño meo? At ille dixit. Cē tũ cados olei. Dixitq̧ illi. Acci pe cautionē tuā: ⁊ sede cito et scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantũ de- bes? Qui ait. centũ choros tri- tici. Ait illi. Accipe lr̃as tuas: et scribe octuaginta.

Beda. Postq̄ murmurantes de penitentiũ receptione tribus para bolis saluato: redarguit: quartam mox: quintāq̧ de elemosyna danda et parsimonia sequenda subiūgit: q̄ et ordo p̄dicādi aptissimus est: vt post penitētiā elemosyna subiun

sanct. vij dicitur. Dicebat aũt ad discipulos suos. Homo quidã erat diues qui habebat villicũ. Chry. Opinio quedã erronea aggrauata mortalibus auget crimia: minuit bona. Ea vero est opinari: ꝙ ea quecũqꝫ possidemus in vsu vite possideamꝰ vt dñi: et ideo etiã oportune ea apprehendimus tãꝗ bona precipua. Sed contrarium est: non eñi nos vt domini in vita presenti collocati sumus in propria domo: sed tanꝗ hospites ⁊ aduene quo nolumus ducimur: et quo tẽpore nõ putamꝰ: qui nunc locuples est in breui fit mẽdicus. Ergo quicũqꝫ sis: noueris te eẽ dispensatorẽ alienorum: ⁊ transitorij vsus ⁊ breuis tibi iura concessa sũt. Abiecto ergo ab anima domini fastu: sumas hũilitatẽ et modestiã villici. Beda. Uillicus quippe ville gubernator est. vnde ⁊ a villa nomẽ accepit. Iconomus autem tam pecunie ꝗ̃ frugũ et omniũ que habet dominus. dispensator est. Ambro. Ex hoc ergo discimus nõ ipsos esse dominos: sed potius villicos alienarũ facultatũ. Theo. Deinde ꝙ cum nõ exercemus dispensationẽ opum ad libitũ domini: sed ad proprias illecebras: cõmissis abutimur: criminosi villici sumus. vnde sequitur. Et hic diffamatus est apud illum: quasi dissipasset bona illius. Chry. Interea euulsus a villicatione eripitur. Sequitur enim. Et vocauit illum. et ait ei. Quid hoc audio de te? Redde rationẽ villicationis tue. Iam eñi nõ poteris villicare. Quotidie talia nobis ꝑ effectꝰ exclamat dñs: ostendẽs nobis fruentẽ in meridie sospitate: pulꝗ vesperascat exanimem: ⁊ aliũ inter prandia expirãtem: et diuersimode ab hac villicatione discedimꝰ. Sed fidelis dispensator: qui de propria dispẽsatiõe cõfidit: desiderat cũ paulo dissolui: et esse cũ xp̃o. Is aũt cuius sunt vota terrena: anxiatur in exitu. vnde de hoc villico subdit. Ait autem villicus intra se. Quid fa. qr do. meus. au. a me villicationem? fodere non valeo: mendicare erubesco. Impotentem esse in opere crimen est vite inertis. Non enim timeret si cõsueuisset affectare labores. ꝙ si ẽm allegoriã accipiamꝰ parabolam post transmigrationẽ hic factã nõ est tẽpus operandi. Uita presens habet exercitiũ mandatorũ. futura vero solatium. Si nihil operatꝰ es hic. frustra in futurũ curas: sed nec mẽdicãdo ꝓficies. huiꝰ indiciũ sũt ṽgines fatue: que imprudenter a prudentibus mẽdicauerũt: sed reuerse sunt vacue quilibet eniꝫ suaꝫ conuersationẽ vt tunicã induit: nõ ẽ autẽ eã exuere nec cambire cum alio. Sed debitoruꝫ remissionẽ ingeniatꝰ est nequitie villicus: statuens sibi maiorũ remediũ in conseruis. Sequitur eñi. Scio quid faciã: vt cũ amotus fuero a villicatione: recipiãt me in domos suas. Quotiens eñi quis exitum suũ percipiens: leuat beneficio sarcinam peccatorum vel relaxando debita debitori: vel tribuens in opibus copiam: ea que sunt dñi largiens: multos amicos conciliat prebituros sibi coram iudice testimonium veritatis: non vocibus: sed bonorũ operũ ostensione: quinetiã paraturos ꝑ testimoniuꝫ refrigerij mansionẽ. Nihil autẽ est nostrum: sed omnia sunt ditionis dei. vnde sequitur. Cõuocatis itaqꝫ singulis debitoribus domini sui dicebat primo. Quantũ debes domino meo? At ille dixit. Centum cados olei. Beda. Cadus grece est ãphora: continẽs vrnas tres. Seqtur. Dixitqꝫ illi. Accipe cautionẽ tuã et sede: ⁊ cito scribe quinquaginta. dimidiã ei partem dimittens. Sequitur: deinde alio dixit: tu vero ꝗ̃tũ debes? ait centum choros tritici. Chorus modijs. xxx. completur. Sequitur. Ait illi. Accipe litteras tuas: et scribe lxxx. Quintã partem ei dimittens. Simpliciter ergo sic potest accipi. Quisquis indigentiam pauperis vel ex dimidia vel ex quita alleuiat parte: misericordie sue mercede donandus est. Augusti. de questio.

Opinio erronea

Mira exhorta tio.

Cados grece qd sit.

euan. Uel q de centum cadis olei quinquaginta fecit scribi a debitore: et de centum choris tritici octoginta: ad hoc valere arbitror: vt ea que i sacerdotes atq levitas iude⁹ quisq operat: i ecclesia christi abūdent: vt cum illi decimas darent: isti dimidias dent: sicut de bonis suis fecit zacheus aut certe duas decimas dando. id est vnam quintam superent impendia iudeorum.

¶ Et laudauit dominus villicum iniquitatis: quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis: recipiant vos in eterna tabernacula. Qui fidelis est i minimo: ꝛ in maiori fidelis est: et qui in modico iniquus est: et in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis: quod verum est quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis: quod vestrū est quis dabit vobis? Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit: ꝛ alterum diliget: aut vni adherebit: ꝛ alterum contēnet. Non potestis deo seruire et mammone.

¶ Augusti. de que. euan'. Uillicum quē dominus eijciebat a villicatu laudauit dominus: eo q in futurum sibi pspexerit. vnde dicitur. et lau. do. vil. iniqui. quia pru. egisset. Nō tamen omnia debemus ad imitandum sumere. non enim domino nostro facienda est in aliquo fraus. vt de ipsa fraude elemosynas faciam⁹. Orige. Uerum quia gentiles dicūt prudentiam esse virtutē: ꝛ diffiniūt eā pitiā bonorū malorū et neutrorū vel cognitionē agendorū ꝛ nō agendorū consideranda est: vtrū hec dictio plura autvnū significet. Dicitur enī q deus parauit celos prudētia: constat bonā esse prudentiā: qua dominus celos pauit. Dicit etiam in gene. Fm. iii. q serpens prudentissimus erat: vbi prudentiam non virtutem dicit: sed astutiam ad mala inclinationem habentem: et secundum hoc dicitur: q dominus laudauit villicum: quia prudenter egisset hoc est callide et perperam. Et forsitam quod dixit. Laudauit: non secundum veram cōmendationē: sed abusiue dictum est. vt cum dicimus aliquem cōmendari in mediocrib⁹ et differentibus rebus. ꝛ quodā modo mirandus esse concursus et acumen: quibus vigor mentis elicitur. Augustinus de que. euan. Econtrario dicūtur iste similitudines: vt intelligamus si laudari potuit ipse a domino: qui fraudē faciebat qto amplius placeant deo qui secundū eius preceptum opera illa faciunt. Origenes. Filij quoq huius seculi non sapientiores: sed prudentiores dicuntur lucis filijs. ꝛ hoc non absolute ꝛ simpliciter: sed in genere suo. Sequitur. Quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatiōe sua sunt. Bed. Filij lucis et filij hui⁹ seculi vocant: quo filij regni ꝛ filij pditiōis: cui⁹ em vnusqsq agit opa ei⁹ cognominat ꝛ fili⁹. Theo. Filios g hui⁹ seculi vocat cogitationes q sibi ꝯmoda sūt i terra. filios vo lucis spiritales opes tractantes intuitu diuini amoris. Inuenimur aūt in hūanis qdē administrationibus prudenter ola disponentes: et summopere satagentes: vt si deserimus ab administratione: habeamus vite refugium: cū vero dispensare debemus diuina: non premeditamur que nobis postmodū sunt profutura. Gregorius. xviij. moral. Ut ergo in sua manu homines post mortem quicq inueniāt: ante mortē diuitias suas in pauperum manibus ponant. vnde sequit. Et ego vobis dico: facite vobis amicos de

Prudentiā ratio

mãmona iniquitatis. Aug. de ver. do. Qđ hebrei vocant mãmona lati ne divitie vocantur: ac si diceret. Facite vobis amicos de divitijs iniq̃tatis. Hoc autem quidã male intel ligendo rapiunt aliena: et inde ali quid pauperibus largiuntur et pu tant se facere quod preceptum est. Intellectus iste corrigẽdus est. De iustis laborib⁹ elemosynas facite: non enim corrupturi estis iudicem xp̃i: si de preda iopis dares aliqd iudici vt pro te iudicaret: si iudex ille pro te iudicabit: tanta vis est iu stitie: vt etiã tibi displiceat. Noli ti bi pingere talem deum: fons iusti tie est. Noli ergo elemosynas face re de fenore et vsuris: fidelib⁹ dico: quibus corpus xp̃i erogamus. sed si pecunias tales hẽtis de malo est quod hẽtis. Iam nolite malum fa cere. zacheus dixit. Dimidium rex mearum do pauperibus. Ecce qño currit: qui currit facere amicos de mãnõa iniquitatis: et ne re⁹ alicũ de teneretur. Sicui aliquid tuli: q̃ druplum reddã. Est et ali⁹ intelle ctus. Mãmone iniquitatis divitie seculi sunt oẽs vndecunq̃ sint. Si enim veras divitias queris alie sũt quibus iob nudus abũdabat: qñ i deũ cor plenũ habebat. Iste ei iniq̃ tate appellantur divitie: q̃ vere nõ sunt; paupertate enim plene sunt et semper obnoxie casib⁹. Si enim ve re divitie essent: securitatē tibi da rent. Augu. de que. evã. Vel divitie iniquitatis dñr: quia non sunt iste divitie nisi iniq̃s: et qui in eis con stituunt spem atq̃ copiã sue beati tudinis. A iustis vero cum hic pos sidentur: est quidem ista pecunia: sed nõ sũt illis divitie nisi celestes et spirituales. Ambro. Vel iniquum mãmõa dixit: quia varijs divitia rum illecebris nostras auaricias tẽ tat affectus: vt velimus seruire di uitijs. Basi. Vel si successeris patri monio ab iniustis cõgregatã cepi sti. in pluribus enim prede cessorib⁹ necesse est aliquẽ reperiri qui iniu ste vsurpauerit aliena. Ponatur āt

Divicie vere.

vt nec pater exegerit: sed aurũ vñ habes? Siquidem dicis a me: igna rus dei es: non habens notitiã crea toris: si vero a deo: dic nobis ratio nem propter quam eas accepisti: an nõ dei est terra et plenitudo ei⁹? ergo si cõis dñi nostra sunt erunt et conseruorum nostrorũ. Theo. Ille ergo dicuntur opes neq̃tie quascũ q̃ dominus dedit ad ipẽdia necessi tatis fratrũ ac conseruorum nostro rum: nos vero tenemus nobis. De cebat igitur a principio oĩa paupe ribus tradi verũ q: iniquitatis fui mus villici neq̃ter retinẽtes qđ de putatum est ad aliorum opus: non ẽ omnino manẽdũ in hac crudelita te: sed impartiendum ẽ pauperib⁹ vt recipiamur ab eis in celestibus tabernaculis. Sequitur. n. Ut cũ de feceritis recipiant vos in eterna ta bernacula. Grego. xxij. mor. Si aũt eorum amicitijs eterna tabernacu la acquirimus dantes pensare de bemus: quia patronis potius mu nera offerimus q̃ egenis dona lar gimur. Augu. de ver. do. Qui sunt enim qui habebunt tabernacula eterna nisi sancti dei? Et qui sunt q̃ ab ipsis accipiendi sunt in taberna cula eterna? nisi qui eorum indigẽ tie seruiunt: et quod eis õpus est hylariter subministrant. Isti sunt minimi xp̃i qui omnia sua dimise runt et secuti sunt eum et quicquid habuerunt pauperibus distribue runt vt deo sine seculari compede expediti seruirent: et ab oneribus mundi liberatos velut pennatos sursum humeros tollerent. Augu. de que. evã. Non ergo eos a quib⁹ recipi volum⁹ in tabernacula eter na tanq̃ debitores dei fas ẽ itelligi cũ iusti et sancti significẽt hoc loco qui eos introducant: qui necessita tibus suis terrena bona cõicauerĩt. Ambro. Vel aliter. Facite vo. ami. de iniquo mãmõa. vt largiẽdo pau peribus angelorum ceterorũq̃ san ctorum gratiam cõparemus. Chry. Attende etiam q̃ non dixit. vt susci piant vos in suis mansionibus nõ

Tabernacula eterna q̃ sint.

enim ipsi sunt qui suscipiunt. vnde cum dixisset. Facite vo. ami. addidit. De mā. iniqui. ostendēs q̄ non simpliciter eorum amicitia nobis patrocinabit: nisi bona opera nos comitentur nisi euacuem⁹ iuste diuitias congestas iniuste. Ars igit artiuʒ peritissima ē elemosyna. nō eniʒ nobis domos fabricat luteas: sed vitam perennē impendit. Singularum artium alia alterius adminiculo indiget. cū autem misereri oportet: nulli⁹ alterius: sed solius volūtatꝫ est op⁹. Cyril. Sic igr̄ docebat christ⁹ affluētes diuitijs sūmope diligere amicitiam pauperum et thesaurizare in celis. Nouerat āt humane mētis desidiaʒ: quomodo ambiētes diuitias nulluʒ charitatiuum opus impendūt egentibus. Q̄ igitur talibus nullus spiritaliū bonorum fruct⁹ proueniat: manifestis exemplis ostēdit subdēs. Qui fide. est in minimo: et in maio. fide. est. et qui in modi. iniquus est: ꝛ in maio. iniquus est. Aperit autē nobis dominus oculum cordis exponens quod dixerat cum subdit. Si ergo in iniquo mā. fide. non fu. qd̄ verū ē q̄s cre. vobis? Est igitur minimū iniq̄s mā̄mōa .i. terrene diuitie. que superna sapiētib⁹ nihil esse videntur. Arbitror ḡ aliquē esse in modico fidelē: cū de his minimis oppressis erūna subsidiū ipitur. Itaq̄ si in modico fuerimus perfidi: q̄ pacto ab eo obtinebimus verū .i. diuinoꝝ charismatū vber donū sic hūane iprimēs diuinā spēʒ. Qd̄ āt ad hoc tendat intētio ꝟborū domini: p sequētia pʒ. Dicit eni. Et si in alieno non fuistis fideles qd̄ vr̄m ē q̄s dabit vobis? Ambro. Aliene nobis diuitie sunt: q: preter naturā sunt: neq̄ nobiscū nascunt neq̄ nobiscum trāseunt. xp̄s autē noster ē: q: holum vita est: deniq̄ in propria venit. Theoph. Sic igitur hucusq̄ docuit nos q̄ fideliter deceat dispēsare diuitias. sed q: opū dispēsatio sm̄ deū nō al'r obtinetur: q̄ per impassibilitatē animi ad diuitias nō

Aliene diuicie que.

affecti subiūgit. Nēo ser. pōt duo. do. ser. Ambro. Nō q: duo: sed vn⁹ est dominus: nā et si sint q̄ mā̄mone seruiāt: tn̄ non ille nouit aliqua iura dominatus: sed ipsi sibi iugū seruitutis imponūt. Unus est dominus: q: vnus est deus. vn̄ patet patris et filij vnuʒ esse dominatū. Et huius rationē assignat subdēs. Aut eniʒ vnū odio habebit et alte. dili. aut vni adherebit: et alte. cōtē. Augusti. de que. euā. Hec autē non passim aut quasi temere dicta sunt nemo enim interrogatus vtrū diligat diabolum: responde: se diligere. sed potius odisse deū auteʒ se diligere omnes fere proclamant: ergo aut vnum odiet .s. diabolum: alterum diliget .s. deum: aut alteri adherebit .s. diabolo: cuʒ quasi ei⁹ premia temporalia sectatur: et alterum cōtemnet .s. deū sicut solent minas eius postponere cupiditatib⁹ suis qui de bonitate eius ad impunitatem sibi blandiūtur. Cyril. Cōclusio auteʒ est totius sermonis qd̄ sequitur. Non pote. deo. ser. et mā. totum igit studium trāsferam⁹ ad alterū diuitijs abrenūciantes. Beda. Audiat ergo hoc auarus: non posse simul diuitijs xp̄oq̄ seruiri: et tn̄ non dixit. Qui habet diuitias. sʒ Qui seruit diuitijs. Qui ei diuitiarum seruus est diuitias custodit vt seruus: qui autem seruitutis excussit iugum distribuit eas vt domin⁹. sed qui seruit mā̄mone. illi vtiq̄ seruit: qui reb⁹ istis terrenis merito sue peruersitatis prepositus et pnceps huius seculi nominatur.

Q̄s diuitiarū q̄s dicatur.

¶ Audiebāt autē omnia hec pharisei qui erant auari: et deridebāt illum. Et ait illis. Uos estis qui iustificatis vos coraʒ hoib⁹: de⁹ autē nouit corda vestra. Q: qd̄ hoib⁹ altū est: abominatio ē apud deū. Lex et pphete vsq̄ ad ioānem ex eo regnū dei euāgelizat: et oīs in illud vim facit. Facili⁹ ē aūt ce-

luz et terrā preterire ꝙ de lege vnū apicē cadere. Ois qui dimittit vxorē suā et alterā ducit mechatur: et qui dimissam a viro ducit: mechatur.

¶ Beda. Monuerat christ⁹ scribas et phariseos de sua iusticia ñ ꝑsumere: sed peccatores penitētes recipe. et elemosynis sua peccata redimere: sed illi preceptorem misericordie hūilitatē et ꝑsūmōne deridebāt. vñ dicitur. Audie. autē oia hec pha. q erāt aua. et deridebāt eū. Duas ob cās: q vel min⁹ vtilia iperaret. vel a se iā facta superfluis ingereret. Theop. At domin⁹ detegens in eis occultam maliciā: ostendit eos simulare iusticiā. vnde subditur. Et ait illis. Uos estis qui iustificatis vos corā homi. Iustificant se corā hominibus qui peccatores tanꝙ infirmos desperatosqꝫ cōtēnūt: se aūt ipsos tanꝙ perfectos elemosynarum remedio opus non habere credūt: sed nostri tumoris altitudo. ꝙ sit iuste dānāda videt ille qui illuminabit abscondita tenebrarū. vnde sequitur. Deus autē no. cor. Theop. Et ideo abominabiles ei estis ob arrogantiam et ambitū hūani fauoris. vnde subdit. Q: qd hominibus altum est abominatio est apd deū. Beda. Disputantē autē cōtra auariciā saluatorē: pharisei deridebant: quasi contraria legi prophetisqꝫ preciperet: vbi multi ditissimi deo placuisse leguntur. sed et ipse moyses populum quē regebat: si legem sequeretur: omnibus terrenis bonis abūdaturū predixit: quib⁹ dominus occurrēs ostendit inter legem et euāgeliū: sicut pmissionū ita et preceptorū non minimā esse differentiā. vnde subdit. Lex et ꝓphe. vsqꝫ ad ioānē. Ambro. Non q: lex defecit: sed q: incepit euāgeliū ꝑdicatio. videnł eni minora cōpleri cū potiora succedāt. Chry. Per hoc autē reddit eos celeres ad sui fidē: q: si vsqꝫ ad tēp⁹ ioānis cōsūmata

Legis et prophetie tempus

sunt oia: ego sū qui veni. Non eī desttitissent prophe: nisi venissem ego. Sꝫ dices. Qualiter ꝓphete vsqꝫ ad ioānē cū mlto plres prophete l nouo ꝙ in veteri testō fuerint? Sꝫ de illis prophetis dicit: qui ꝓnūciauerūt xpi aduentū. Euse. Nouerant autē priores prophete predicationē regni celorū: sed null⁹ eorum expresse annunciauerat populo iudeorū: eo q puerilem mētem iudei hūtes imbecilles erāt circa ꝑdicatiōis intēsitatē. Prim⁹ autē ioānes manifeste ꝑdicauit appropinquasse regnū celorum: necnō et peccatorū remissionem per lauacrū regenerationis. vnde sequił. Ex eo regnum dei euāgelizatur: et ois in illud vim facit. Ambro. Lex. n. multa fin naturam tradidit: vt naturalibus indulgētior desiderijs ad iustitie studiū nos vocaret. xps naturam incidit: q: naturales quoqꝫ amputat voluptates: sed ideo vim facimus natureut ñ ad terrena demergat: sed ad supna se erigat. Euse. Magna eni pugna icūbit mortalib⁹ in ascensu celorum. q eni homines carne mortali vestiti subiugent voluptatem: et omnē illicitum appetitum: imitari volentes vitam angelicā quomō non fit violēter? Quis autē vidēs diuino insudātes cultui: et pene suā carnē mortificantes: non reuera fatebitur illos vim inferre regno celorum? Sꝫ et siquis indagauerit mirandū propositū venerādorū martyrū: fatebitur eos vim irrogare in regnū celorū. Augu. de q. euā. Uim etiam faciunt in regnū celorum: vt non solū temporalia ista contēnāt: sed etiam linguas deridētiū se talia contemnētes. Hoc eni subiunxit euangelista cum dixisset. Derisum fuisse iesum cū de cōtemnēdis terrenis diuitijs loqueretur. Bed. Ne autem putarent in eo q dixit. Lex et prophete vsqꝫ ad ioannē: legis vł ꝓpharū ab eo destructionē predicari. hoc excludit subdēs. Facilius autē est celū et terrā preterire: ꝙ de lege vnum apicem cadere. Pre-

Uia celorum ardua.

terit enim figura huius mundi. de lege autem nec vnius quidem littere summitas .i. nec minima q̃q3 a sacramentis spiritalibus vacant: t̃n lex et pphete vsq3 ad ioañe: q2 nõ potuit vltra venturũ prophetizari quod ioannis preconio iam venisse clarebat. qđ autẽ de lege ĩ pperuũ non violanda predixerat. vno exẽpli gr̃a de illo sumpto confirmat testimonio dicens. Oĩs qui dimittit vxorem suam et ducit alteram mechat et qui dimissã a viro ducit mechatur. vt ex hoc vno discerent etiã in ceteris eũ nõ ad soluenda: sed implẽda decreta legis venisse. Theo. Qđ ei cũ imperfectis lex perfecte loqueretur: ex hoc patet q̃ duris ꝯ cordijs iudeorum ait. Si vir odio habuerit coniugem: dimittet eam: q2 cum homicide essent et gauderẽt in sanguine: nec astrictorum sibi miserebantur: adeo vt filios et filias mactarent demonib⁹: nunc vero pfectioris doctrine op⁹ est. Ob hoc igitur dico: q̃ si quis repudiat coiugẽ: nõ incũbente causa fornicatiõis mechat: et qui aliã duxerit mechat. Ambro. Prius autem dicendum arbitror de lege cõiugij: vt post ea de prohibẽdo diuortio disputem⁹. Quidam putant oẽ coniugiũ a deo esse q2 scriptum ẽ. Quos deus coniunxit homo non separet. Quos ergo apostolus dixit. Si infidelis discedit discedat. In quo ostendit non a deo esse omne coniugiũ. neq3 enim xp̃iani gentilibus dei iudicio coniunguntur. Noli ergo vxorem dimittere ne deum tue culpe diffitearis auctorem. Et eni si alienos multo magis vxoris debes tolerare et emẽdare mores: que cũ puulis feta dimittitur. Durum si excludas parẽtem pignora teneas: vt ad cõtumeliã parentis addas ẽt impietatis iniuriam: durius si propter matrem etiã filios simul pellas: pateris ne ne liberos tuos viuente te esse sub vitrico ac incolumi matre esse sub nouerca? Quam periculosum si fragilem adolescentie etatem errori offeras: q̃ impiũ si eius destituas senectutem: cuius deflorauertis iuuentutẽ. Pone si repudiata nõ nubat: et hoc tibi debuit displicere: cui adultero fidem seruat. Pone si nubat. necessitas illius tuum crimẽ ẽ: et quod coniugium putas adulterium est. Hoc moralr t̃n q2 supra pposuerat regnũ dei euãgelizari: et cũ dixisset de lege vnũ apicem non posse cadere: subiecit. Oĩs qui dimittit vxorem suam etc. Uir xp̃s est vxor ecclesia: charitate vxor integritate virgo. ergo quẽ de⁹ traxit ad filiũ non separet persecutio: non auertat luxuria: non phĩa depredet: heretic⁹ non inficiat: iudeus nõ sepet. Adulteri sunt omnesq3 adulterarẽ cupiũt fidei et sapientie veritatem.

¶ Homo quidã erat diues q̃ induebatur purpura et bysso: et epulabatur quotidie splẽdide. Et erat quidã mẽdicus nomine lazarus qui iacebat ad ianuã eius vlceribus plenus: cupiens saturari de micis que cadebant de mensa diuitis: et nẽo illi dabat. Sed et canes veniebãt: et lingebãt vlcera eius.

¶ Beda. Admonuerat supra dominus facere amicos de mãmõa iniq̃tatis: qđ audiẽtes pharisei deridebãt. deide illa que proposuerat: exemplis astruit dicens. Homo. qdã erat diues. Chry. Erat: non est. q2 preterijt quasi vmbra fugiẽs. Non autẽ oĩs sctã pauptas aut diuitie criminose: sed vt luxuria ifamat diuitias: ita paupertatẽ cõmẽdat sãctitas. Paupertas que laudabilis. Sequitur. Et indu. pur. et bysso. Ambro. Purpura color regij habit⁹ est et conchis marinis ferro circũcisis emissa. byssus vero genus lini candidi et mollissimi. Grego. in home. Si autẽ subtilium preciosarũq3 vestiũ cult⁹ culpa nõ eẽt: neq3 smo dei ꝯ tã vigilãt exprimeret. Culpa in vestibus. Neq3 quippe vestimẽta preciosa nisi ad inanẽ gloriam querit: vt honoratior ceteris esse videatur. nemo eni vult ib

precio sis vestibus indui vbi ab alijs nō possit videri. Chry. Cinerē ⁊ puluerē ⁊ terrā purpura ⁊ serico protegebat sm̄ vestimēta eius: ita ⁊ epulē ii nos quales epule talia ⁊ vestimenta. vnde sequitur. Et epulabat̄ q̄tidie splēdide. Greg. p̄mo mo. Ubi solerter intuendū est: quia celebrari sine culpa conuiuia vix possunt pene semper epula cōcomitat̄ voluptas. Nā cū corpus in refectiōis dlectatiōe resoluitur: cor ad inane gaudium relaxatur. Sequitur. Et erat quidā mendicus nomine lazarus. Ambro. Narratio magis q̄ parabola videtur: quando etiā nomen exprimitur. Chry. Parabola vero illa est vbi exemplū ponitur: ⁊ tacentur nomina. Interpretat̄ aūt lazarus qui adiutus est. pauper ei erat ⁊ illū dominus adiuuabat. Cyril. Uel aliť. Presens sermo de diuite ⁊ lazaro similitudinarie scriptus est in parabola vt innotescat q̄ qui terrenis affluunt opibus: nisi velit opitulari necessitatibus pauperum grauē incurrent sententiā. Refert autē traditio iudeorū lazarū quendam fuisse tunc temporis in hierosolymis extrema pressum inopia ⁊ infirmitate: cuius meminit dominus introducens eum in exemplū ad maiorē sermonis manifestationem. Greg. in homeľ. Notandū ēt est: q̄ in pp̄lo plus solēt nota diuitū q̄ pauperū sciri. Dominus aūt nomē pauperis dicit: ⁊ nomē diuitis nō dicit: q̄ deus humiles nouit atq̄ approbat: superbos ignorat. Ut aūt amplius probaretur paup: simul hūc ⁊ paupertas ⁊ egritudo tabefecit. Sequitur enim. Qui iacebat ad ianuā eius vlceribus plenus. Chryso. Ideo iacebat ad ianuam: ne diues diceret. Non vidi: nemo mihi nunciauit. videbat eum exiēs: ⁊ reuertens. ideo vlceribus plenus: vt crudelitatē diuitis suo corpore demonstraret. mortē corporis tui vides iacere ante ianuam: ⁊ non misereris. si dei p̄cepta nō cōsideras: saltem conditionis tue miserere: ⁊ time ne ipse talis efficiaris: egrotatio autem habet aliquod solatiū: si opes habet. Quanta ergo in isto pena est in quo iter tanta vulnera nō meminit dolores plagarū: sed famē? Sequitur enim. Cupiens saturari de micis que cadebant de mēsa diuitis. q.d. Quod proijcis de mēsa hoc prebe i eleemosynā: fac damna lucrum. Ambr. Insolētia aūt ⁊ tumor diuitū in diuitijs cōpetentibus subinfertur. Sequitur eñ. Et nemo illi dabat. Ita eñ sunt cōditionis humane inime mores: vt tanq̄ supra naturā siti: de miserijs pauperū incētiua suarū capiant voluptatum: rideant inopem: insultent egēti: ⁊ quorū misereri deceat: his auferant. Augu. de ver. do. Inexplebilis enim auaricia diuitum. nec timet deum nec hominem veretur. non p̄cit patri aut cōfidem nō seruat: viduam opprimit: rem pupilli inuadit. Greg. i homeľ. Insuper pauper videbat procedētē diuitē ab obsequētib⁹ circūfulciri: se infirmitate ⁊ inopia a nullo visitari. nam q̄ nemo ei aduisitandum aderat testantur canes qui licenter vulnera eius lingebāt. Sequitur eñ. Sed ⁊ ca. veniē. ⁊ linge. vlce. eius. Chry. Ulcera q̄ null⁹ hominum lauare dignabatur ⁊ contractare: fere mites lambunt. Greg. in homeľ. Ex vna ergo re omnipotens deus duo iudicia exhibuit: dū lazarum pauperē ante ianuam diuitis iacere permisit vt ⁊ diues impi⁹ dānationis sibi augeret vltionem: ⁊ tentatus paup cresceret ad remunerationē: q̄ conspiciebat ille quotidie cui misereretur: videbat iste de quo probaretur.

Increpatio diuitum.

¶ Factum est autem vt moreretur mendicus ⁊ portaret ab angelis in sinum abrae. Mortuus est autem ⁊ diues ⁊ sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis: vidit abraam a lō

get

ge z lazarum in sinu ei⁹: z ipse clamans dixit. Pater abraam miserere mei: z mitte lazarũ vt intingat extremũ digiti sui in aquam: vt refrigeret linguam meam qꝛ crucior in hac flamma. Et dixit illi abraam. Fili recordare: qꝛ recepisti bona in vita tua: z lazar⁹ similiter mala. Nũc aũt hic consolat̃: tu vero cruciaris. Et i his oĩbus in ter nos z vos chaos magnũ firmatũ est. vt hi q̃ volũt hinc transire ad vos non possint: neqꝫ inde huc transmeare.

¶ Chry. Audiuimus q̃d vtricꝫ in terra passi sunt: videam⁹ q̃d vtricꝫ patiant̃ apud inferos. Qḋ tẽporale fuit preteriit: quod sequit̃ eternũ est. Vterqꝫ mortu⁹ est. illum angeli: hunc pene susceperunt. Dicit̃ enĩ. Factũ est aũt vt moreret̃ mẽdi. z portar. in sinu abrae. Tante pene repente delitiis cõmutat̃. Portãtur post tãtos labores: qꝛ defecerat: ne saltem ambulans laboraret: z portabatur ab angelis. Nõ suffecerat ad portãdum pauperem vnus angelus: sed ꝓpterea plures venerũt vt chorũ leticie faciant. gaudet vnusquisqꝫ angelus tãtum onus tangere libẽter talibus oneribus pregrauantur vt ducant homines ad regna celorũ. Portatus est autem in sinu abrae: vt illũ palparet z refocillaret sin⁹ abrae paradisus est. Jḋ aũt angeli ministrantes tulerunt pauperem z locauerunt eum in sinu abrae: qꝛ licet despectus iaceret: nõ tamen desperauit: nec blasphemauit dicẽs. Hic diues in nequitia viuens gaudet z tribulationem non patitur. ego vero nec obtinere valeo necessariam escam. Augu. de origine anime. Qḋ autem abrae sinum existimas esse corporeum vereor ne in re tanta iocularĩter non serio agere credaris. Neqꝫ enim vsqꝫ adeo decipieris vt arbitreris corporeum sinum hominis vnius ferre tot animas: immo vt ſm te loquar tot corpora: quot illuc angeli sicut lazarũ perferuut nisi opineris fortasse illam vnam animam solam ad eundẽ sinũ peruenire meruisse. Si errare pueriliter non vis sinũ abrae intellige remotã sedẽ quietis atqꝫ secretam vbi est abraam. z iḋ abrae dictã: nõ ꝙ ipsius tantum sit: sed ꝙ ipse multarum gentiũ pater sit qui ad imitandũ fidei principatũ ꝓpositus est. Grego. in homel. Cũ autẽ duo essent inferius corda pauperis sc3 z diuitis: vnus desuper erat inspector: qui z pauperem tentãdo exercebat ad gloriã: z diuitẽ tolerãdo expectabat ad penã. vnde sequitur. Mortuus est aũt z diues. Chry. Mortuus quidẽ est tunc corpore sꝫ erat illi ante omnia mortua. nihil eñ agebat ex operibus anime. nã totus feruor eius qui prouenit ex dilectione proximi expirauit z erat corpe defuncto defunctior. Nullus autẽ est qui sepeliẽdo diuiti ministrasse dicatur vt lazaro. eo nanqꝫ ꝙ in lato itinere delectatus multos habuit obsequẽtes adulatores: vt peruenit ad finem priuatus est omnibus. Simpliciter enim sequitur. Et sepultus est in inferno. Sꝫ etiã anima eius dum viueret sepeliebatur obruta corpe quasi sepulchro. Augu. de que. euan. Sepultura ãt inferni penarum profunditas est: que superbos z imisericordes post hanc vitam vorat. Basi. Est autẽ infernus quidã locus communis in itimo terre obumbratus vndiqꝫ z opacus: cuius est quoddam orificium in profundum tendens. per quod patet descensus animab⁹ ad mala dãnatis. Chry. Vel sicut regum carceres extra manent: sic et extra mundum foris alicubi est infernus. vnde z exteriores tenebre dicte sunt. Theo. Quidam vero dicunt infernum esse trãsitum ab apparenti ad disparens z deformitatem anime. Quamdiu enĩ anima peccatoris in corpore est apparet

Frequẽtia ãgelorũ circa

Sinus abrae quo accipitur.

Infernorũ descriptio

p ꝓpas opatiões: vt ãt euolat d cor pe fit defozmis. Chry. Sic ãt paupi dũ viueret cõguio: e penã reddebat ia cere ante ianuas diuitis: et aliena bo na ꝓspicere: sic diuiti mortuo au gebat exitium accubitus in gehen na: et ꝓspectus delectationis aza ri: ne solum tormentorum natura: sed et collatione honoris illius into lerabilius sentiret supplicium. vñ sequitur. Eleuans aũt ocu. su. cum esset in to. vi. abraã a lõge. Eleua uit quidem oculos: vt illũ īspiceret non vt despiceret. lazarus eñ sur sum erat: ille deorsum. illũ plures angeli portabãt: istum infinita tor mẽta possidebãt. vnde nõ dicit. Cũ esset in tormẽto: sed In tormẽtis. totus eñ in tormentis erat oculos solos liberos habebat: vt alteri' le ticiã possit aspicere: vt magis torq̃a tur: q: nõ habet quod alius habet. aliorũ diuitie eorũ qui in pauperta te sunt: tormẽta sunt. Greg. Si au tem abraã adhuc in inis nõ esset: hunc diues in tormẽtis positus nõ videret. Eos ei qui celestis patrie vias secuti sunt: post egressum car nis inferni claustra tenuerũt: nõ vt pena quasi peccatores plecteret: sz vt illos in locis remotioribus reqe scẽtes: q: necdũ intercessio media toris aduenerat: ab ingressu regni reat' prime culpe retineret. Chry. Multi autẽ erãt pauperes iusti: sz qui iacuit ad limina eius aspectui occurrit ad eius tristiciaz. Sequit. Et laza. in si. eius. Hinc innotescit q oẽs q̃ a nobis offẽdunt: obijciũt nostro cõspectui. Diues aũt lazaꝝ nõ penes aliũ iustũ: sz i sinu abrae videt erat eñ abraã charitatiuus hic aũt crudelitatis arguit. Ille se dẽs ante fores venabat transeũtes et in domũ ꝓp̃ia igerebat: hic vero manẽtes intus auertebat. Greg. in home. Qui nimirũ diues eũ cui' i hac vita misereri nõ voluit: in suo iã supplicio posit' ꝓtonũ q̃rit. The. Nõ tñ dirigit sermonẽ ad lazarũ sz ad abraã q: forsan erubescebat et putabat lazaꝝ remisci malorũ ex ꝑ

Uldicta dīne iu stitie.

ꝑtis iudicans de illo. vnde sequit. Et ipse cla. dixit. Chry. Magne eñ pene: magnã vocẽ reddebat. Pater abraã. q. d. patrẽ te voco natura: qũo fili' q̃ ꝑdidit suã substantiã. li cet meo vitio te prẽs ꝑdiderĩ. Mise rere mei. Frustra agis pniam vbi nõ est pnie loc'. Tormẽta te cogũt: nõ mẽtis affect'. Quicũq3 in regno celorũ est: nescio an eius qui in Ifer no est valeat misereri. Creator cre a ture misereſ sue. Un' venit medic' qui sanaret morbos: alij sanare nõ poterãt. Mitte lazarũ: erras miser Abraã mittere nõ põt: sed suscipe re põt: vt intingat extremũ digiti sui in aquã. Lazarũ videre non di gnabaris: et nũc digitum ei' deside ras. Hoc qd ꝑetis: tu ei debebas fa cere cũ adhuc viueret. Aquã desi deras: qui delicatos cibos ante fa stidiebas. Uñ cõsciam peccatoris: nõ totũ audet poscere digitum. In struimur aũt q̃ sit vtile in diuitijs nõ cõfidere: ecce diues indiget pau pere qui q̃nq3 esuriebat. Mutãtur: et notificaſ oibus quis esset diues: quis esset pauper: sicut eñ in thea tris cũ aduesperascit: et astãtes re cedunt exeuntes et amictum depo nẽtes qui reges et pretores visi fue rãt: oibus vlceribus pleni vidẽtur vt sunt: sic et adueniente morte et so luto spectaculo vniuersi laruis ege statis et diuitiarũ depositis: ex solis operibus dijudicanſ qui nam vere sint diuites: q̃ paupes. q̃ gl'osi q̃ve inglorij. Greg. in ho. Diues eñ iste qui vlcerato pauperi. mẽse sue vel minuta dare noluit: in inferno po situs vsq3 ad minima querẽda ꝑue nit. nã guttã aque petiuit: qui mi cas panis negauit. Basi. Cõdignũ aũt p̃miũ redditur diuiti illi ignis et infernalis pena: lingua arefacta vice lire sonantis gemitus: vice po tus desideriũ stille: vice spectulato rum enormiũ: caligo profunda: vi ce ambitus incessantis ꝑugil ver mes. vnde sequitur. Ut refrigeret. li. me. quia crucior in hac flamma. Chry. Nõ aũt q: diues fuerat torq̃

Uicissi tudo pe narum.

batur:sed q; misertus nō fuit. Gre.
in homel. Hinc colligendū est qua
pena mulctandus sit qui aliena di
ripit:si inferni damnatione pcutit
qui ppria nō largit. Ambro. Cru
ciat et:q; luxurioso carere delitijs
pena est: aqua aūt est refectio ani
me in doloribus cōstitute. Gre. i ho.
Quid aūt est q in tormētis positus
linguā suam refrigerari postulat:
nisi q is qui cōuiuēdo de loquaci
tate peccauerat: per retributionis
iusticiā in lingua atrocius arde=
bat? Abūdare.n.in cōuiuijs loqua
citas solet. Chry. Multa etiā ligua
eius superba locuta est:vbi pecca=
tū:ibi & pena.& q; plurimū lingua
peccauit:amplius torquet. Augu.
de que.euā. Uel q linguā suā vult
refrigerari cū in flamma totus ar=
deret:significat qd scriptū ē. Mors
& vita in manibus lingue. & q; ore
confessio fit ad salutē:qd p super=
biam ille non fecit. Extremū autē
digiti:vel misericordiā operationē
significat qua p spiritū sanctū sub=
uenitur. Augu. de origine anime.
dicis autem membra hīd anime de=
scribunt:& vis per oculum totū ca=
put intelligi: q; dictus ē leuare ocu
los suos:per linguā fauces. per di
gitū manū. Quid autē cause est vt
nomina ista membrorū in deo tibi
corpus nō faciāt:in anima faciāt?
An vero qn de creatura dr ppie
accipienda sunt.quando autem de
creatore tropice atq; translate? Pe
nas itaq; corporeas daturus eā no
bis:quoniam non creator:sed crea
tura.i.homo dicit. Si assumpsero
penas meas diluculo. Porro supo=
pterea linguā habuit diues ille cor
poreā: qm dixit. Refrigeret linguā
meā.in nobis quoq; adhuc in car=
ne viuētibus.manus hz ipa lingua
corporea:quia scriptum est. Mors
& vita in manibus lingue. Grego.
nisse. Sicut autem prestantissima
speculorum tales representant fa=
cierū imagines:quales & ipse ob=
iecte facies extant:letas quidem le
tantium: tristium vero tristes:sic &

Seculorū exemplum.

iustum dei iudiciū simile fit dispo=
sitionibus nostris. vnde q; diues
non fuit misertus pauperis iacē=
tis ad ianuam: cum misericordia.
egeat non exauditur. Sequitur.n.
Et di.il.abra. Fi.recor. q; rc.bo. in
vi.tua. Chry. Aspice patriarche bo
nitatem vocat illum filium:qd mā=
suetudinē eius potest exprimere:
nullum tamen prebet auxilium ei
qui se remedio priuauerat.vnde di
cit. Recordare.i.animaduertas pec
cata:ne obliuiscaris q fueris oble
ctatus diuitijs:recepisti bona in vi
ta tua.i. illa que verba bona esse
putabas : non potes & in terra re=
gnasse & h regnare.diuitie non pos
sunt esse vere & in terra & in inferis.
Sequitur. Et laza.similiter. mala.
Nō q lazarus ea mala putauerit.
sed ex censura diuitis hoc dicebat:
qui inopiam & famē & duram egri=
tudinem estimabat mala. Quando
igitur infirmitatis & egrotationis
magnitudo premit lazarum cogite
mus & letanter accipiamus mala
in vita nostra. Augu.de que.euan.
Hec igitur ei dicuntur: q; felicita=
tem dilexit seculi: nec aliam vitam
preter illam : in qua superbus tu=
mebat adamauit. Lazarum au=
tem dicit mala recepisse: quia in=
tellexit huius seculi mortalitatē:
labores et dolores : & erumnas pe=
nam esse peccati : quia omnes in
adam morimur : quia factus est
transgressiōe mortalis. Chrisosto.
Dicit etiam . Recepisti bona in
vita tua:quasi debita.q.d. Siquid
boni fecisti vnde premiū daretur:
omnia recepisti in illo mundo:epu
lans:ditatus: oblectatus : successi=
bus prosperis . hic autem siquid
mali cōmisit vniuersa recepit pau=
pertate: fame. & extremis oppres=
sus miserijs: & vterq; vrm huc nu=
dus accessit. hic quidem ia pecca=
tis propter qd & consolationem sor
titur:tu vero a iusticia:pp qd inmi
tigabilem pfers penā.vn sequitur.
Nūc aūt h ↄso. tu vero cruciaris.
Grego.i om. Quicūq; ergo in h se=

culo bene habetis cu vos bona egisse recolitis: valde de ipsis pertimescite: ne concessa vobis prosperitas eorundem remuneratio sit bonorum: et cum quoslibet pauperes nonnulla reprehensibilia perpetrare conspicitis: quia fortasse quos superfluitas tenuissime prauitatis coinquinat: caminus paupertatis purgat. Chrysosto. Sed dices. Nonne est aliquis: qui et hic et illic venia perfruatur: hoc quidem difficile est: et de numero impossibilium. nam etsi paupertas non vigeat: viget tamen ambitio. Si egritudo non stimulet: ira inflammat. si tentationes non impetunt emergunt sepius cogitationes inique. Non est autem paruus labor iracundiam refrenare: compescere illicita desideria: ostentationes sedare: desperationem remittere: vitam aspeream ducere. Talia vero non agentem impossibile est saluari. Grego. I homel. Responderi etiam pot quod mali in hac vita bona recipiunt: quia omne suum gaudium felicitatem transitoriam putant. Justi autem habere hic quidem pnt bona: nec tamen in recompensatione recipe: quia dum meliora. i. eterna appetunt: eorum iudicio quelibet bona affuerint: minime videntur. Chryso. Post misericordiam autem dei in proprijs studijs sperandum est de salute: non numerando patres: aut primos vel amicos. Frater enim non liberat. et ideo subdit. Et inter his omnibus ma. cha. firma. est inter nos et vos. Theo. Chaos magnum significat iustorum a peccatoribus distantiam. nam sicut affectus eorum varij fuerant: sic etiam mansiones non modicum differunt. Chryso. Quod firmatum dicitur: quia non pot dissolui: agitari: vel concuti. Ambro. Inter diuitem igitur et pauperem chaos magnum est: quia post mortem nequeunt merita mutari: vnde sequitur. Ut hi qui volunt hinc ad nos transire non possunt: neque inde huc transmeare. Chryso. q. d. Uidere possumus: transire non possumus. et nos videmus quid fugerimus: et vos videtis quid perdideritis: et nostra gaudia cumulant vestra tormenta: et vestra tormenta cumulant nostra gaudia. Grego. in homel. Sicut enim transire reprobi ad electos cupiunt id est a supplicio rum suorum afflictione migrare: ita ad afflictos atque in tormentis positos transire iustorum est mente ire per misericordiam: eosque velle liberare: sed iustorum anime quamuis in sue nature bonitate misericordiam habeant: iam tamen auctoris sui iusticie coniuncte: tanta rectitudine constringuntur: vt nulla ad reprobos compassione moueantur: nec iniusti ergo ad beatorum sortem transeunt: quia damnatione perpetua constringuntur: nec iusti ad reprobos transire possunt: quia erecti iam per iusticiam iudicij: eis nullo modo ex aliqua compassione miserentur. Theo. Hinc elicis argumentum contra Orige. sequaces qui dicunt. Cum terminus sit imponendus supplicijs: erit tempus quo aggregabuntur peccatores iustis et deo. Augu. de que. euan. Ostenditur enim per incommutabilitatem diuine sententie nullum auxilium misericordie posse preberi peccatoribus a iustis: etiam si velint prebere: quo admonet vt in hac vita homines subueniant quibus possunt ne si postea etiam optime recepti fuerint eis quos diligunt opitulari non valeant. Illud enim quod scriptum est: vt et ipsi recipiant vos in eterna tabernacula: non de superbis et immisericordibus scriptum est: sed de his qui sibi eos amicos de operibus misericordie fecerunt. quos iusti non velut propria potestate quasi gratificando recipiunt: sed permissione diuina.

Dei iusticia ostenditur.

Sententia diuina incommutabilis.

¶ Et ait. Rogo te pater vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres: vt testetur illis: ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi abraam. Habent moysen et prophetas audiant illos. At ille dixit. Non pater abraam: sed si quis ex mortuis ierit ad eos: penitentiam agent. Ait autem illi. Si moysen et prophetas non au-

dtūt: neqȝ siquis ex mortuis resurrexerit credent.

¶ Grego. in homel. Postq̄ ardenti diuiti de se spes tollitur: eius animus ad ppinquos quos reliquerat incurrit. vnde dicitur. Et ait. Ro. te pa. vt mit. eū i do. pa. mei. Augu. de que. euange. Lazarū petit mitti q: sensit se indignum qui testimoniū perhiberet veritati. Et quia nō impetrauerat paululū refrigerari: multo minus credit se relaxari posse ab inferis ad predicationē veritatis. Chrysosto. Uide autē puersitatem: nec in ipsis penis cōtinet veritatē. Si pater est abraā: quomodo dicis. Mitte eum in domū patris mei? sed nō es oblitus patris tui: q: ille te perdidit. Grego. in homel. Reprobotū autem mentē pena sua: quādoqȝ inutiliter erudit ad charitatē: vt iā tunc etiam suos specialiter diligant: qui hic dū peccata diligerēt: nec se amabant. vnde sequit. Habeo em̄ quinqȝ fra. vt teste. il. ne ꝛ ipsi veni. in hunc locū tormentorū. Ambros. Serius autem diues iste magister esse incipit: cum iam nec discēdi tempus habeatur vel docēdi. Grego. in home. Qua in re notādū est ardenti diuiti quāta supplicia cumulant. ad penam nāqȝ suā ei cognitio seruatur, ꝛ memoria. cognouit em̄ lazarū quē despexit: et fratrum suorū meminit quos reliqt: vt em̄ peccatores i supplicio amplius puniātur: ꝛ eorū vident gloriā quos cōtempserūt: ꝛ de illorū pena torquētur quos inutiliter amauerūt. Petēti autē diuiti vt lazarus mitteret ad abraā ptinus respōdetur. vn̄ sequitur. Et ait illi abraā. Ha. mo. ꝛ pphe. audi illos. Chryso. q. d. Non sint tibi magis curę fratres tui q̄ꝫ deo q̄ eos creauit: statuitqȝ eis doctores qui eos cōmonerent ꝛ sollicitarent. Uocat aūt hic moysen et pphetas scripta mosayca ꝛ prophetica. Ambro. Quo loco euidentissime declarat dominꝰ vetꝰ testamētum: esse fidei firmitatē: retūdens perfidiā iudeorum: et excludens nequitias hereticorū. Grego. in homel. Sed qui dei verba despexerat: hoc audire nō posse suos seqꝫces estimabant. vnde sequit. At ille dixit. Non pater abraam: sed siqs ex mortuis ierit ad illos penitētiā agent. Chryso. Quia enim audiēdo scripturas contemnebat ꝛ fabulas esse putabat: ex his que passus fuerat: ipse quoqȝ diiudicabat de fratribus. Grego. nisenus. Sed ꝛ aliud quoddā dogma docemur: q lazari quidē anima non est erga p̄sentia sollicita nec retorquet se ad aliquod relictorū. at diues quasi quodā visco etiam post mortem a vita detinetur carnali. nam siquis oino carnalis s̄m mentē fiat: nec postq̄ corpus exuerit remouetur a passionibꝰ eiꝰ. Grego. in homel. Sed mox diuitive raci sentētia respondet. Sequit em̄. Ait autem illi. Si moysen ꝛ prophetas nō audiunt neqȝ siquis ex mortuis resurrexerit credent ei. Quia qui verba legis despiciunt: redemptoris precepta qui ex mortuis resurrexit: quanto subtiliora sunt: tanto hic difficilius implebunt. Chrys. Qđ autem verum sit q qui non auscultat scripturis. nec mortuis rediuiuis auscultat: ostenderūt iudei: q̄ nūc q̄ de volebāt occidere lazarū. nūc vero inuadebant apostolos: cuꝫ tamen a mortuis nonnulli resurrexerint hora crucis. Sꝫ et illud considera q quisqȝ mortuus seruꝰ est. quecunqȝ vero dicūt scripture dicit dn̄s. vn̄ ꝛ si resurgat mortuꝰ: et si celitus descenderit angelus: oībus magis sunt digne fide scripture. nā angelorum dn̄s viuorū ꝛ mortuorū eas istituit. Si autē sciret hoc deus q mortui resurgētes prodessent viuētibꝰ: non hoc omisisset: qui pro vtilitate nostra singula queqȝ tractat. sꝫ etsi crebro resurgerēt mortui: hoc iterū tēpore contēneret: sed ꝛ diabolus facile introduceret puersa dogmata. id quoqȝ per organa sua fingēs. nō quidem suscitās vere defunctos: sꝫ quibusdā fallacijs spectantium frustrans intuitū vel ingeniās quesdā.

Cura exulatio nis ꝑpo stera.

Mira declaratio

morte simulare. Augusti. de curis p mortuis habedis. Diceret aut aliqs. si nulla est mortuis cura de viuis quomodo diues rogauit abraa3 vt mitteret lazarum ad quinque fratres suos? Sed nunquid quia hoc diues ille dixit: ideo quid fratres agerēt vel quid paterentur in illo tempore sciuit? ita illi cura fuit de viuis: quā uis quid agerēt omnino nesciret sicut nobis est cura de mortuis quāuis quid agant omnino nesciamus. Sz rursus occurrit questio: quomodo hic abraam esse sciebat moysen et prophetas id est libros eorum: vbi etiā nouerat diuitem illu3 in delitijs. lazarum vero in doloribus vixisse? Uerum non cū hec agerentur in viuis: sed eis mortuis potuit lazaro indicante cognoscere: ne falsum sit qd ait propheta. Abraa3 nesciuit nos. Possunt et ab angelis qui rebus q aguntur hic presto sunt audire aliquid mortui. possunt etiam aliqua que necessarium est eos nosse nō solum preterita: verumetiam futura spiritu dei reuelāte cognoscere. Augusti. de questio. euan. Per allegoriam autem hec sic accipi possunt: vt in diuite intelligātur superbi iudeorum ignorantes dei iusticiam et suam volentes constituere. Purpura et byssus dignitas regni est: et auferetur inquit a vobis regnu3 dei. epulatio splendida iactantia legis est: in qua gloriabantur plus ad pompam elationis abutentes ea: q ad necessitatem salutis vtentes. Mendicus autem nomine lazarus: qui interpretatur adiutus: significat indigentem velut gentilē aliquē aut publicanum: qui tāto magis adiuuatur: quanto minus de suarum copia facultatum presumit. Grego. in homel'. Lazarus igitur vlceribus plenus gentilē populu3 figuraliter exprimit qui dum ad deu3 conuersus peccata sua confiteri non erubuit: huic vulnus in cute fuit. Quid em est peccatorū confessio: nisi quedam vulnerū ruptio? sed lazarus vulneratus cupiebat saturari: de micis q cadebāt de mensa diuitis: et nemo illi dabat: quia gentilem quēque ad cognitionē legis admittere superbus ille populus despiciebat. et quia ea verba defluebant de scientia quasi mice cadebant de mensa. Augu. de questio. euange. Canes autē qui vlcera pauperis lingebāt: nequissimi homines sunt amātes peccata: qui lata lingua etiam laudare non cessant opera mala que in se alius gemens et ↄfitens detestatur. Grego. in homel'. Nonnunq etiam solent in sacro eloquio per canes predicatores itelligi: sm illud. Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Canu3 etenim lingua vulnus du3 lingit curat: quia doctores sancti dum in cōfessione peccati nostri nos instruūt: quasi vulnus mentis per linguam tangunt. Diues autem sepultus est in inferno. in sinū vero abrae lazarus ab angelis ductus est: id est in secretam requiem. de qua veritas dicit. Multi venient ab oriente et occidente: et recūbent cū abraā isaac et iacob in regno celorū. filij autem regni ejcientur i tenebras exteriores. De longinquo aūt advidendū lazarum oculos diues leuat: q du3 per damnationis sue supplicia infideles in imo sunt: fideles quosque ante die3 extremi iudicij super se in requie attendunt: quorū post gaudia contemplari nullaten possunt. Longe ḡo est qd conspiciunt: q illuc per merita nō attingūt. In lingua autem amplius ardere ostēditur: q infidelis populus verba legis in ore tenuit: que opere seruare cōtempsit. Ibi ergo amplius ardebit: vbi se amplius ostēdit scire qd facere noluit. Abraā autē filiū eū vocat: quem tn a tormēto nō liberat: qz huius infidelis populi pres: q multos a sua fide deuiasse ↄsiderāt: eos nulla cōpassione a tormentis eripiūt: quos tn per carnē filios recognoscūt. Augu. de que. euāge. Quinque autē fratres quos habere dicit in domo patris sui: iudeos significat: q appellati sunt quinque: q sub lege detine-

Questio pulchra

Allegorica expositio.

Uisio lazari q aliq.

bantur que per moysen data est: q̄
quinq̧ libros cōscripsit. Chrysosto.
Uel habuit quinq̧ fratres. i. quinq̧
sensus quibus ante seruierat: et io
lazarū amare nō poterat: q: illi fra
tres nō amāt paupertatē. Illi te fra=
tres in hec tormenta miserūt: salua
ri non possunt nisi moriātur: alioq̄n
necesse est vt fratres habitēt cū fra
tre suo. Sed q̄d queris vt mittā la=
zarū? habent moysen ⁊ prophetas.
Moyses lazarus pauper fuit: ma=
iores diuitias esse arbitrat⁹ paup
tatem christi: q̄s diuitias pharao=
nis. Hieremias in lacum missus pa
ne tribulationis vescebat: ⁊ oēs pro
phete istos fratres docent: sed isti
fratres saluari non possunt nisi ali
quis ab iferis resurrexerit. Isti eñ
fratres anteq̄s xp̄s resurgeret: me
ducebant in mortē: ille mortu⁹ est: sz
isti fratres resurrexerūt. nunc ocu=
lus me⁹ xp̄z videt: auris eū audit: ta
ctus amplectitur. Et hoc autem qd̄
dixim⁹: locū determinam⁹ martioni
et manicheo q̄ destruūt vetus testa
mentū. Uide ergo q̄d dicat abraaz:
si moysen ⁊ pphetas nō audiunt. q.
d. Bene facis eum qui resurrectur⁹
est expectando: sed in illis xp̄s loq̄=
tur. si illos audies ⁊ illū auditurus
es. Grego. in homel. Judaicus aūt
populus: q: moysi verba spirituali=
ter intelligere contempsit: ad euz de
quo moyses locut⁹ fuerat: non pue=
nit. Ambro. Uel aliter. Lazarus est
pauper in seculo: sz deo diues. neq̧
eñ omnis sancta paupertas aut di
uitie criminose: sed sicut luxuria in
famat diuitias: ita paupertatē cō=
mēdat sanctitas. Siue apostolicus
aliquis pauper in verbo: locuples
in fide: q̄ veram teneat fidez: verbo
rum insulas nō reqrit. Cui similem
illum puto: qui cesus sepius a iu=
deis: vlcera sui corporis lambenda
quibusdā velut canibus offerebat.
Beati canes in quos vlcerū talium
distillat humor: vt impleat cor quo
custodire domū: seruare gregem: ca
uere assuescant lupos. et quia pa=
nis verbum est. fides autem verbi
est mice: velut quedam dogmata fi
dei sunt mysteria scilicet scriptura
rum. Arriani autem qui societatez Arria=
potentie regalis affectant: vt impu noꝝ phi=
gnent ecclesie veritatez nōne tibi vi dia.
dentur in quadam purpura ⁊ bysso
iacere: qui cū p veris fucata defen
dāt: diuitibus abūdant sermonib⁹.
Diues heresis euāgelia multa cō=
posuit: ⁊ pauper fides hoc solū euā
geliū tenuit qd̄ accepit. Diues phi
losophia plures sibi deos fecit: pau
per ecclesia vnū deū nouit: nōne ille
videntur egene diuitie: ⁊ redūdare
paupertas? Au. 3n. de que. euā. Aliter
etiā intelligi pōt illa narratio: vt la
zarū dñm significare accipiam⁹ ia=
centez ad ianuā illius diuitis: q: se
ad aures superbissimas iudeoruz:
incarnationis humilitate deiecit:
cupiens saturari de micis que ca=
debāt de mēsa diuitis. i. querēs ab
eis vel minima opa iusticie: que sue
mense. i. sue ptāti p supbiā nō vsur=
parent: q̄ opa q̄uis minima et sine
disciplina pseuerātie vite bone: sal
tem interdū vel casu facerent: sicut
mice de mēsa cadere solent. Ulcera
passiones sunt dñi. Canes q̄ ea lin=
gebāt: gentes sunt quos immūdos
iudei dicebāt: ⁊ tamē passiones dñi
in sacramētis corporis ⁊ sanguinis
ei⁹ p totū iam orbē suauitate deuo=
tissima lābunt. Sinus abrae intelli
git secretū pr̄is quo post passionem
resurgēs assumpt⁹ est dñs: quo euz
portatū ab āgelis: id dictū puto: q:
ipsam receptionē q̄ in secretū pr̄is
accessit: āgeli annūciauerūt discipu
lis. Cetera s̄m supiorē expositionez
accipi possunt: q: secretū patris bñ
intelligitur: vbi etiam ante resur=
rectionē iustorum anime viuūt cum
deo. Capitulum. xvij.



T ait ad discipu=
los suos. Impossi
bile est vt non ve=
niant scādala. Ue
autē illi per quem
veniunt. Utilius est illi si lapis

molaris imponatur circa collum eius: et proiciatur in mare. quam vt scandalizet vnum de pusillis istis. ¶ Theo. Quia pharisei existentes auari conuiciabantur christo de paupertate predicanti: induxit parabolam diuitis et lazari. Deinde cum discipulis confert de phariseis indicans eos scismaticos: et diuine vie impeditores esse. vnde dicitur. Et ad discipulos suos ait. Impossibile est vt non veniant scandala. i. impedimenta bone et deo placite conuersationis. Chry. Sunt autem duplicia scandala: quorum hec quidem diuine glorie refragantur. hec vero prodeunt solum ad irrogandum fratribus impedimentum. nam excogitationes heresum: et quicunque contra veritatem fit sermo: diuine glorie refragantur. Non tamen ad presens memorat: videntur huiusmodi scandala: sed magis ea que contingunt inter amicos et fratres: sicut iurgia: detractiones: et huiusmodi. vnde postea subdit. Si peccauerit in te frater tuus et c. Theoph. Uel dicit: quod necesse est emergere multa predicationis et veritatis obstacula: sicut pharisei impediebant christi predicationem. Querunt autem aliqui. Si necesse est vt veniant scandala: cur dominus arguit scandalorum auctorem. Sequitur enim. Ue autem illi per quem veniunt. Quicquid enim parit necessitas: veniale est. Sed attende quod necessitas ista ex libero arbitrio sortitur originem. videns enim dominus qualiter homines innituntur malo: nec proponit aliquid boni dixit quod omnino est ex consequentia eorum que videntur necesse est contingere scandala: sicut si medicus videns quemque mala dieta vtentem dicat: necesse est hunc egrotare. et ideo induxit scandala venire dicit: et penam ei comminatur dicens. Utilius est illi si lapis molaris imponatur circa collum eius: et proiciatur in mare: quam vt scandalizet vnum de pusillis istis. Beda. Secundum maiorem prouincie palestine loquitur: cum maiorum criminum apud veteres iudeos fuerit pena: vt in profundum ligato saxo demergerentur. et revera vtilius est in nocium pena quamuis atrocissima temporali tamen vitam finire corpoream: quam fratri nocentem mortem anime mereri perpetuam. Recte autem qui scandalizari potest pusillus appellatur. qui enim magnus est: quodcunque viderit: quodcunque passus fuerit: non declinat a fide. Inquantum ergo sine peccato possumus: euitare proximorum scandalum debemus. Si autem de veritate scandalum sumitur vtilius permittitur scandalum quam veritas relinquatur. Chry. Per scandalizantis autem penam brauium saluantis addisce: nisi enim vnius anime salus esset sibi nimium cure: non comminaretur scandalizantibus tantam penam.

¶ Attendite vobis. Si peccauerit in te frater tuus: increpa illum: et si penitentiam egerit: dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te: et septies in die conuersus fuerit ad te dicens. Penitet me: dimitte illi.

¶ Ambro. Post diuinitatem qui cruciatur in penis: subiacet preceptum venie largiende his qui se ab errore couertunt: ne quem desperatio non reuocet a culpa: vnde dicitur. Attendite vobis. Theo. quasi dicat. Necesse est scandala contingere: non tamen necessarium est vos perire. si peccaueritis: sicut non est necesse oues perire lupo veniente: si vigilet pastor. Et quoniam multe sunt scandalizantium differentie. quidam enim sunt insanabiles: quidam sanabiles. Et ideo subiungit. Si peccauerit in te frater tuus increpa illum: et si penitentiam egerit: dimitte illi. Ambro. Ut neque difficilis venia nec remissa sit indulgentia. neque austera precellat inuectio: vel conniuentia non inuitet ad culpam. vnde et alibi dicitur. Corripe eum inter te et ipsum solum. plus enim proficit amica correctio quam accusatio turbulenta. Illa pudorem incutit hec indignationem mouet: seruetur potius quod prodi metuat quismoueatur. Bonum quippe est vt amicum magis te: qui corripitur credat: quam

Scandalum duplex.

Doctrina vtilis

inimicum. Facilius enim consiliis acquiescitur: q̃ iniurie subcumbit. Infirmus custos diuturnitatis est timor. pudor autem bon⁹ magister officii. qui enim metuit reprimitur: non emendatur. Pulchre autem posuit. Si peccauerit in te. Non enim est eqna conditio in deũ hominẽq; peccare. Beda. Intuẽdũ est autem quia non passim peccanti dimittere iubet: sed penitentiam agenti. hoc enim ordine scandala declinare possumus: si nullũ ledamus: si peccantẽ zelo iusticie corripimus. si penitẽti misericordie viscera pandimus. Theophi. Sed queret aliquis. Si cum pluries indulserim fratri: iterum fit nociuus. quid agẽdum est secũ? Ideo questioni huic respondẽs sub dit. Et si septies in die pecca. in te: et septi. in die cõuer. fue. ad te dicẽs peni: me. dimitte illi. Beda. Septenario numero non venie dande termin⁹ ponitur: sed vel omnia peccata dimittenda vel semper penitenti dimittendum precipitur. Solet eñ sepe per septem cuiusq; rei aut temporis vniuersitas indicari. Ambro. Uel quia septima die requieuit de⁹ ab operibus suis: post hebdomadã istius mundi requies nobis diuturna promittitur vt quemadmodum mala istius mundi opera cessabũt: ita et vindicte seueritas q̃uiescat.

Septenarii mysterium.

¶ Et dixerunt apostoli domino: adauge nobis fidem. Dixit autem dominus. Si habueritis fidem sicut granum synapis diceretis huic arbori moro eradicare: et transplantare in mare: et obediet vobis.

¶ Theophi. Audiẽtes discipuli domini de quibusdam arduis disserentẽ, puta de paupertate ⁊ scandalis euitandis petunt sibi fidem augeri: per quam possent paupertatẽ sequi. nihil enim adeo cultum suggerit paupertatis sicut credere et sperare in domino et vt per fidem scandalis valeant resistere. vnde dicitur. Et dixe. apo. do. adau. no. fidem. Gregorius. xviii. moral. Utiq; iam accepta per initium fuerat: q̃ si per augmentum graduũ ad perfectionem veniret. Augustinus. de que. euan. Potest quidem intelligi hanc fidem sibi augeri postulasse qua creduntur ea que non videnẽ: sed tamen dicit etiam fides rerum quando nõ verbis sed ipsis rebus presentibus credit q̃ futurum est: cũ iam per speciem manifestam se contẽplandũ prebebit sanctis ipsa dei sapientia per quã facta sunt omnia. Theophi. Dominus autẽ ostẽdit eis q̃ bene peterent: et q̃ credere deberent constanter: ostẽdẽs eis q̃ fides multa potest. vnde sequit. Dixit aũt do. Si ha. fi. si. gra. sy. di. hu: car. mo. era. ⁊ transpl. in ma. et obe. vobis. Duo magna concurrũt in idem. transpositio radicati in terra: et plantatio in mari. quid enim in vndis plantat: per q̃ duo v̄tutẽ fidei manifestat. Chry. Mentionẽ aũt facit synapis: q2 eius granum ⁊ si sit paruũ q̃ntitate, est tamen potestate virtuosius olbus. Insinuat igitur q̃ minimũ sue fidei magna potest. Si aũt morũ non transposuerunt apostoli non calũnieris. nõ eñ dixit. Transferetis: sed transferre poteritis: sed noluerunt: quia opus nõ erat: cum maiora fecerint. Queret autẽ aliquis. Quomodo xp̄s dicit minimã partẽ esse fidei que montes põt transponere cũ paulus dicat hãc esse omnẽ fidẽ. q̃ montes transfert. Dicendum igit est q̃ apostolus attribuit toti fidei mõtem transponere non tanq̃ tota fides solũ hoc possit: sed q2 hoc carnalibus magnum videbat propter eminentiam corporis. Beda. Uel fidẽ perfectã dñs hic grano synapis cõparat: eo q̃ sit in facie humilis et in pectore feruẽs. Mystice aũt per morũ: cuius colore sanguineo fruct⁹ ⁊ virgulata rubent: euãgelium crucis exprimitur: que per fidem apostolorum de gente iudeorum: in qua velut in stirpe: generis tenebatur:

Duo magna cõcurrũt

verbis predicationis eradicata et in mare gentiū plātata est. Ambro. Uel hoc dicitur qm̄ fides spiritū excludit immundū. nam fructus mori primo albet in flore: qui inde iā formatus rutilat: maturitate nigrescit. Diabolus quoqꝫ ex albēti āgelice flore nature et potestate rutilanti prevaricatione detectus: tetro inhorruit odore peccati. Chry. Morū etiā diabolo aptabis. nā sicut mori frondibus vermes alūtur: sic diabolus per cogitationes exortas ab eo: alit nobis vermē perpetuum: sed hunc morum potest fides ab aiab⁹ nostris euellere: et in abyssum demergere.

¶ Quis autem vestrū habens seruum arantē aut pascentem boues: qui regresso de agro dicat illi statim transi: et recumbe et nō dicit: para qd̄ cenē: et precinge te: et mistra mihi: donec manducem et bibā: et post hec tu manducabis et bibes? Nunquid gratiam habet seruo illi: quia fecit que ei imperauerat? Non puto. Sic et vos cū feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite: Serui inutiles sum⁹. Qd̄ debuim⁹ facere fecimus.

¶ Theo. Quia fides propriū possessorem facit diuinorū mandatorum obseruatorē: viuificis eū exornans operibus. exinde videbatur hoiem incurrere posse superbie vitiū. vn̄ premonuit dn̄s apostolos ne superbiant in virtutibus suis per exemplum cōueniens dicens. Quis aūt ve. habens seruum arantē aut bo. pascē. qui regres. de agro di. illi sta. tran. et recūbe. Augu. de que. euan. Uel aliter. Hanc ergo fidē presentis sine veritatis plerisqꝫ nō intelligētibus videri pōt dn̄s. discipulis suis nō ad id qd̄ petierant respondisse. Difficile autē mihi apparet nisi intelligamus ex fide in fidē. i. ex fide ista qua ministratur deo: in eam fidem significasse trāsferri vbi fruan-

Fidei virtus.

tur deo. Augebitur eñ fides cū primo verbis predicātibus: deinde rebus apparentibus credit: sed illa cōtemplatio summam quietem habet: que i eterno dei regno retribuitur. Summa vero quies illa premium est iustorū laborum qui ecclesie administratione peragunt. et ideo qͥs in agro aret seru⁹ aut pascat: hoc est in vita seculari: vel terrena verset negocia: vl̄ stultis hominib⁹ tanqꝫ pecoribus seruiat. opus est vt post illos labores domi veniat: hoc est ecclesie societ. Beda. Uel seruus de agro egreditur: cū intermisso ad tēpus opere predicandi ad conscientiā doctor recurrit: sua secū acta vel dicta retractans: cui nō statim dn̄s dicit. Trāsi de hac vita mortali. Recumbe. i. in eterna sede beate vite fouere. Ambro. Intelligitur enim qꝛ nullus recūbit nisi ante transierit. deniqꝫ et moyses ante transiuit vt magnū visum videret. Sicut ergo tu nō solū nō dicis seruo tuo. Recūbe sed exigis ab eo aliquod ministeriū: ita nec in te patit̄ dn̄s vnius vsum esse operis et laboris: qꝛ dum viuimus debem⁹ semper operari. vn̄ sequit̄. Et non dicat ei: para qd̄ cenē: et precinge te: et ministra mihi donec manducē et bibam? Beda. Jubet parari qd̄ cenet: hoc est post laborē aperte locutionis humilitatem quoqꝫ cōsiderationis ppͥe exhibere: tali cena dn̄s pasci desiderat. precingi autē est mentē humilitatē ab omnibus fluctuantiū cogitationū finib⁹ quibus operū gressus impediri solet constringere. nam qui vestimenta precingit: hoc agit ne incedens inuoluatur ad lapsum. Ministrare vero deo est absqꝫ gratie ei⁹ auxilio nil viriū habenti profiteri. Augustinus. de que. euā. Ministrātibus etiam hoc est euangelizantibus seruis suis manducat et bibit dominus confessionem et fidem gentium. Sequitur. Et post hoc tu mādu cabis et bibes. Beda. Quasi dicat. Postqꝫ tue predicationis opere delectatus tueqꝫ cōpunctionis epu-

Expositio tropologica.

lis fuero refectus: tunc demum trā fies ꝛ eternis mee sapientie dapib⁹ in eternū reficieris. Cyril. Docet āt dominus ꝙ ius potestatis domini ce: quasi debitam subiectionem requirit a famulis. cum subdit. Nun quid gratias habet seruo illi: quia fecit que sibi imperauerat? Nō puto. per hoc morbus superbie tollit. Quid superbis? ignoras ꝙ si nō psoluis debitum: periculum imminet. Si vero persolusas: nullam gratiam facis: sm illud pauli. Si euangelizauero non est mihi gloria. necessitas enim mihi est: veh mihi si non euangelizauero. Considera ergo ꝙ qui apud nos dominantur: non referunt gratias: cum aliqui subditorum statuta sibi prosequuntur obsequia: sz ex beniuolētia sepius suoꝝ prouocantes affectum: maiorē eis appetitum seruiendi aggenerant. Sic ꝛ de⁹ petit quidem a nobis famulatum iure seruitij. verum quia clemens et bonus est: honores laborantibus pollicetur: ꝛ supereminet sudoribus subiectorum beniuolentie magnitudo. Ambro. Non ergo te iactes si bene seruisti: quod facere debuisti. Obsequitur sol. obtemperat luna. seruiunt angeli: et nos ergo non a nobis laudem exigam⁹ vnde concludens subdit. Sic ꝛ vos cum oia benefeceritis: dicite. Quia serui inutiles sumus: quia quod debuimus facere fecimus. Beda. Serui quidem quia precio empti. Inutiles. quia dominus bonorū nostrorum non indiget: vel quia non sunt cōdigne passiones huius temporis ad futuram gloriam. Hec igitur est in hominibus fidei perfectio si omnibus que sunt precepta impletis: imperfectos se esse nouerit.

Obsequia creaturarum mundi.

¶ Et factum est: dū iret iesus in hierusalem trāsibat per mediam samariam et galileam. Et cum ingrederetur quoddā castellum: occurrerunt ei decē viri leprosi. Qui steterunt a longe et leuauerunt vocem dicentes: Jesu preceptor: miserere nostri. Quos vt vidit dixit. Ite ostēdite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent: mūdati sunt. Unus aut ex illis vt vidit quia mundatus est: regressus est cum magna voce magnificans deum. Et cecidit in faciē ante pedes eius gratias agēs. Et hic erat samaritanus. Respondens autem iesus dixit? Nonne decem mundati sunt? Et nouem vbi sunt. Non est inuētus qui rediret: et daret gloriam deo nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge vade: quia fides tua te saluum fecit.

¶ Ambro. Post predictam parabolam reprehenduntur ingrati. dicit enim. Et factum est dum iret iesus in hieru. transibat per mediam samariam ꝛ galileā. Tytus. Ut ostendat ꝙ samaritani quidem beniuoli iudei vero predictis beneficijs sunt ingrati. erat enim discordia inter samaritanos ꝛ iudeos: quā ipē quasi pacificans inter vtrosqꝫ transit: vt vtrosqꝫ cōpigat in vnū nomen hois. Cyril. Deinde suā gl'iam saluator manifestat attrahēs ad fidē israel. vñ sequit. Et cū ingrederet quoddā castellū: occurrerūt ei decem viri leprosi: ab vrbibus ꝛ oppidis expulsi et quasi immundi ritu legis mosayce. Tytus. Conuersabantur autem adinuicem: quia fecerat eos vnanimes communitas passionis: et prestolabantur transitum iesu sollicite donec aduenientem christū viderēt. vnde sequitur. Qui steterunt a longe: eo ꝙ lex iudeorū lepram immundam iudicat. lex autem euangelica non externam: sed internam asserit esse immundam. Theophilus. A longe ergo stant quasi verecundantes de immundicia que eis imputabatur. putabant enim ꝙ christus eos fastidiret ad modum aliorum sic ergo abstiterunt loco: sed

facti sunt proximi deprecãdo. ppe enim est domin⁹ olb⁹ inuocantibus eũ in veritate. vnde sequitur. Et leuauerunt vocẽ dicẽtes. Jesu preceptor miserere nostri. Tytus. Dicũt nomẽ iesu et lucrifaciunt rẽ. nã iesus interpretatur saluator. Dicũt miserere nobis propter experiẽtiã virtutis eius: neqꝫ argẽtũ petẽtes neqꝫ aurũ: sꝫ vt aspectũ corporis sanum obtineant. Theo. Nec simplr obsecrant eũ: nec rogãt eũ vt mortalem. vocãt eni eũ preceptorẽ. i. dñꝫ: quo pene videntur hunc opinari deum. At ipse iubet illis vt ostenderent se sacerdotibus. vnde sequitur Qd vt vidit dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus. Ipsi enĩ experiebãtur si mũdati forent a lepra vel nõ. Cyril. Lex etiã mundatos lepra iubebat offerre sacrificiuꝫ causa purgationis. Theophi. Jubere ergo eis vt irẽt ad sacerdotes: nihil alĩd innuebat nisi ꝙ debebant curari. vnde sequitur. Et factum est dum irent mundati sunt. Cyril. In quo iudeorum pontifices emuli glorie eius cognoscere poterant ꝙ inopinate et mirifice sanati sunt: cõcedẽte xpo eis salutem. Theophi. Cum autem decem essent: nouẽ qui israelite erãt igrati fuerũt: sed alienigena samaritanus reuersus: voces emittebat benignas. vnde sequit. Unus autem ex illis vt vidit quia mũdatus est regressus est cũ magna voce magnifi. deũ. Tytus. Dedit autem ei appropinquandi fiduciaꝫ suscepta purgatio. vnde seqt. Et cecidit in faciẽ suaꝫ ante pedes eius gratias agens. Ex procubitu et supplicatione fideꝫ suã simul cũ beniuolentia pãdẽs. Sequitur. Et hic erat samaritanus. Theo. Hinc poterit qsque cõiicere: ꝙ nihil ipedit quẽqꝫ placere deo et si de genere prophano processerit: dũmõ bonum gerat propositum. Nullus ẽt natus ex sanctis superbiat. nouẽ ei qui israelite erant ingrati fuerũt. vnde sequitur. Respondẽs autem iesus dixit nonne decẽ mundati sũt et nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret: et daret gloriaꝫ do nisi hic alienigena. Tyt⁹. Per hoc ostenditur ꝙ promptiores ad fideꝫ erant alienigene. lentus enim erat ad fidem israel. vnde subditur. Et ait illi: surge: vade: quia fides tua te saluum fecit. Augu. de q. euan. Mystice autem leprosi intelligi possunt: qui sciam vere fidei non habẽtes varias doctrinas profitẽtur erroris. Non enĩ abscõdunt iperitiã suã sed pro summa peritia proferũt in lucem et iactantiã sermonis oñdunt. Coloris quippe vitiũ lepra ẽ. vera ergo falsis inordinate permixta in vna disputatione vel narratione hominis taqꝫ in vnius corporis colore apparentia significat lepram tanqꝫ veris falsisqꝫ colorum locis humana corpora variãtẽ atqꝫ maculantẽ. Hi autẽ tã vitandi sunt ecclesie vt si fieri potest longius remoti magno clamore xpm interpellent. Qd autem preceptorẽ euꝫ inuocauerunt satis puto vere leprã falsam esse doctrinã: quã bonus preceptor abstergat. Nullum aut eorum quib⁹ hec corporalia bñficia dominus prestitit: inuenitur misisse ad sacerdotes nisi leprosos. sacerdotiũ enĩ iudeorũ figura fuit sacerdotij qd est in ecclesia. Cetera autẽ vitia perseipsum interi⁹ in conscia domin⁹ sanat et corrigit. Doctrina vero vel imbuendi per sacra vel cathetizãdi per sermonẽ ptãs ecclesie tributa ẽ. Qui dum irent mũdati sũt quia gentiles: ad quos venerãt petrus nondum accepto baptismatis sacramento: per quod spiritaliter ad sacerdotes peruenitur: infusione spiritussancti declarantur. Quisquis ergo in ecclesie societate doctrinã integrã verãqꝫ asseqt eo ꝙ manifestatur varietate mendaciorum tanqꝫ lepra caruisse: hic tamen igratus deo mundatori suo gratiarum agendarum pia humilitate nõ prosternitur similis est illis: de quibus dicit apostolus: ꝙ cũ deum cognouissent: non vt deuꝫ ma

Uirtus nois iesu.

Gñis glia in anis.

gnificauerūt aut gratias egerunt: ideo tales in nouenario numero tā͂q̄ imperfecti remanebūt. Nouem enim indigent vno vt quadam vnitatis forma coagulentur vt. x. sint. Ille autē q̄ gratias egit vnice ecclesie significatione approbatus ē. Et quia illi erāt iudei amisisse per superbiam declarati sunt regnum celorum. vbi maxime vnitas custoditur. Iste vero qui erat samaritan⁹ quod interpretatur custos: illi a q̄ accepit tribuens quod accepit fm illud. Fortitudinem meā ad te custodiā vnitatem regni humili deuotione seruauit. Beda. Cecidit autē in faciem: q2 ex malis que se perpetrasse meminit erubescit qui surgere et ire precipitur: q2 qui infirmitatem suam cognoscens humiliter iacet per diuini verbi consolationē ad fortia opera proficere iubetur. ii autem fides saluum fecit eū qui se ad agendas gratias inclinauit ergo perfidia perdit eos qui de accepti beneficijs deo dare gloriā neglexerunt. Quapropter fidem per humilitatē augeri debere sicut in parabola superiori decernitur: ita hic ipsis rebus ostenditur.

Unitatis fr⁹

¶ Interrogatus autē a pharisceis quando venit regnū dei. Respondēs eis dixit. Non veniet regnum dei cū obseruatione neq̄ dicēt: ecce hic aut ecce illic. Ecce ei regnum dei intra vos est.

¶ Cyril. Cum saluator in sermonibus quos ad alios dirigebat frequēter regnum dei meminisset: ob hoc pharisei eū deridebāt. vnde d2. Interrogatus autē a pharisceis q̄ñ venit regnum dei regnū quasi irrisorie dicerent: anteq̄ veniat: de quo loqueris mors crucis te occupabit. dñs autem patientiam ostēdens: increpatus non increpat: sed poti⁹ malos expertes suo non dedignatur responso. Sequitur enim. Respondit eis et dixit. Non venit regnum dei cum obseruatione. q. d. non querans de temporibus quibus iterū instabit temp⁹ regni celorū. Beda. Illud enim tempus neq̄ ab hominib⁹ neq̄ ab angelis potest obseruari: sicut tempus incarnationis p̄phetarū vaticinijs et āgelorum est manifestatū p̄conijs. vnde subdit. Neq̄ dicent. Ecce hic aut ecce illic: Uel aliter. Interrogant de tpe regni dei: q2 sicut infra d2. Existimabant q̄ veniente hierosolymam domino cōfestiz regnū dei manifestaretur. vnde dominus respondet: q̄ regnum dei non venit cū obseruatione. Cyril. Solum autē ad vtilitatem cuiuslibet hominis eē fatetur illud quod subditur. Ecce ei regnū dei intra vos ē. i. in vestris affectibus et i potestate vr̄a id capere. potest enim quilibet homo iustificat⁹ per fidē xp̄i et virtutibus ornatus regnū obtinere celorū. Gregorius nazā. Uel forsitā regnum nobis insitū dicit inditā animabus nr̄is leticiam per spiritumscm̄: ea eni ē̄ velut imago et arra p̄ennis letitie q̄ in futuro seculo sanctorum aie gaudent. Beda. Uel regnū dei seipsū dicit intra illos positum hoc est in cordib⁹ eorū per fidem regnantem.

Arra leticie.

¶ Et ait ad discipulos suos. Uenient dies quādo desideretis videre vnū diē filij hois et non videbitis. Et dicēt vobis: ecce hic et ecce illic. Nolite ire: neq̄ sectemini. Nam sicut fulgur coruscās de sub celo in ea que sub celo sūt fulget: ita erit filius hominis in die sua. Primū autem oportet illū multa pati ⁊ reprobari a gñatiōe hac

¶ Cyril. Q2 dñs dixerat. Regnū dei intra vos ē: voluit discipulos esse paratos ad patientiam: vt effecti strēnui intrare valeant regnū dei: predicit ergo eis: q̄ anteq̄ de celo veniat: in fine seculi persecutio irruet sup eos. vnde d2. Et ait ad di-

scipulos suos. Ueniēt dies qñ desi-
deretis videre vnū diē filij hoīs: 7 nō
videbit[is]: significās q̄ tāta erit p̄se-
cutio: q̄ vnū diē ei[us] videre cupiāt il-
li[us]. s. tp̄is: q̄ adhuc q̄uersabāt cum
xp̄o sane iudei xp̄z nil'tis āgustia-
uerūt ip[s]: operijs et iniurijs: s3 q̄pa
ratiōe maloꝝ maioꝝ minora eligē-
da videt̄. Theo. Tūc ei absq̄ solli-
citudie viuebāt: xp̄o eos p̄curāte 7
p̄tegēte s3 futuꝝ erat qñ xp̄o ab-
sente: traderēt p̄iculis: ad reges et
principes duci 7 tunc tēpus p̄mū
cuperent quasi tranqllum. Beda.
Uel diem xp̄i dicit regnuz eius qđ
speramus futurum: et bene diē vnū
d'e3: quia in illa beatitudinis glo-
ria tenebrarum interruptio nulla
est. bonuz ergo est diem xp̄i deside-
rare: nec t̄n magnitudine desiderij
nobis somnia fingere debemus q̄si
instet dies domini. vñ sequit̄ et di-
cent vobis. Ecce hic ecce illic: nolite
ire: neq̄ sectemini. Euse. q. d. Si
aduenięte antixp̄o fama de eo volȝ
quasi apparuerit christus nō egre-
diamini: neq̄ sequamini. nam im-
possibile est eum qui semel in terra
visus est iteruz in angulis terre cō-
uersari. Erit igitur hic de quo dr̄ ñ
verus xp̄s. manifestum ei signum
secūdi aduentus saluatoris nostri
hoc est q̄ subito totum orbis clari-
tas eius aduentus replebit. vnde
sequitur. Naz sicut fulgur coru. de
ce. in ea que sub ce. sunt fulget: ita
erit filius hominis in die sua. Nō
enim apparebit super terram am-
Judicij locus. bulans: sicut quidam hō cōis: sed
vtiliter irradiabit: ostendens cun-
ctis iubar p̄prie deitatis. Beda.
Et pulchre ait. Coruscans de sub
celo: q̄z iudiciū sub celo h̄ est i aeris
medio gerēt̄ f3 illđ ap̄li. Sic rapie-
mur cū illis in nubib[us] obuiam xp̄o
in aera. Si autem dominus in iudi-
cio sicut fulgur apparebit: nullus
tunc in sua mente latere permittit̄:
quia ipso iudicis fulgore penetrat̄
potest autez hec domini responsio
et de illo eius aduentu. quo quoti-
die venit in ecclesia accipi. Intan-

tū enim sepe heretici turbauerunt
ecclesiam: dicendo in suo dogmate
fidē xp̄i manere: vt fideles illorum
temporuz desiderarent dominuz vł
vno die: si fieri posset: redire ad ter-
ras: vt per seipsum qūo se habeat
fidei veritas estimaret. Et non vide-
bitis inquit quia nō ē op[us] corporali
visione dñz redire: q̄z sel' p vniuersū
mundū euangelij vigorē exhibuit.
Cyril. Opinabantur autē discipuli
q̄ vadens hierosolymā stati3 ostē-
deret regnū dei. Hāc igr̄ opinionē
resecās notum facit eis q̄ p̄mo de-
cebat euz salubrē passionē sufferre:
deinde ad patrē ascēdere et desup
fulgere: vt orbem terrarum in iu- Ueritas declarat̄.
stitia iudicet. vnde subdit. Primuz
autez op3 illuz multa pati: 7 repro.
a gene. hac. Beda. Generationē nō
t̄n iudeorum: veruz etiā oluz repro
borum appellat: a quibus etiā nūc
filius hominis in corpore suo: hoc
est in ecclesia multa patitur 7 repro
batur. Inserit autem de sua passio-
ne loquens de gloria sui aduentus
vt dolorem passionis spe p̄missę
clarificationis mitigarent: simulq̄
seipsos pararent: si gloriam regni
diligerēt mortis nō horrere p̄iculū.

¶ Et sicut factum est in die-
bus noe: ita erit et in diebus fi-
lij hominis. Edebant et bibe-
bant: vxores ducebant: et da-
bantur ad nuptias vsq̄ in diē
qua intrauit noe in archam: et
venit diluuiuz et perdidit oēs.
Similiter sicut factū est in die-
bus loth. Edebant et bibebāt
emebant et vendebant plan-
tabant et edificabant: qua die
aūt exiit loth a sodomis: pluit
ignē et sulphur de celo et oēs
perdidit. Secūdū hec erit qua
die filius hominis reuelabit̄.
¶ Beda. Aduentum domini quez
fulguri cito trāsuolanti cōparaue-
rat: nunc comparat diebus noe et
loth: quando repentin[us] mortalibus

superuenit interius. vnde dicitur. Et si. fa. e in dieb⁹ noe ita erit I die filij hois. Chry. Qui el tūc si crediderūt pmlatorijs verbis passi fuissent repēte reale iudiciū eorum. sed incredulitas et alalēta pcedebat. nā quecūq; vult aliquis et intendit: ea etiam expectat. vnde sequitur. Edebant: et bibebant. vxores ducebant et da. ad nuptias vsq; in diem q̄ intrauit noe in arcā et venit diluuium: et perdidit oēs. Ambro. Sed cām diluuij de nostris asserit processisse peccatis: quia de⁹ malū nō creauit: sed nra sibi merita repperer unt: nō quia cōiugia dānenf. neq; enī alimēta dānātur: cū in istis successionis: in illis nature subsidia sint: sed I omnib⁹ modus queritur quicquid enī abundanti⁹ est a malo est. Beda. Mystice autē noe arcā edificat: cum domin⁹ ecclesiā de xpi fidelibus quasi lignis leuigatis adunādo cōstruit quā perfecte consummatā ingreditur cum hanc in die iudicij presentia sue visionis eternus habitator illustrat. sed cum arca edificatur: iniqui luxuriātur: cuius vero intratur itereūt: quia qui sanctio hic certātibus insultāt: eis illic coronatis eterna dānatione plectentur. Euse. Qui vero vsus est dominus exemplo diluuij: ne putaret aliquis futurum diluuium ex aqua vtitur secundo exēplo loth docens modum perditionis impiorum: quia igne dimisso celit⁹ superueniet impijs ira dei. vnde subditur. Similiter sicut factum est in dieb⁹. loth. edebāt et bibebāt: emebant et vendebant. plantabant et edificabāt. Beda. Preteritmisso illo infādo sodomorum scelere: sola ea q̄ leuia vel nulla putari poterant de licita commemorat: vt intelligas illicita quali pena feriātur: si licita imoderatius acta igne et sulphure puniuntur. Sequitur enī. Qua die autem exijt loth a sodo. pluit ig. et sul. de celo et omnes pdidit. Euse. Non prius dixit ignē celitus decurrisse sup ipsos sodomorum q̄ loth exisse ab eis: sicut et diluuiū nō pri⁹ terre icolas perdidit q̄ noe arcam intrasset. quia q̄diu noe vel loth conuersabāt cum impijs deus nō irrogabat irā: ne vna cū pctōrib⁹ deperiret. volēs āt eos pdere subtraxit iustū: sic et in cōsummatiōe scli nō pri⁹ erit finis q̄ oēs iusti sint semoti ab impijs. vnde sequit. Secundū hec erit. qua die filius ho. reuelabitur. Beda. Qui q̄ interī nō apparēs oia videt tūc apparens oia iudicabit. apparebit autem iudicaturus eo marie tpe quo cūctos iudicio: sui ei⁹ oblitos: huic seculo conspexerit esse mancipatos. Theophi. Postq̄ enī venerit ātixps hoies fiēt lasciui dediti: eno: mib⁹ vitijs: sz illō apti. voluptatū amatores magis q̄ dei. si enim antixps ē cuiusliba pcti habitaculū q̄d aliō iferet infero tunc tpis hominū generi nisi sua. r h̄ donun⁹ inuit p exempla diluuij et sodomitarum. Beda. Mystice āt loth: q̄ iterpretatur declināns: ē popul⁹ electorum: qui dū in sodomis. i. iter reprobos vt aduena morāt: q̄tū valet eorum scelera declinat. Exeūte āt loth: sodoma perit quia in cōsūmatione scli exibūt āgeli et sepabūt malos de medio iustorum: et mittēt eos I caminū ignis. Ignis tn̄ r sulphur q̄ de celo pluisse cōmeorat: nō ipam perēnis supplicij flāmā. sed subita neū diei illi⁹ significat aduentum.

Diluuij rōn exponit

Notanda sententia.

¶ In illa hora q̄ fuerit I tecto et vasa ei⁹ in domo non descēdat tollere illa: et qui in agro similiter nō redeat retro. Memores estote vxoris loth. Qui cūq; q̄sierit aiam suā saluā facere perdet illā. Et q̄cūq; perdiderit illā viuificabit eā.

¶ Amb. Quia ppt̄ ipiobos nece est vt pbi ibi scl'e ptritiōem cordis aiq; pauiāt: q̄ vberiorē mercedē accipiāt: I futurorum q̄busdā I medijs istruūt cum dr. In il. ho. q̄ fue. i tecto: et vasa ei⁹ I domo: n̄ descēdat tollere illa. Hoc est sicq supiora iam dom⁹ sue eminentiuq; virtutum culmē ascēdit: ad

Allegorica expositio.

terrena mūdi hui⁹ opera non accedat. Augu. de que. euā. In tecto eīm est q̄ excedēs carnalia tāq̄ in aura libera spiritaliter viuit. vasa enī in domo sunt sensus carnales quibus ad inuestigandū veritatē que intellectu capit: multi vtentes penitus errauerunt. Caueat ergo spiritalis vir: ne in die tribulationis rursus vita carnali que per sensus corporis pascitur: delectatus ad vasa huius mūdi tollēda descēdat. Sequitur. Et qui in agro similiter non redeat retro id est qui operatur in ecclesia: sicut paulus plātans: z sicut apollo rigans nō respiciat spem secularē cui renūciauit. Theop. Hec aūt omnia mattheus pro captione hierosolymorum a dño dicta fatet. vt superuenientibus romanis nec domi cōsistētes descēdere deberēt pro quocūq̄ necessario: sed protin⁹ arripere fugā: nec in agro manētes redire domū. Et nimirū in captiōe hierosolymorū cōstat hec euenisse iterum fore vētura in antixpi aductu. magis aūt in ipso tpe cōsummationis cū z tūc intolerabilis sit futura calamitas. Euse. Innuit ergo per hoc futurā esse persecutionē a filio perditiōis in christi fideles. Diem igit illā vocat tps pcedēs finē mundi: in quo qui fugit nō reuertatur: z amittēs bona nō curet. nec imitet cōiugē loth q̄ post fugā in exitu de ciuitate sodomorū reuersa mortua est: z colūna sal effecta. vñ sequitur Memores estote vxoris loth. Ambr. Que ideo q̄ retrospexit perdidit nature sue munus. Retro ei sathana. retro enī sodoma. quapropter fuge intēperātiā: declinato luxuriā: recordare q̄ ille qui seueterib⁹ studijs nō reflexit: ideo euasit: q̄ puenit ad mōtē. Illa quoniā ad posteriora respexit nec mariti adiuta suffragio ad montē peruenire potuit: sed remansit. Augu. de q. euā. Significat igit vxor loth eos qui in tribulatiōe retrospiciunt: z se a spe diuine promissionis auertunt: z iō statua salis facta est: vt admonens

Monitio salubris.

do homines ne hoc faciāt: tanq̄ cōdiat cor eorum ne sint fatui. Theo. Consequenter subiungit subsequētia promissorū dicēs quicunq̄ q̄sierit. sal. ani. pdet il. q. d. Nō querat aliquis in persecutionibus antichristi curare propriā animā. nam perdet eam. quisquis autem cedibus z periculis se dederit saluus erit. vnde sequitur. Et quicūq̄ perdiderit il. viuifi. eā. Nequaq̄ se tyrāno subijciens propter vite amorem. Cyril. Quomodo etiā aliq̄s perdat propriā animā: vt saluā eā faciat. manifestat paulus dicēs de quibusdā qui carnem suam crucifixerunt. cuz vitijs z concupiscentijs: labore scilicet z pietate aggrediētes agones.

¶ Dico autem vobis. in illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus assumetur z alter relinquetur. Due erunt molentes in vnum: vna assumetur z altera relinquetur. Duo in agro: vn⁹ assumetur z alter relinquetur. Respondētes dicunt illi. Ubi domine? Qui dixit illis. Ubicunq̄ fuerit corpus: illuc congregabuntur z aquile.

¶ Beda. Dixerat supra dñs eū q̄ in agro sit retro redire nō debere q̄ ne de his tm̄ qui aperte de agro redituri: hoc est palā dominum negaturi sunt dictū putares: pgit ostēdere nōnullos esse qui cū faciē habere in anteriora videant: animo tamē retro respiciunt: vnde dicitur Dico aūt vo. In illa no. erunt duo in lecto vno. vnus assumetur: z alter relinquetur. Ambro. Bene noctem dicit: q̄ ante christū hora tenebrarū est: eo q̄ pectoribus hoim tenebras antichristus infundat: cū dicat se esse christū. christus autē sicut fulgur coruscans fulget vt in illa nocte resurrectionis gloriā videre possimus. Augusti. de q. euā. vel in illa nocte dicit hoc est in illa tribulatione. Theo. Uel inopinatū

docet

docet esse xpi aduentum: quem futurum esse noctu docemur. Cū aūt dixisset diuites vix saluari: ostēdit q nec omnes diuites pereunt: nec omnes pauperes saluātur. Cyril. Per duos enim existentes in vno lecto videtur designare diuites descentes in mundanis delitijs. lect⁹ namq signū quietis est. non autē quicunq diuitijs affluunt sunt ipsi sed aliquis est pbus: et in fide elect⁹. hic igitur assumetur. alter vero q talis non existit dimittetur. Descēdens.n.dominus ad iudicium mittet angelos suos qui ceteris in terra derelictis penā passuris sanctos et iustos ei adducent. Fm illud apostoli. Rapiemur in nubibus obuiā xpo in aera. Ambro. Ul' ex vno strato infirmitatis humane vnus relinquitur.i. improbatur. alter vero assumit.i. rapitur obuiam xpo in aera. Sequitur. Due erunt molē. in vnum: vna assumet: et altera relinquetur. Cyril. Per molentes innuere vidētur pauperes et pressos laboribus: ad qd etiā pertinet qd subditur. Duo in agro vnus assumetur: et alter relinquetur. In his enim nonmodicū differt. nā hi sarcinam paupertatis viriliter sustinent vitam agentes honestā et humilē qui assumentur. hi vero sunt ad prophana pmptissimi qui relinquentur. Ambro. Uel per molētes significari videntur qui ex occultis alimenta querūt: et in apertū ex inferioribus proferunt. Et fortasse mūdus iste pistriuū est. anima aūt nostra velut quodā carcere includitur corporali. In hoc ergo pistrino vel synagoga: vel anima obnoxia delictis triticum molendo madefactum et graui humore corruptā nō pōt interiora ab exterioribus separare: ideo relinquitur: qr eius simulago displicuit. Atvero sancta ecclesia vel anima nullis maculata contagijs delictorum: que tale triticū molit: qd solis eterni calore torridū bonā similaginē de penetralibus hominū deo offert. Qui sint autem agricole possumus reperire si aduertamus duas mentes esse in nobis vnā exterioris hominis q corrumpit: aliā interioris que p sacramentū renouat. Iste igit sunt operantes in agro nostro: quarū alte ra bonū fructū diligētia dat: altera amittit incuria. Uel duos populos interpretemur in hoc mundo q agro comparant: quor alter qui fidelis est assumitur: alter qui infidelis est relinquit. Augu. d.q.euā. Uel tria genera hominū hic videntur significari: vnū eorū qui ocium et quietem eligūt: qui neq negocijs secularibus neq ecclesiasticis occupati: que illorum quies lecti nomine significata est. alterū eorū que in plebibus constituti reguntur a doctoribus: agētes ea que sunt huius seculi quos et feminarū noīe signifi cauit: qr cōsilijs prelatorū regi his expedit: et molētes dixit: qr tempora lium orbē negociorū atq circuitum verūt: quasi tamē in vno molētes dixit inqtū de istis rebus et negocijs suis prebēt vsib⁹ ecclesie. Tertium genus est eorum qui operant. in ecclesie mysterio tāq in agro dei. In his ergo tribus generib⁹ bina sunt rursus genera hoium in singulis: quorū aliqui in ecclesia permanēt qui assumūtur aliqui cadūt qui relinquūtur. Ambro. Nō enim iniqu⁹ est deus: vt pares studijs in societate viuēdi atq idiscreta actuū qlitate meritorū remuneratione discernat. Nō autem merita hominum copule vsus exequat: qr nō omnes quod adorsi sunt officiū: sed qui perseuerauerit vsq in finem hic salu⁹ erit. Cyril. Qr ergo dixit q quidā assumerētur vtiliter bene inquirūt discipuli quo assumerētur: vn sedq. Rñdētes dicūt illi. Ubi dñe? Beda. Duo autē saluator iterrogat⁹ vbi scz sint boni assumēdi: et vbi mali relinquēdi vnū dixit: aliud subintelligēdum reliqt. vn̄ seqtur. Qui dixit eis. Ubicunq fuerit corp. Agre. et aqle. Cyril. q.d. sicut deiecto cadauere aues: quarū pabulū sunt car

Trop. logia. bonorum.

Tria genera hoium

Mūdus pistrinū dicitur.

nes ad illud əueniūt:ita cūvenerit filius hominis: tunc oēs aquileti. sancti concurrent ad eum. Ambro. Iustorum enim anime aquilis cō- parantur. eo q alta petant: humi lia derelinquant ꝛ longeuā ducere feruntur etatem. de corpore autem dubitare nō possumus maxime si meminerimus q a pilato ioseph corpus accepit. Nonne tibi videnk aquile circa corpus mulieres apo stolorūq cōuētus circa dn̄i sepultu ram? Nonne tibi videnk aquile cir ca corpus qḋ veniet in nubibus ꝛ videbit eum omnis oculus? Est au tem corpus de quo dictum est. Ca romea ve ē cib⁹. Circa h̄ corp⁹ aq̄le sunt q̄ circūuolāt spiritalibus alis. Sūt et circa corp⁹ aq̄le q̄ credūt ih̄z xp̄m in carne venisse. Et est eccle- sia i qua p baptismi grāz spū reno uamur. Euse. Uel p aq̄las mortua aīalia depascētes pcipes huius se- culi znotauit: ꝛ eos q̄ tūc tpis sctōs dei psequētur: penes q̄s relinquunt assūptiōis idigni: q̄ corp⁹ vel cada- uer dn̄i: vel punitrices vtutes que facture sūt: ipꝛoꝝ hic per aq̄las de notank. Augu. de cō. euā. Hec aūt q̄ lucas hic ponit: nō i eo. smone in q̄ matthe⁹ vel recordak poccupādo vt ous cōmemoraret: q̄ postea domino dicta sunt vel bis a domino dicta facit intelligi. Cap. xviij.

Ale cō- parātur aquilis



Dicebat autē ꝛ pa rabolam ad illos quoniam oportet semper orare ꝛ nō deficere: dicēs. Iu dex qdā erat in qdā ciuitate q̄ deum non timebat: ꝛ hominē non reuerebatur. Uidua autē quedam erat in ciuitate illa et veniebat ad euz dicens. Uindi ca me de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus. Post hec autem dixit intra se. Et si deuz nō timeo nec homi nez reuereor: tamen q: molesta est mihi hec vidua vindicabo il lam: ne in nouissimo veniens sugillet me. Ait autem domi- nus audite quid iudex iniqui tatis dicit. Deus autez non fa ciet vindictā electorum suoruz clamantium ad se die ac nocte ꝛ patientiam habebit in illis? Dico autez vobis: quia cito fa ciet vindictaz illorum. Uerūta mē filius hominis veniens pu tas inueniet fidem in terra?

¶ Theo. Postq̄ erānarrāꝛ picula ꝑ dn̄s meminit subdit hoꝝ remediū q est orō iugis ꝛ p̄meditata. vn̄ dr̄. Dicebat aūt ꝛ pa. ad illos. qm̄ opꝫ sp orare: ꝛ nō deficere. Chry. Qui te redemit: q̄ te facere voluit demōstra uit. Nō vult te cessare a pcib⁹. vult te bn̄ficia meditari duz pet; vult te rogādo accipe qḋ benignitas desi derat impēri. Nec vnq̄ orātr bn̄fi cia denegat: q̄ vt orātes nō deficiāt sua pietate instigat: hortamēta dn̄i libēter admitte: qḋ pcipit velle de bes: nolle si ip̄e dn̄s phiberet. De niq̄ əsidera q̄ta ē tibi əcessa felici tas: orōnib⁹ fabulari cū deo: qḋ de sideras postulare q̄ ꝛ si vbis silet: tn̄ bn̄ficijs rn̄det. nō aspnak qḋ petꝫ nō tedet nisi forte tacueris. Beda. Dōm ē āt eū sp orare ꝛ nō deficere q̄ canōicis horis rogare nō desistit au tota q̄ iust⁹ fm̄ deū gerit ꝛ dic ad orōnē sūt reputāda. Aug. d q̄. euā. Parabolas āt dn̄s aut fm̄ silītudi nē ponit: sicut de feneratore q̄ cum duob⁹ debitorib⁹ donasset qḋ debe bant: ab eo plus dilectus est cui pl⁹ donauit: aut de ipsa similitudine aliquid pbat: veluti est illud. qḋ si fenū agri qḋ hodie est: ꝛ cras in cli banū mittik deus sic vestit q̄to ma gis vos modice fidei? Hic q̄ iniqu⁹ iudex nō ex silītudie s; ex dissilitudi ne adhibit⁹ est: de q̄ subdik. Iudex qui erat in ci. qua. qui deū non ti- me. ꝛ ho. non reue. Theo. Uide q

Clemēcia dīna

impudentem erga homines eē gra uioris est mali indiciū. Deū.n.qꝫ plures nō timēt: attn̄ humano cohibent pudore: ⁊ iō minus peccant. Cū vero fit aliquis impudēs: etiaȝ quo ad homines: tūc excrescit cumulus vitioꝝ. Sequit. Vidua aūt que erat in illa ciui. Augu. Ista vidua potest hr̄e similitudinē eccl'ie que desolata vr̄: donec veniat dn̄s: qui nūc in secreto curā eius gerit. Sed qꝫ sequit. Et venie. ad euȝ dicēs vindica me de aduer. meo: ⁊ nole. per multū tp̄s. Hic monet cur electi dei se vindicare deprecent: qđ ēt in apocalypsi ioannis d̄ martyrib⁹ dicit. cū apertissime moneamur vt p̄ro nr̄is inimicis ⁊ psecutorib⁹ oremus. Intelligēdū est aūt eā vindictā eē iustoꝝ: vt oēs mali peāt. Pereūt aūt duobus modis: aut cōuersione ad iusticiā: aut amissa p supplicium ptāte. Itaqꝫ si oēs hoīes cōuerterent ad deū: diabolus tn̄ remaneret in seculi fine damnādus: quē finē cū iusti videre desiderant nō absurde vindictā desiderare dicunt. Cyril. Uel alr̄. Quotiēs nobis ab aliquib⁹ irrogant offense: tunc gloriosuȝ esse putabimus obliuionē maloꝝ. quotiens vero aliquid ad ipsam dei gloriā peccāt: ꝯ dogmatis diuini ministros bellantes: tūc deū adimus postulātes sub sidiū ⁊ exclamātes ꝯ impugnantes gloriā eius. Augu. de. q. euā. Apud iniquissimū ergo iudicem: vsqꝫ ad effectum implendi desiderij valuit trahere perseuerātia deprecātis. vn̄ sequit. Post hec au. di. intra se. Et si deū non timeo: neqꝫ ho. reuereor: tn̄ qꝫ molesta est mihi hec vidua: vindicabo illā: ne in nouis. veni. sugillet me. Multo igit certiores esse debent. qui deū pseuerāter rogāt: fontē iusticie atqꝫ misericordie. Vn̄ sequit. Ait au. do. Audi. quid iu. iniqui. dicit: deus aūt non faciet vindi. ele. suo. clamā. ad se die ac nocte: ⁊ patiētiā hēbit i illis. Theophi. q. d. si iudicē ībutū quolibet scelere demulsit assiduitas: qꝫto magis patrē misericordie deum flectemus ad pietatē orādo. vn̄ sequitur. Dico aūt vobis: qꝫ cito faciet vīdictā il. Tētauerūt āt qdā īsubtili⁹ hāc indigare pabolā. dicūt eñi viduā eē quālȝ aīaȝ: q̄ pistinū viꝛ. s. diabolū excludit: ob hoc et aduersantē: qꝫ accedit ad deū iusticie iudicē: q̄ neqꝫ deū timet. nā ip̄e sol⁹ ē de⁹: ꝯnec veret holem. nō ē ei apd̄ deū psonarū acceptio. Hui⁹ igit viduę. i. aīe supplicantis: iugiter sibi ꝯ diabolū miseret de⁹ demulcēte eum istātia et⁹. Postqꝫ dn̄s docuit qꝫ vtē dum sit in tempore consummationis oratione pro tunc futuris periculis subdit. Uerumtamen fili⁹ hominis. veni. pu. inue. fidem in terra. Augustinus. de ver. do. Dicit autem hoc dominus de fide que pfecta est. Ipsa enim vix inuenitur in terra. Ecce plena est ecclesia dei quis huc accederet: si nulla esset fides? quis non montes transferret si plena esset fides. Beda. Cum autem omnipotens conditor in figura filij hominis apparuerit tantaierit raritas electorum: vt non tam ob clamorem fidelium qꝫ torporem aliorum totius mundi sit acceleranda ruina. Quod autem dominus hic quasi dubitatiue dicit non dubitat sed arguit. nam ⁊ nos aliquādo de rebus quas certas habemus increpatiue, verbum dubitationis ponimus: vt si dicatur seruo. Considera forsitan: dominu tuus sum. Augustinus de ver. domini. Hoc autem dominus adijcit: vt ostēdat qꝫ si fides deficiat oratio perit. ergo vt oremus credamus: vt ip̄a fides non deficiat oremus. Fides fundit orationem: fusa oratio fidei impetrat firmitatem.

¶ Dixit aūt ⁊ ad quosdā qui in se cōfidebant tanqꝫ iusti: et aspernabātur ceteros: parabolam istā dicēs. Duo hoīes ascēdebāt i tēplū vt orarent. vnus pharīseus et alter publican⁹.

Ecclesia cōparat vidue.

Malicia mundi circa finem.

Phariseus stans hec apud se orabat. Deus gratias ago tibi: quia non sum sicut ceteri hominum: raptores: iniusti: adulteri: velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis i sabbato: decimas do omniū que possideo. Et publicanus a longe stās nolebat nec oculos ad celum leuare: sꝫ percutiebat pectus suū dicēs. Deus propitius esto mihi peccatori. Amen dico vobis descē dit hic iustificatus in domū suaꝫ ab illo: quia omnis qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur.

Augu. de ver. do. Quia fides non est superborū: sꝫ humiliū. premissis subiecit parabolā de humilitate: et cōtra superbiā. vnde dicit. Dixit autem ꝛ ad quosdā qui in se ꝯfidebāt tāquā iusti ꝛ aspernabantur cete. para. istā. Theophi. Quia eñ superbia plus ꝙ alie passiones vexat hominū mētes: ideo crebrius de hac monet. Est autē superbia dei contēptus. quotiēs eñ aliquis non deo: sed sibi ascribit bona que facit: qđ est aliud ꝙ dei negatio? causa igitur cōfidentium in seipsis. nō autē totum attribuētium deo: sꝫ ob hoc etiā ceteros cōtemnētiū parabolā ꝓponit ostendens ꝙ iusticia quuis hominē ꝫ approximet deo si tamē assumat superbiam ad infimū deiecit hominē. vñ sequitur. Duo ho. ascē. in temp. vt orā. vnus phariseus ꝛ alter publicanus. Grecus. Diligētia quidem orationis docuit nos per viduā et iudicem. hic autē per phariseū et publicanū docet nos: quomodo sint ei dirigēda precamina: ne sit infructuosum orationis negociū. Cōdemnatus est autē phariseus cuꝫ incaute oraret. naꝫ sequitur. Phariseus autem stās hec apud se orabat. Theophi. Per hoc ꝙ dicit. Stās: elatū eius animū notat. ipso eñ habitu superbissimus videbat. Basi. Dicit aūt. Apud se orabat ꝗsi nō apud deū: qꝛ ad seipsū redibat p peccm̄ superbie. Sequit eñ. Deus grās ago tibi. Aug. de ver. do. Nō repꝑhēdit: qꝛ deo grās agebat: sꝫ quia nihil sibi addi cupiebat. Ergo tam plenus es: tam abūdas. non est quare dicas. Dimitte nobis debita nostra. Quis est igitur qui impune oppugnat gratia si reprehenditur qui superbe agit gratias? Audiant qui dicūt. Deus me hominē ꝫ fecit: ego me iustū facio. O peior et detestabilior phariseo qui superbe iustuꝫ se dicebat. sed tamē inde gratias deo agebat. Theophi. Attēde autē seriem orationis pharisei. Primo nāqꝫ dixit que ei aberāt: deinde subiūgit que habebat. Sequit eñ. Quia non suꝫ sicut ceteri hominuꝫ: raptores: iniusti: adulteri. August. de ver. do. Diceret saltē sicut multi homines. Quid est ceteri homines: nisi omnes preter ipm̄? Ego inquit iustus suꝫ ceteri peccatores. Grego. xxiij. mora. Quattuor quippe sunt species quibus ols tumor arrogātiuꝫ demōstratur. cū bonū aut a semetipsis habere se estimāt: aut si sibi datum desuper credūt pro suis se hoc accepisse meritis putāt: aut certe cum iactāt se habere quod nō habent: aut despectis ceteris singulariter videri appetūt habere qđ habent. vnde ꝛ phariseus hic bonorūꝫ sibi operū merita singulariter tribuit. Augu. de ver. do. Ecce autē ex vicino publicano maioris erat ei tumoris occasio. Seqꝛ eñ. Uelut etiā hic pub. q. d. Ego solus sum. Iste de ceteris est. Chrysosto. Non enim sanauerat contēptū eius tota humana natura: sed et publicanū aggressus est. moderatius autem peccasset si publicanū excepisset. Nūc autem vno verbo et absentes inuadit: ꝛ vulnera presentis lacessit. Nō est autēꝫ gratiarū actio. inuectius aliorūꝫ. Si regratiaris deo ipse tibi tm̄ sufficias: nec te ad homines transferas. nec proximū condemnes. Basi. Discrepat autēꝫ elatus a conuitiatore sola habitudine. Is eñ i alios

Superbie malicia

Quattuor spēs superbie.

vtitur conuitijs. hic autem se mentis temeritate extollit. Chryso. Qui autem alijs conuitiatur: sibi et alijs multa mala facit. primo enim audientem reddit peiorem: quia si sit peccator: fit letior criminis inuento collega: si sit iustus: extollitur i per aliena crimina inductus de se magnus putare. Secundo communitatem ecclesie ledit. non enim omnes audientes vituperant eum solum qui peccauit: sed ritu christiano contumelias innectunt. Tertio dei gloriam blasphemare facit: sicut enim recte agentibus nomen dei glorificatur: sic nobis peccantibus blasphematur. Quarto eum qui audiuit opprobria confundit impudentiorem eum et aduersarium faciens. Quia to statuit se pene obnoxium: rebus prolatis que sibi non conueniunt. Theophi. Expedit autem non solum declinare a malo: sed etiam agere bonum. Et ideo cum dixisset. Non sum sicut adulteri: subiungit per oppositum. Ieiuno bis in sabbato. Sabbatum hi dicebant hebdomadam ab vltima die quietis. Ieiunabant enim pharisei secunda et quinta feria. sic igitur ieiunia obiecit contra passionem adulterij. natura ex voluptate est lasciuia. Rapacibus vero et iniustis opposuit decimarum solutionem. Sequitur enim decimas do omnium que possideo. q. d. Adeo rapinas et nequitias refugio: vt etiam mea contribuam. Grego. xix. moral. Ecce ciuitatem cordis sui insidiantibus hostibus per elationem aperuit: quam frustra per ieiunium et orationes clausit. Incassum munita sunt cetera: cum locus vnus de quo hosti patet aditio munitus non est. Augusti. de ver. do. Quere autem in verbis eius: nihil inuenies quod deum rogauerit. ascendit quidem orare. noluit deum rogare: sed se laudare: et roganti insultare. publicanum autem cordis conscientie remouebat: sed pietas applicabat. vnde sequitur. Et publicanus a longe stans non le. nec oculos ad celum leuare. Theophi. Quamuis autem publicanus stetisse dicatur: distabat tamen a phariseo tam verbis quam habitu: necnon et corde contrito. nam verebatur oculos leuare in celum: censens indignos visionis superne eos qui maluerunt bona terrena spectare et querere. necnon et pectus tundebat. vnde sequitur. Sed percutiebat pectus suum: cor quodam modo pungens causa cogitationum prauarum necnon et excitans vt dormitans. vnde non aliud quam deum propitiationem petebat. Sequitur enim. Dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Chrysosto. Audiuit quia non sum velut hoc publicanus: nec indignatus est: sed compunctus detexit ille vulnus: querit hic medicinam. Nemo igitur illum frigidum proferat verbum. Non audeo pudorosus sum non possum aperire os. Talis reuerentia est diabolica. Vult tibi diabolus obserare fores accessus ad deum. Augusti. de ver. domi. Quid igitur miraris si deus ignoscit: quando ipse agnoscit: de longinquo stabat: deo tamen appropinquabat: et eum dominus de prope attendebat. Excelsus enim dominus et humilia respicit: nec oculos ad celum leuabat vt respiceret: tremebat conscientia: spes subleuabat: percutiebat pectus suum. penas de seipso exigebat: propterea dominus confitenti parcebat. Audisti superbum accusatorem: audisti humilem reum. audi nunc iudicem dicentem. Amen amen dico vobis. Descendit hic iustificatus in do. suam ab illo. Chrysosto. Geminos aurigas et duas bigas in stadio posita sermo presens proponit. in altera quidem iusticiam cum superbia. in altera peccatum et humilitatem. et vides bigam peccati superare iusticiam: non proprijs virtutibus: sed humilitatis coniuncte. Illam vero deuictam non fragilitate iustitie: sed mole et tumore superbie. nam sicut humilitas per sui eminentiam peccati pondus superat: et saliens attingit deum: sic superbia ob sui molem de facili iusticiam deprimit. si ergo plura facta strenue geras. puta a

Conuitiatoris malicia.

Comparatio vtilis.

Bige due.

autē te posse presumere: tota caruisti oratione. si vero mille feras in conscientia fasses reatuū: et hoc solū de te credas q̄ es infimus omniū: multam obtinebis ante deū fiduciā. Et ideo sue sententie causam assignans subdit: q2 ols qui se exaltat humiliabitur: et q̄ se humili. exal. Humilitatis nomē multiplex est. Est eñ quedam virt⁹ humilitas: ſm illud. Cor cōtritū et humiliatū deus non despicias. Est et hūilitas ab erūnis: iuxta illud. Humiliauit ī terra vitā meā. Est et humilitas a peccatis et supbia et īsatiabilitate diuitiarū. Quid eñ humilius his q̄ se submittūt in diuitijs et potentatu: et hec reputant magna. Basi. Similiter etiā et exaltari laudabiliter cōtingit: quādo scȝ nō humilis cogitas: sed mēs tua est ꝑ magnanimitatē in virtute erecta. Talis autē animi celsitudo est eminentia in tristitijs: terrenorū contēptus: cōuersatio in celis: et videt huiusmodi mētis sublimitas eandem habere differētiā ad elationē quā arrogātia parit: quā habet corpulētia corporis bene dispositi ad inflationem carnis cum ex hydropisi tumet. Chrys. Hec igitur fastus inflatio ab ipsis celis potest deprimere nō cauentē. humilitas vero et ab ipsa abysso reatuū hominē sublimare. hec eñ pre phariseo publicanū saluauit. latronē ante apostolos in paradisum duxit. illa vero etiā incorpoream ingressa est potestatē. Ceterum si iuxta delicta humilitas tam facile currit vt supbiā iustitie trāseat. si iustitie coniūxeris eā: quo nō ibit? assistet ipsa tribunali diuino in medio angelorū cuȝ fiducia multa. Rursus si fastus coniunctus iustitie eam deprimere potuisset: si cōiunct⁹ sit peccato: in quandā gehennā detrudet: hoc dico non vt negligamus iusticiam: sed vt fastum vitemus.

Nō pulchra.

Theophi. Sed forsitan mirabit aliquis: quomodo phariseus cuȝ pauca verba sue laudis protulerit condemnetur. Job vero cum plurima fuderit coronat. Eo scilicet q̄ pharise⁹ talia dicebat criminādo alios nulla ratione cogente: iob vero vrgētibus eum amicis et pressuris prementibus coactus est proprias virtutes referre ad dei gloriā: ne homines desisterent a profectu virtutis. Beda. Typice autem phariseus est populus iudeorum qui ex iustificationibus legis extollit merita sua: publicanus vero gentilis est: qui lōge a deo positus confitetur peccata sua: quorum vnus superbiendo recessit humiliatus: alter lamentando appropinquare meruit exaltatus.

Afferebant autem ad illum infantes: vt eos tangeret. Quod cum viderent discipuli increpabant illos. Jesus autem cōuocans illos dixit. Sinite paruulos venire ad me et nolite vetare eos. Talium est enim regnū dei. Amen dico vobis quicūqȝ non acceperit regnuȝ dei sicut puer: non intrabit in illud.

Theophi. Post predictam humilitatē domin⁹ docet per ea que fecit: non repellens: sed gratanter paruulos admittens. vnde dicitur. Afferebant autē ad illum infantes vt eos tangeret. August. de ver. domi. Cui afferūtur tangendi nisi saluatori: sȝ si saluator est: saluandi offerūtur illi qui venit saluū facere quod perierat: vbi isti perierant: q̄ ꝯtū ad ipsos pertinet innocentes? Sed ſm apostoluȝ per vnū hominē intrauit peccatū in orbem terrarū. Ueniant ergo paruuli vt languidi ad medicū: perditi ad redemptorē. Ambro. Durum autē aliquibus videri potest: q̄ discipuli dominū infantulos adire prohibebant. Sequitur eniȝ. Quod cum vide. discip. increpabant illos. Ubi vel mysteriū intelligas vel affectum. Neqȝ enim hoc inuidie aut in pueros mētis asperitate faciebāt: sed sedule virtutis obsequia domino deferebant. ne comprimeretur a turbis. Respuenda quippe est vnic

Allegorica expositio.

tas nostra vbi diuinitatis iniuria est. In mysterio autem quia prius saluari populũ iudeorũ: et quo sui carnem nati fuerant: gestiebant. Sciebant ꝗdeꝫ mysteriũ ꝙ vtrisqꝫ populis vocatio deberetur. Naꝫ et ꝓ chananea muliere supplicarunt sed fortasse adhuc ordinem nesciebant. vnde sequitur. Jesus autem cõuo. eos di. Sini. par. ve. ad me: ꝛ nolite vetare eos. Talium est eñi re. dei. Nõ etas prefert etati: alioquin obesset adolescere. Cur ergo pueros dicit aptos esse regno celorum: fortasse quia maliciã nesciãt: fraudare nõ nouerint: referire nõ audeãt: scrutari ignoret: opes: honoreꝫ: ambitionẽ non appetãt: sꝫ nõ ignorare ista virtus est: sꝫ contemnere. Non eñi virt⁹ est nõ posse peccare: sꝫ nolle. Non igit̃ pueritia sꝫ emula puerilis simplicitatis bonitas designat̃. Beda. Unde signanter dixit. Taliũ: non istoꝝ: vt ostenderet non etatẽ regnare sed mores: ꝛ his qui similẽ haberẽt innocẽtiã ꝛ simplicitatem premia repromitti. Ambros. Deniqꝫ hoc saluator expressit dicẽs. Amen dico vobis: quicũqꝫ non acceperit re. dei sicut puer: non intrabit in il. Quis puer imitãdus est ap̃lis christi: nisi de quo Isaias dicit. Puer natus est nobis: qui cuꝫ malediceret: nõ maledixit. Itaqꝫ in pueritia est quedã venerabilis morum senectus ꝛ in senectute innocẽs pueritia. Basil. Suscipiemus autẽ regnum dei vt puer: si dispositi fuerimus erga doctrinam domini: vt puer in disciplina nequaꝙ contradicẽs nec disputans cuꝫ magistris: sed credibiliter ꝛ obedienter imbibens documenta. Theophi. Gentilium ergo sapientes querentes sapientiã in mysterio quod est regnũ dei: nec volentes hoc absqꝫ fide syllogistice probationis admittere: merito exclusi sunt ab hoc regno.

¶ Et interrogauit eum quidã princeps dicens. Magister bone quid faciendo vitam eternam possidebo? Dixit autem ei iesus. Quid me dicis bonũ? Nemo bonus nisi solus deus. Mandata nosti. Nõ occides: non mechaberis: non furtum facies: non falsum testimoniũ dices: honora patrem tuum et matrem tuam. Qui ait. Hec omnia custodiui a iuuentute mea. Quo audito iesus ait ei. Adhuc vnum tibi deest. Omnia quecunqꝫ habes vende: et da pauperibus: et habebis thesaurum in celo et veni sequere me. His ille auditis contristatus est: qꝛ diues erat valde.

¶ Beda. Audierat princeps quidã a domino tantũ eos qui puerorum vellent esse similes: regnũ dei intraturos: atqꝫ ideo poscit sibi non per parabolam: sed palam quibus operum meritis vitam eternam consequatur exponi. vnde dicitur. Et interrogauit eum quidam princeps dicens. Magister bone quid faciendo vitã eter. possidebo. Ambro. Tẽtator princeps iste magistrũ bonũ dixit: qui deum bonũ dicere debuisset. Nam licet in diuinitate bonitas sit ꝛ in bonitate diuinitas: tamẽ addendo. Magister bone in portione bonum dixit: non in vniuersitate. naꝫ deus in vniuersitate bonus: homo ex parte. Cyril. Putauit autem se christum capere dũ vitupera-ret mosaycum preceptum. introduceret vero sua statuta. accedit ergo ad magistrum et bonum eum nuncupans: dicit se velle doceri quia tẽtatiue querebat. Qui apprehendit sapientes in astutia sua conuenienter ei respondet. nam sequitur dixit autẽ ei iesus: quid me dicis bonuꝫ? nemo bonus nisi solus deus. Ambro. Non bonum senegat: sed deuꝫ designat: bonus quidẽ non est: nisi plen⁹ bonitatis: ꝙ siquẽ moueat: qꝛ nemo bon⁹: moueat et illud: nisi de⁹

De⁹ qꝛ solus bonus.

ꝙ si a deo filius nõ excipitur: vtiq̃
nec a bono xp̄s excipit᷑. nam q̄uo nõ
bonus ex bono natus? arbor em̄ bo
na fructus bonos facit. Quomõ nõ
bon⁹ cū bonitatis sua substātia ex
p̄re assumpta nõ degenerauit in fi-
lio q̄ nõ degenerauit i spiritu. Spi
ritus tuus inquit bon⁹ deducet me
in terrā rectā. ꝙ si bonus sp̄us qui
excepit a filio: bonus vtiq̃ ⁊ ille qui
tradidit. Itaq̃ q̄r legisperit⁹ est iste
qui querendo tentat. sicut in libro
alio demonstrat᷑. Et bene dixit. Ne
mo bonus nisi vnus deus vt admo-
neret q̄r scriptū est. Nõ tentabis do
minū deū tuū: sed magis ɔfitet᷑ dño
q̄m bonus. Chry. Uel aliter. Auarū
quidē dicere hūc principē nõ vere-
bor: nā h̄ xp̄s ei īproperat: tenta-
torē āt minime. Tyt⁹. Ergo cū dic᷑
mgr̄ bone q̄d faciēdo ⁊c. q.d. Bon⁹
es dignare me respōso: meo ꝙ q̄ro
doctus sum vetus testamentū: te th̄
p̄stantiorē video nõ ꝓmittentē ter-
rā: sed p̄dicantē regnū celoꝝ. Dic ḡ
mihi quid faciendo vitā eternā po-
tero possidere? Intentionē igit᷑ at-
tendens saluator quia fides est via
ad op̄a: cū dixisset ille. Quid faciā:
hac questione omissa in noticiam fi
dei eū ducit. velut siquis interroga
ret medicū quid comedā: ⁊ ille osten
deret q̄ deberent cibū p̄cedere: et iō
eū ad patrē remittit, dicens. Quid
me dicis bonū? nõ ꝙ ipse bonus nõ
esset: erat ei bonū ex bono patre ger
men. bonus boni filius. Aug. de cõ.
euā. Potest aūt videri distare aliō
qd̄ s᷑z mattheū dicit᷑. quid me inter-
rogas de bono? qd̄ ad illud magis
referri pōt: qd̄ ait ille querēs. Quid
boni faciā? Ibi em̄ ⁊ bonū nomina-
uit: ⁊ interrogatio est. cõmodissime
intelligitur vtrūq̃ dictum quid me
dicis bonū: et quid me interrogas
de bono: quod ad illō magis refer-
ri potest. Tytus. Deniq̃ postq̄ do-
cuit cognitionem fidei subiungit.
Mandata nosti quasi dicat quan-
do prius deū noueris: tunc optime
queres quid facies. Chr. Expectāte
autē principe audire christū dicētē.

Recedas a mandatis mosaycis: et
meis attēde: ad mosayca eū mittit.
vnde sequitur. non occides: nõ me-
chaberis. Theophi. Primo quidē
lex ea corrigit ad que facilius labi-
mur: vt mechari: cuius incentiuum
est intrinsecū ⁊ naturale: ⁊ occidere:
quia imanis belua furor. Sed fur-
tum ⁊ falsi testimonij culpā raro cõ
tingit incurrere: sed ⁊ grauiora illa
existunt. et ideo secundario furtum
⁊ falsum testimonium ponit: vt ra-
rius fallentia et leuiora. Sequitur
enim. Non furtum facies. non fal-
sum testimoniū dices. Basi. Nõ est
autem intelligendum fures esse so-
lum bursarū incisores: vel latroci-
nantes in balneis. Sed et si qui du
ces legionū statuti vel cõmisso sibi
regimine ciuitatū aut gentium hoc
quidem furtim tollunt: et hec vero
vi ac publice exigunt. Tytus. Sed
videas in non agendo precepta con
sistere: quoniā si mechatus non fue
ris: castus es. si nõ fureris: beniuo
lus. si falso non testeris: veridicus.
Attende virtutem iam facilem per
bonitatem statuentis. Nam mali
fugam ingerit: nõ boni exercitium
quelibet autē quies quolibet est fa
cilior opere. Theophi. Sed quis in
parentes cõmittere: q̄uis magnum
sit crimen. raro tamen accidit. post
omnia ponit. Honora patrem tuum
et matrem. Ambro. Est autē honor
non solum honorificentie: sed etiam
largitatis. Honor em̄ est deferre ꝓ
meritis. Pasce patrem tuum. pasce
matrē: et si paueris: adhuc nõ red-
didisti dolores et cruciatus: quos
pro te mater passa est. Illi debes
quod habes: cui debes quod es: q̄n-
tum iudiciū si pascat ecclesia quos
tu pascere nolis. Sed dices. Quod
eram parentibus collaturus: eccle-
sie mallē cõferre. Non querit deus
donum de fame parentū: sed vt pa-
scendos scriptura dicit parentes
its propter deum relinquendos: si
impediāt deuote mētis affectum.
Sequitur. Qui ait. Hec omnia cu
sto. a iuuen. mea. Hierony. Uenit

Correctio legalis qualis sit.

Honor dupler distiguitur.

adolescens. Si enim quod postpositum est in mandatis. Diliges proximum tuũ sicut te ipsum: opere cõplesset: quomodo postea audiens. Uade & vende omnia que habes: et da pauperib⁹: tristis abcessit? Bed. Uel nõ est putãdus esse mẽtitus: sed simpliciter vt vixerit. s. exterius esse confessus: alioquin nequaq̃ marc⁹ diceret: q; iesus intuitus eũ dilexit eum. Tytus. Ostẽdit autẽ cõsequẽter dominus q; si aliquis vetus testamentum peregerit: perfectus non est: sed deest ei sequi christum. vnde subditur. Quo audito iesus ait ei. adhuc vnũ tibi deest. omnia quecunq; habes vende et da pauperibus: & habebis thesaurum in celo quasi dicat. Queris quomodo sit possidenda vita eterna: sparge facultates pauperib⁹ & obtinebis illã. Parua sunt que impendis: magna que recipis. Athana. Non enim mũ-

Aurea sententia

dum despicientes putemus grãdia quidẽ abdicasse: quia tota terra est in comparatione celi breuissima: quapropter si toti terre dominaremur: ei abrenunciãtes: nihil dignũ esset in comparatione regni celorũ. Beda. Quicũq; ergo perfectus esse voluerit: oportet vẽdere que habet: non ex parte sicut ananias fecit et saphira: sed totum. Theophilus. vnde dicẽs. Omnia que habes: summam paupertatem suadet. Siquid enim restiterit illius seruus est. Basi. Non tamen docet facultates vendere: eo q; naturaliter sint praue alioquin creatura dei nõ essent: vnde eas non tanq̃ malas abijcere: sed disponere monuit. & condemnatur aliquis non quia eas possidet: sed quia eis abusus est. Quo fit vt facultatum secundum mandata dei dispensatio: & crimina deleat et regnũ conferat. vnde subdit. Et da pauperibus. Chrysostomus. Poterat quidem deus alere pauperes: & sine hoc q; nos misereamur eorũ: sed vult dantes dilectione astringi accipientibus. Basi. Dicente autem domino. Da pauperibus: puto non expedire cuiq̃ negligenter agere: sed omnia diligenter disponere: precipue per se ipsum: si ex parte se habeat. sin autem. per eos de quibus constat q; fideliter & prudẽter disponant. maledictus enim qui negligẽter perficit opera domini. Chryso. Sed illud queritur quomodo christus erogare cũcta pauperibus perfectionis esse fatetur: paulus autẽ ex dilectione hoc asserit esse imperfectum. sed valde consonat qđ subiunxit. Et veni sequere me. qđ ostenditur ex dilectione. In hoc enim cognoscẽt omnes q; mei estis discipuli si dilectionem habueritis adinuicem. Theophi. Cum paupertate enim ceteras quoq; virtutes hominem habere oportet ob hoc ait. Et veni seq̃re me. id est in ceteris esto meus discipulus: iugiter me sequaris. Cyril. Princeps autem ille vini recentis capax non fuit: vetus vter

Comparatio. pulchra

existens: sed tristitia ruptus est: vñ sequitur. His ille auditis cõtristatus est: q2 diues erat valde. Basi. mercator nõ tristatur in nundinis paciscendo que possidet acquirendo sibi opportuna. Tu vero tristaris puluerem dans vt acquiras vitam beatam.

¶ Uidens autem iesus illum tristem factum dixit. Q̃ difficile qui pecunias habent in regnum dei intrabunt. Facilius est enim camelum per foramen acus transire: q̃ diuitem intrare in regnum dei. Et dixerunt qui audiebant. Et quis potest saluus fieri? Ait illis. Que impossibilia sunt apud homines: possibilia sunt apud deum. Ait autem petrus. Ecce nos dimisimus omnia & secuti sumus te. Qui dixit eis. Amen dico vobis: nemo est qui reliquerit domum aut parentes: aut fratres aut vxorẽ aut filios: aut agros

propter regnum dei: et nō reci-
piat multo plura in hoc tempo
re ꝛ i seculo futuro vitā eternā.

¶ Theophi. Quoniā diues audita
opū abiectione tristatus fuit: domi
nus admiranter locutus est. Dicit
eñ. Uidens au. ie, il. tri. fa. dixit. Q̄
difficile qui pecu. habent. in re. dei
intrare. Non dicit impossibile est
eos intrare: sꝫ difficile. Possunt eñ
per diuitias adipisci superna: sed
difficile est: qꝛ viscosiores sunt visco
diuitie. ꝛ vix euellitur animus occu
patus ab eis: sed subsequēter vt im

Viscus diuitiarum.

possibile hoc indicat cū dicit. Faci-
lius est eñ camelū ꝑ foramē acus
transire: q̄ diuitē intrare in regnū
dei. Nomē qd̄ in greco ponit̄ equi-
nocū est ad aial qd̄ camelus dicitur
e ad rudentem: quocūqꝫ ergo modo
intelligas impossibile est. Quid igi
tur dicēdū est. primo quidē ꝙ reue-
ra ita se habet. Aliud eni est diues
aliud euconomus. nā diues qui si-
bi reseruat diuitias. Euconom⁹ ꝟo
siue dispensator qui ad opus aliorū
has tenet. Chry. Abraam quidem
possidebat opes pauperibus. ꝛ qui
iuste eas possident: quasi suscipien
tes a deo dispensant in diuinis mā
datis. qui vero contra deū acquisie
runt: ꝛ in expendēdo faciunt illud
idem. meretricibus ꝛ parasitis dan
tes: vel humi abscondētes: egenis
vero nihil impendētes. Non ergo
prohibet ditari: sed opibus famula
ri: vult vt necessariis vtamur eis:
nō vt custodiamus. nam famuli est
custodire: sed domini dispensare: si
cōseruari eas vellet: nō tradidisset
eas hominibus: sed sineret in terra
iacere. Theophi. Porro attendas
illud ꝙ diuitem quidēꝫ impossibile
dicat saluari: possidentem vero diui
tias difficile: quasi dicat: diues qui
captus est a diuitiis et famulat̄ eis
non saluabitur. habens vero illas
scilicet qui eis dominat̄ vix saluabi
tur causa humane fragilitatis. Co
natur enim nos diabolus supplan
tare: quousqꝫ possidem⁹ diuitias
et difficile est aufugere decipulas
eius: ideoqꝫ bonum est paupertas
et quasi tentatione carens. Chry.
Nulla enim est diuitiarum cōmodi
tas anima patiente penuriam: nec
lesio paupertatis: anima diuitiis
affluente. Si autem ditescentis in-
dicium est nullius egere: et paupe
rascentis indigere. palam est ꝙ ma
gis esse pauperem facit magis di-
tescere. Facilius est eniꝫ ꝙ quis in
paupertate q̄ in diuitiis opes con
tēnet. neqꝫ enim talis est ambitus
vt per magis habere sedetur. Sed

Amor diuitiarum.

per hoc consueuit magis accendi:
sicut ignis quādo maiorem suscipit
escam: que autem mala vident̄ esse
inopie cōmun⁹a sunt: que vero diui
tiarū propria sunt earum. Augu.
de que. euan. Diuitem ergo hic ap
pellat cupidum rerum tēporalium
et de talibus superbientem. his di-
uitibus cōtrariꝫ sunt pauperes spi
ritu: quorum est regnum celorum.
Mystice autē facilius est christum
pati pro dilectoribus seculi: q̄ dile-
ctores seculi ad christū posse conuer
ti. Cameli eñ nomine se intelligi vo
luit: qꝛ sponte humiliatus infirmi-
tatis nostre onera sustulit ꝑ acum
autē punctiones significat: per pun
ctiōes dolores in passiōe susceptos
foramen aūt acus dicit angustiam
passionis. Chry. Hic aūt sermo q̄si
grauis transcēdebat discipulorum
virtutem. vnde sequit̄. Et dixerunt
qui hec audiebant. Et quis potest
saluus fieri? Hoc dixerunt discipuli
non de se: sed de toto mundo timen
tes. Augu. de que. euan. Cum autē
incomparabiliter maior sit turba
pauperū que diuitib⁹ perditis pōt
saluari: intellexerunt omnes qui di
uitias amant: etiam si adipisci ne-
queant in diuitum numero depu-
tari. Sequitur. Ait illis: que impos
sibilia sunt apud homines: possibi-
lia sunt apud deum. Quod non ita
intelligendum est quasi diues cum
cupiditate et superbia in regnum
dei sit intraturus. sed possibile est
deo vt a cupiditate et superbia ad

charitatem ꝛ humilitatem conuer= tatur. Theophi. Apud homines er go quorum serpit intentio ad terre= na: impossibilis est salus vt dictum est: apud deum vero possibilis est. Cum enim homo consiliarium ha= bet deum: et iustificationes ꝛ doctri nas paupertatis inbiberit: necnon eius auxilium inuocet hoc fiet pos= sibile. Cyril. Congrue autem diues cum multa contẽpserit: recompensa tionem expectabit. Qui vero parua possidens ea abdicauit: quid ei spe randum esset: querere decebat. vn= de sequitur. Ait autem petrus. ecce dimisimus omnia mattheus addit. Quid ergo erit nobis? Beda quasi dicat. Fecimus qđ iussisti: quid igit̃ dabis nobis premij? Et quia non sufficit dimittere omnia inngin qđ perfectum est dicẽs. Et secuti sum⁹ te. Cyril. Illud autẽ necesse est dice= re: ꝙ paucis abrenũciantes ꝗtum spectat ad propositum ꝛ obedientiã pari lance cum opulentis pendunt̃ paribus eorum affectibus. dum re rum quas possident abiectionem vl tro inferunt. vnde sequitur. Amen dico vobis. Nemo est q̃ reli, do. aut paren. aut fra. aut vxo. aut fi. aut agr. ꝑpter reg. dei: ꝛ nõ recipiat mľ. plu.: in hoc tẽpore ꝛ in secu. futu. vi= tam eternam. Eleuat ad acceptissi= mam spẽ omnes audientes iureiu= rãdo promittens: dum apponit ser= moni amen. Doctrina enim diuina mundum vocante ad fidem christi: forsitan aliqui respicientes paren= tes infideles noluerunt eos turba= re veniendo ad fidem et similis est ratio aliorum germanorum. Dese= runt autem quidam patrem ꝛ ma= trem: ꝛ totius parentele amorem de spiciũt propter amorẽ christi. Beda. Sensus igitur iste est: qui propter regnum dei inquirẽdũ omnes affe= ctus contẽpserit: omnes seculi diui= tias: delitias risusꝗ calcauerit: mul to plura in presenti recipiet. cuius sententie occasione quidam iudai= cam mille annorum fabulam post resurrectionem iustorum edificant: quando omnia que propter deum di mittim⁹ multiplic i nobis sint feno= re reddẽda ꝛ insup vita eterna donã da. Nec vident inexperti ꝙ si in ce teris digna sit repromissio: in vxori bus tamẽ iuxta alios euangelistas cẽtenis appeat turpitudo ꝑsertim cũ dominus in resurrectione nõ esse nubẽdum testetur. Et iuxta marcuz ea q̃ dimissa fuerint: in hoc tẽpore cũ persecutionibus accipienda con firmet: quasi illis mille ãnis abesse dogmatizãt. Cyril. Hoc ergo dicim⁹ ꝙ omissis tpalibus ꝛ carnalib⁹ mul to maiora sibi aliquis vendicabit: qm̃ ꝛ apostoli cũ pauca dimiserint: obtinuerũt multiplicia dona charis matũ et celebres reputati sũt vbiꝗ. Erimus ergo similes illis: si domũ quis dimittet: recipiet mansiones supernas: si patrez habebit celestẽ. Si a germanis recesserit: in fratrẽ hunc recipiet christus. Cum dimise rit coniugem: inueniet diuinam sa pientiam a qua procreauit spirita les fructus: inueniet hierusalem ce lestem que est mater nostra. A fra tribus etiaz ꝛ a sororibus sui propo siti glutine spiritali colligatis mul to in hac vita gratiosiorem recipiet charitatem.

Notabilis doctrina.

Fabula hereticorum.

¶ Assumpsit autem iesus duo decim ꝛ ait illis. Ecce ascendi mus hierosolymam: ꝛ consum mabũtur omnia q̃ scripta sunt per ꝑphetas de filio hois. Tra detur enim gentibus ꝛ illude= tur et flagellabitur ꝛ cõspuet̃. et postq̃ flagellauerit occidẽt eũ: ꝛ die tertia resurget. Et ipsi nihil hoꝝ intellexerũt. Et erat verbũ istud absconditũ ab eis. et nõ intelligebãt q̃ dicebãtur.

¶ Theophilus. Preuidens salua= tor ex passiõe sua discipulorum ani= mos turbandos: eis longe ante et passionis sue penam: et resurrectio nis sue gloriam predicit. vnde dici= tur. Assũpsit autẽ iesus duodecim.

ait illis. Ecce ascēdim⁹ hiero. et cō
summabunt oia que scrip. sunt per
prophe. de filio hois. Beda. Preui-
dens enim quosdā hereticos futu
ros qui xpm dicerent legi prophe-
tisqȝ docuisse contraria ostēdit q̄ p
prophetarū presagia sue passionis
et posterioris glorie sit celebrata p-
fectio. Chry. Seorsum autē de paſ
ſione cū diſcipulis confert. Nō ei
oportebat hunc sermonē pluribus
diuulgari: ne turbarētur. Ob hoc
autē predicebat discipulis: vt exci
tati per expectationē facilius susti
nerent. Chry. Et vt sciant: quoniā
passionem prenouit: et spontaneus
ad eam accessit. ne dicerent: qualr
in man⁹ hostiuȝ incidit: qui nos p-
mittebat saluare. vnde seriatim or-
dinem passionis enarrat subdens.
tradetur enim gētibus: et illudet et
flagellabitur et conspuetur. Chry.
Hoc isaias predixerat dicens. Ob-
tuli scapulas meas ad verbera: ge
nas meas ad alapas et faciē meam
non diuerti a sputorū dedecore. Sȝ
et crucis patibulum predixit, ppha
cum ait. Tradidit in mortē animaȝ
suam: et cū sceleratis reputatus ē.
vnde et hic subditur. Et postqȝ fla-
gellauerint occident euȝ. Sed et re
surrectionem eius dauid predixit
dicens. Non derelinques animam
meam in inferno. vnde hic subdit.
Et tertia die resurget. Isido. Ad
miror autē dementiā querentium
cur christus ante triduum resurre
xit. si. n. resurgeret tardius q̄ pre-
dixerat: ipotentie esset: celerius vo
est sūme virtutis indicium. Si quē
eniȝ cū spopōderit suo creatori post
triduum persoluere debitum: eadē
die satisfacientē viderim⁹: non fal-
lacē sed potius vt veridicū eū mira
bimur. dicaȝ etiā q̄ non dixit se post
tres dies resurrecturus: sed die ter
tia. Vis parasceuē: habes sabbatū
vsqȝ ad solis occasum: et post sab-
batū resurrexit. Cyril. Discipuli āt
nondum nouerant exquisite quod
prophete predixerant: sed postqȝ re
surrexit aperuit eis sensum: vt in-
telligerent scripturas. vnde sequi-
tur. Et ipsi nihil horū intellexerūt:
Beda. Quia eniȝ discipuli eius vi-
tam maxime desiderabāt: et eius mor-
tem audire non poterant. Et quo-
niam non solum hominē innocentē
sed et deum verum sciebant: hunc
nullatenus mori posse putabant.
Et quia parabolas eū sepe loquē-
tem audire consueuerant: quotiēs
aliquid de sua passione dicebat ad
aliud allegorice referendū esse cre
debant. vnde sequitur. Erat autēȝ
verbum istud absconditum ab eis
et non intelligebāt que dicebantur.
Iudei vero quia in eius mortēȝ cō
spirauerant: q̄ de passione sua lo-
queretur dicēs in ioāne. Opȝ exal-
tari filium hominis intelligebant.
vnde dixerūt. Nos audiuimus ex
lege quia christus manet in eternū
et quomodo tu dicis. Oportet exal
tari filium hominis?

Secretum passionis christi.

¶ Factum est autēȝ cū appro
pinquaret hierico: cec⁹ quidā
sedebat secus viā mēdicans.
Et cuȝ audiret turbā pretereū
tem: iterrogabat q̄d hoc esset.
Dixerunt autem ei: q̄ iesus na
zarenus transiret. Et clama-
uit dicens. Iesu fili dauid mise
rere mei. Et qui preibant icre-
pabant eū vt taceret. Ipse ve-
ro multo magis clamabat. fili
dauid miserere mei. Stās aūt
iesus iussit illum adduci ad se.
Et cum appropinquasset: in-
terrogauit illū dicens. Quid
tibi vis faciā? At ille dixit. Do
mine vt videam. Et iesus di-
xit ei: Respice. Fides tua te sal
uum fecit. Et confestim vidit:
et sequebat illū magnificans
deū. Et omnis plebs vt vidit:
dedit laudem deo.

Consensus euāgelij et prophetie.

¶ Grego. in ome. Qr carnales ad-
huc discipuli non valebant cȝ cre

Concordia euangeliorum · *Iudaismi instructio*

xba mysterij: venitur ad miraculū ante eorum oculos cecus lumen recipit: vt eos ad fidem celestia facta solidarēt. vnde sequitur. Fa. est āt cū appro. hie. ce. qui. se. se. vi. mēdicans Theophi. Et ne incessus domini esset inutilis: in via fecit ceci miraculum: hoc documentum discipulis suis dans: vt in omnibus simus proficui: et nihil sit in nobis ociosum. Augu. de que. euā. Possemus de appropinquantibus hierico sic intelligere: vt iam inde egressi: prope tñ adhuc essent ad eā ciuitatem quod quidem minus vsitate dr. Sed tñ videri posset hoc dictū: quoniam mattheus egredientibus eis ab hierico dicit illūinatos duos cecos: qui iuxta viā sedebant. De numero quidez nulla esset questio si alter euangelistarum de vno tacuisset vnius reminiscens. nam et marcus vnum commemorat: cum et egredientibus eis ab hierico dicit illuminatum: cuius et nomen dixit et patrem: vt intelligamus eum fuisse potissimum alterum ignotū vt merito ille notus etiā solus decēter commemoraretur. Sed qm̄ que sequuntur in euāgelio sm lucā: aptissime ondunt illud qd ipse narrat adhuc venientib⁹ ipsis hierico factum esse nihil aliud restat intelligere: nisi bis esse factum hoc miraculum: semel in vno ceco: cū adhuc veniret in illaz ciuitatē: iterū in duobus cum inde egrederetur: vt illud vnum lucas: alterum matthe⁹ enarrat. Chry. Multus autem erat populus circa christū et cecus eum quidem non nouerat: sentiebat autem effectum: et rapiebat per affectum quod non hausit aspectus. vñ subditur. Et cū au. tur. prete. inter. qd hoc esset. Et oculati quidē sm opinionē loquebātur. Sequitur. Dixe. autem ei: q iesus naza. transiret. Cecus vero vera clamabat alia docetur: et alia predicat. Naz sequitur. Et cla. di. ie. fi. da. mi. mei. Quis te docuit hoc homo? num perlegisti libros priuatus luminibus? Vñ igr nosti luminare mundi? vere dominus illuminat cecos. Chryso. In iudaismo autē nutritus non ignorauit q de progenie dauid deus sm carnem nasceretur: et ideo ei vt deo loquitur dicens. Miserere mei hunc imitentur qui in duo diuidūt xpm: hic enī xpm tanq̄ deum adit: et filiū dauid euz nominat: mirent autem instantiam confessionis ei⁹. Quidam ei cū confitentē fidem compescebant. Sequitur. Et qui prei. increpa. eum vt tace. Sed per inhibitiones hmōi non impediebatur eius audacia. Nouit enim fides obus repugnare: et in omnia triumphare. vtile ei est pro cultu diuino pudorē deponere. nā si cā pecunie sunt impudentes nonnulli. pro aie salute non decet bonā induere impudentiā. vñ sequitur. Ipse xo multo magis cla. Fi. da. mi. mei. Sistit āt xpm vox inuocantis in fide: et inuocantes in fide respicit: et ideo merito vocat cecū et accedere iussit. vñ sequitur. Stans autez iesus iussit illum adduci ad se. vt. s. qui prius fide eum tetigerat: appropinquaret et corpore. Appropinquantē cecū dominus iterrogat. Nā sequitur. Et cum app. inter. il. di. Quid tibi vis faciā? Dispēsatiue interrogat non quasi ignorans: sed vt scirent astantes q non petebat pecuniaz: sed diuinā efficaciam: vt a deo. vñ sequitur. At il. di. do. vt vide. Chry. Uel quia calūniat ores veritatis ut dei possent dicere: vt in ceco nato non est hic sed similis eius: voluit vt cecus prius ostenderet defectum nature: et sic cognoscat gratie maiestatem: at vbi petitionis modum cecus explicuit: tunc summa maiestate precepit ei vt videret. vnde sequitur Et dixit il. ie. Respice: qd redūdabat i crimē perfidie iudeorū: quis enim prophetarū talia dixit? Aspice tñ qd assumat medicus ab eo cui collata est sanitas. Sequit. enim. Fides tua te saluū fecit. Pro fide enim venduntur beneficia. dif funditur enim gr̄a quā suscepit fi-

des. Et sicut ab aliquo fonte hi q̃=
dem paruis vasis modicum aque
hauriunt: hi vero maioribus mul=
tum: fonte non distinguẽte mensu=
ras: et ẽm fenestras que aperiunt
magis vel min⁹ splẽdor solis infun
ditur: ita ẽm capacitatem intentio=
nis hauritur grã. vertitur autem
vox christi in lucẽ languẽtis. erat ei
verbum vere lucis. vnde sequit. Et
confestim vidit. At cec⁹ et ante be=
neficium fidem ostendit feruidã: et
post beneficium beniuolentiam ob
seruauit. Sequit. et seque. il. ma.
de. Chry. Ex quo pʒ q̃ a duplici ce=
citate liberabatur: corporali .s. in=
tellectuali. neq; eni glorificasset vt
deũ nisi vere vidisset: sed et alijs fa
ctus ẽ occasio glorificandi deũ. Se=
quitur. Et oĩs plebs vt vi. de. lau.
deo. Beda. Non solũ pro ipetrato
munere lucis: sʒ et merito fidei ipe
trantis. Chry. Hic autem necesse ẽ
querere cur xp̃s demoniacũ quidẽ
curatũ sequi volẽtem prohibet: ce=
cum autẽ illuminatum sequẽtem nõ
phibet: sʒ neutrũ irrationale puto
illũ ei mittit preconẽ: vt ex sua con=
sistentia benefactorẽ predicet. erat
Questio vtilis. eni excellens miraculum videre fu
riosum sane mẽtis effectum. Cecũ
vero permittit sequi: quando hie=
rosolymã ascendebat per crucẽ pfe
ctur⁹ altũ mysteriũ: vt recentem ha
bẽs miraculi mentionẽ non existi=
maret eũ infirmitate potius q̃ mi
sericordia pati. Ambro. In hoc aũt
typus populi gentilis ẽ: qui sacra=
mento dominico recepit amissi lu=
minis claritatẽ. Nihil ãt interest:
vtrũ in vno ceco medicinã: an i duo
bus accipiat: qm ex chaz et iaphet
noe filijs originẽ ducens in duob⁹
cecis duos generis sui pretendebat
auctores. Grego. in om. vel cecum
est genus humanũ: qd in parẽte p̃
mo claritatem superne lucis igno=
rans: dãnationis sue tenebras pa=
titur. Hierico ãt interpretatur lu=
na: que dũ mẽstruis momẽtis decre
scit: defectum nr̃e mortalitatis desi
gnat dum igitur cõditor noster ap
propinquat hierico: cecus ad lumẽ
redit: quia dum diuinitas defectũ
nostre carnis suscepit: humanũ ge
nus lumẽ quod amiserat recepit.
Qui ergo eterne lucis claritatẽ ne=
scit: cecus est. Si autẽ iã redempto
rẽ credidit qui dixit. Ego sum via
iuxta viam sedet. Si vero credidit
et exorat: vt eternum lumen reci=
piat iuxta viam sedet et mendi=
cat. Illi autem qui iesum venien=
tem precedunt designant carnaliũ
desideriorum turbas tumultusq; vi
tiorum: qui priusq̃ iesus ad cor no=
strum perueniat: dissipant cogita= Tropologica expositio.
tionẽ nostrã: et in ipsa nos nostra
oratione conturbãt. Ipse vero ma=
gis clamabat: q2 q̃to grauiori tu=
multu cogitatione premimur: tãto
orationi insistere ardẽtius debem⁹.
Cum autẽ adhuc turbas phãtas=
matũ in oratione patimur: iesum
aliquatenus trãseuntẽ sentimus.
Cum vero orationi vehemẽter insi
stimus: deus in corde figitur: et lux
amissa reparatur. vel transire hu=
manitatis ẽ stare diuinitatis. Cecũ
igitur clamãtem dominus transiẽs
audiuit: stans illuminauit: q2 per
humanitatẽ suam vocibus nostre
cecitatis cõpatiendo misertus est:
sed lumen nobis grẽ per diuinita=
tis potentiã infudit. Ad hoc autem
requirit quid velit vt cor ad oratio=
nem excitet: peti ei hoc vult: quod e
nos petere et se cõcedere prenoscit.
Ambro. Uel interrogauit cecum vt
crederem⁹: nisi cõfitentẽ non posse
saluari. Grego. in om. Cecus autẽ
a domino nõ aurũ: sed lucem: que=
rit. Et nos non falsas diuitias sed
lucem queramus: quã videre cum
solis angelis possimus. ad quã lu=
cem via fides ẽ. vnde recte ceco dr.
Respice fides tua te saluum fecit.
Qui videt et sequitur: quia bonum
quod intelligit operatur. Aug. de
que. euan. Si autem hierico. lunã
et ob hoc mortalitatẽ iterpretamur:
morti propinquans domin⁹ iudeis
solis lumen euangelij iusserat pre=
dicari: quos significauit ille vnus

ceecus quē lucas cōmemorat: a mor-
te autem resurgens atq3 descēdēs
et iudeis et gentibus: quos duos
populos significare videntur duo
ceci pmēorati a mattheo. Ca. xix.



T ingressus pam
bulabat hierico.
Et ecce vir nomi-
ne zacheus: et hic
princeps erat pu
blicanorum: et ipse diues. Et
querebat videre iesum q̄s esset
et nō poterat pre turba: q2 sta-
tura pusillus erat. Et precur-
rens ascendit in arborem sico
morum vt videret eū: qui inde
erat transiturus. et cum venis-
set ad locum suspiciens iesus
vidit illum: et dixit ad eum: za
chee festinans descende: quia
hodie i domo tua oportet me
manere. Et festinās descēdit.
et excepit illum gaudens. Et
cum viderent omnes murmu-
rabant dicentes: q2 ad hominē
peccatorem diuertisset. Stans
autem zacheus dixit ad iesuz.
Ecce dimidiū bonorū meoruz
do pauperibus: et siq̄d aliquez
defraudaui reddo quadruplū.
Ait iesus ad euz. Q2 hodie sa
lus domui huic facta est: eo q2
et ipse fili9 sit abrae. Uenit ei fi
lius hominis querere et saluū
facere quod perierat.

¶ Ambro. zacheus in sico moro: ce
cus in via. quoꝝ alterum dominus
miseratus expectat. alterū sine mā
siōis claritate nobilitat. de quo dr.
Et ingressus iesus perambu. hic.
et hec vir noie zache. et hic erat pn.
publica. et ipse diues. Et bene pri
ceps iducit publicanorum. Quis
enim de se desperet quando iste pue-
nit ad gratiā: cui cēsus ex fraude?
et ipse quidem diues: vt scias nō ōēs

Ois di-
ues
auarus

diuites auaros. Cyril. Sed zache9
in his morā non traxit: sed factus
est dignus propitiatione dei qui ce
cos illuminat: et longinquos vo-
cat. Tytus. Pullulauerat autē in
eo semen salutis: quia cupiebat ie
sum videre. vnde sequitur. et que-
rebat videre iesum quis esset. Ut-
pote q̄ nunq̄ eum viderat: quia si
vidisset dudum iā recessisset a ne-
quitia publicana. Siquis enim ie
sum videt. non potest nequitijs im-
morari. Duo autem erāt īpedimē-
ta huic visioni. nā retardabat eum
populus. nō tam viroꝝ q̄ pctōruz:
erat autē paruus statura. vnde se
quitur. Et non poterat pre turba:
quia sta. pu. si. er. Ambro. Quid si-
bi vult q2 nullius alterius staturā
q̄ hui9 expressit: vide ne forte mali
tia pusillus: aut adhuc pusillus fi-
de. nondū enī pronus erat cū ascē-
deret: nondū viderat xp̄m. Tytus.
Sed ille bonū adinuenit īgenium:
nā precurrens in arborē sicomo: ū
ascendit: et transeuntē iesum desi-
deratū videbat. vñ sequitur. Et p̄-
currēs ascendit in arborem sicomo
rum vt videret illū q2 inde erat trā
situr9. Hic ergo solā visionē deside
rauit: sed qui nouit plus facere q̄
querim9: dedit ei supra id quod ex
pectabat. vnde sequitur. Et cū ve-
nisset ad lo. suspiciens iesus vidit
illum. Cyril. Uidit quidē hois aīaz
promptissime nitentē ad sancte vi-
uendium: et eū ad pietatē cōuertit.
Ambro. Capit eū. se non inuitatus
īuitat. vñ seq̄r. Et dixit ad eū. za-
chee festinās descēde: q2 hodie ī do
mo tua opz me manere. Sciebat ei
vberez hospitis sui esse mercedem:
s3 tñ z si nō vocē īuitātis audierat af
fectū. Bed. Ecce āt camel9 deposita
ibi sarcina p foramē acus trāsit: .h
ē diues z publican9 relicto amore di-
uitiaꝝ z cōtēpto cēsu fraudū: bñdictio
nē dñice susceptiōis accepit. Seq̄r.
Et festinās dscēdit: et accepit illū
gaudens. Ambrosius. Discant di-
uites non in facultatibus crimen
habere: sed in his qui vti nesciunt

Myste-
rium si-
comori.

facultatib⁹. Nā diuitie sicut impedimēta sunt īprobis: ita bonis sunt adiumēta virtutis. Chry. Sz p̄sidera nimiā saluatoris bonitatē. Insons cū sontibus cōuersatur. Fons iustitie cū auaritia que est materia prauitatis. ingressus domū publicani nullā ex auaritie nebula iniuriam patitur: sed fulgore iustitie auaritiā delet. sed mordaces & criminationis amatores inuehi tentant in his que ab eo fiebant. Sequit̄ eīn. Et cum vide. om. murmu. dicen. q̄ ad ho. pec. diuertisset. Ipse vero in cusatus vt epulo & publicanorum amicus spernebat hec vt cōsummaret propositū: q̄ & medicus nisi patiatur sanitē egrotorū nō liberat a morbo: qd̄ & tunc cōtigit: quoniā cōuersus est publican⁹ & fact⁹ est melior. Seq̄tur. Stās aūt zacheus dixit ad iesum. Ecce di. bo. meo. domine do. pau. & si q̄d ali. defrauda. red. quadruplum. Audi mirabile. Nondum didicit. & obedit. Et sicut sol per radios infusus in domum non illustrat verbo. sed opere: ita saluator radijs iustitie nequitie fugauit caliginē. nam lux in tenebris lucet. Quodlibet aūt vnitū est validum diuisum aūt debile: & ideo bipartit substantiā. Est aūt diligentius attēdēdū: q̄ opes zachei nō solum erant iniuste: sed etiā ex patrimonio fuerūt cōgregate: alioquin quō poterat ex toto iniuque restituere in quadruplū. Sciebat eīn legez iubētem restituere in quadruplum male ablata vt si lex nō terreat: dāna mitigēt. non ergo expectat zacheus legis censuram: ipse sibi iudex effectus. Theophi. Sed si subtilius indagare velimus nihil de pp̄ijs restabat facultatib⁹. Data eīn medietate bonorū pauperibus ex residuo reddebat lesis in quadruplo: nec solū hoc p̄mittebat: sed faciebat. Nō eīn ait. Dabo medietatē & restituā quadruplū: sed do & reddo. At christus illi salutem annunciat. Sequitur. Ait ie. ad eū. q̄ ho. sa. huic do. facta est: ip̄z zacheū significās affectū fuisse salutē: per domū habitatorē significans. Seq̄tur. eo q̄ ipse filius sit abrae. Non eīn vocasset abrae filiū inanimatā fabricā. Bed. Filius autē abrae. zacheus dr̄ nō q̄ de eius stirpe genit⁹: sed q̄ ei⁹ est fidē imitat⁹: vt sicut ille terrā domūq̄ paternā deseruit: ita iste bona sua partiendo pauperib⁹ relinqueret. Pulchre autē dicit. Et ipse. vt non solū eos qui iuste vixerant: sed & eos qui ab iniustitia resipiscunt: ad filios promissionis p̄tinere declaret. Theophi. Non aūt dixit q̄ filius erat abrae. s̄z quoniā nūc est. nā prius q̄n erat publicanorū princeps nullam similitudinē hn̄s ad abraam iustum: non erat abrae filius. Sed q̄ murmurabāt quidam eo q̄ moraretur cum viro peccatore: ad compescendos illos subdit. Uenit enim filius hominis querere & saluum facere qd̄ perierat. Chry. q. d. Quid me criminamini si rectifico peccatores. tā enim procul est a me odium peccatorum: q̄ eorum causa aduenerim. nā medicus veni: nō iudex: ob hoc cōtinuasio languentiū: patiorq̄ fetorem: vt p̄stē remedia. Queret autē aliq̄s quomodo paulus iubet si quis frater fuerit procax aut auarus: cum huiusmodi nec cibū esse sumēduz. Christus aūt erat publicanorū cōuiua: sed nondum p̄uecti erant isti vt fierent fratres: sed & tunc vitare precepit paulus fratres cum perstant in malo: hi vero erant mutāti. Beda. Mystice autē zacheus q̄ interpretatur iustificatus: credentē ex gentibus populum significat: q̄ per occupationem temporalium depressus erat & minimus: sed a deo sanctificatus: qui intrantem hierico saluatorem videre voluit: dum fidem quā mundo attulit: p̄ticipare quesiuit. Cyril. Turba autez est imperite confusio multitudinis: q̄ verticem nequiuit videre sapientie. ergo zache⁹ q̄ndiu in turba est non vidit xp̄m: sed plebeiam transgressus inscitiā: meruit quez desiderabat

Pietas iesu notatur.

Filius abrae q̄s sit.

Allegoria pulchra.

derabat aspicere. Beda. Uel turba id est vitiorum consuetudo que secum clamantē increpabat: etiam hunc suspicientem tardat sed sicut amplius clamando cecus turbam vicit: ita pusillus terrena relinquēdo ⁊ arborem crucis ascendendo: turbam obstantem transcendit. Sicomorus namqꝫ que est arbor folijs moro similis: sed altitudine pstans vnde ⁊ a latinis celsa nuncupatur Ficus fatua dicitur: ⁊ eadem dominica crux credentes alit vt ficus: ab incredulis irridetur vt fatua. Quā arborem pusillus statura zacheus vt coexaltari possit ascendit: cū quilibet humilis ⁊ proprie conscius infirmitatis clamat. Mihi absit gloriari: nisi in cruce domini nostri iesu christi. Ambro. Pulchre autez addidit: qꝛ illa parte erat transiturus dominus: vel vbi sicomorus vel vbi crediturus vt mysterium seruaret ⁊ gratiam seminaret: sic enim venerat: vt per iudeos veniret ad gentes. Uidit itaqꝫ zacheuz sursum: iā enim sublimitas fidei inter fructus bonorum operum: inter fecunde altitudinem arboris eminebat. Zacheus autem supra arborem est. qꝛ est supra legez. Bed. Perambulās autem dominus venit ad locuz vbi zacheus sicomorum ascenderet: qꝛ missis per mundum predicatoribus in quibus ipse loquebat ⁊ ibat. Uenit ad populum nationum qui passionis eius fide iam sublimis erat quem suspiciēs vidit: quia per gratiam elegit. Manebat autem aliqn dominus in domo principis phariseorum: sed eum opera digna deo facientem lingua venenata carpebant. Vnde eorum perosus facinora discessit dicēs. Relinquetur domus vestra deserta. Hodie autem in domo pusilli zachei oportet illuz manere id est noue legis gratis coruscātē ī hūiliū nationū corde quiescere. Qd aūt descēderet de sicomoro ⁊ sic mansionem in domo parare iubet hoc est qd ait apostolus. Etsi cognouimus sm carnem xpm: sed iā nūc nō nouimus. Etsi ei̅ mortuus ē ex infirmitate: sꝫ viuit ex virtute dei. Manifestū est aūt iudeos gentiū semper odisse salutē: sed salus que olim iudeorum domos implebat: hodie populū nationū illuxit eo qꝫ ⁊ ipse populus filius sit abrae credēdo in deū. Theophi. Sed ⁊ facile est hoc ad moralē vtilitatē retorquere. Quisquis ei̅ in malitia pluribus preest paruus est statura spiritali ⁊ nō pōt videre iesum pre turba. Nā perplexus a passionibus ⁊ secularibus rebus nō aspicit iesum ambulātē. i. in nobis operantē nullum opus eius cognoscēs. Ascēdit aūt super sicomorū id est voluptatis dulcedinem: que significatur p ficum: deprimēs eā: ⁊ sic sublimior factus: videt ⁊ videt a christo. Grego. xxvij. mor. Uel qꝛ sicomorus ficus fatua dicit: pusillus zacheus sicomorum subijt ⁊ dominū vidit: qꝛ q mūdi stultitiā humiliter eligūt ipsi dei sapientiam subtilr cōtēplātur. Quid in hoc mūdo stultius qꝫ amissa nō qrere: possessa rapientibus relaxare: nullā p acceptis iniuriā reddere. Per hāc aūt sapientē stultitiā. ⁊ si nondū solide vt est: iā tamē per cōtēplationis lumē dei sapientia videt. Theophi. Dicit autez ei dominus. Festinās descēde. hoc est: ascēdisti p pniaz ad altiorē locū. descēde p hūilitatē: ne te supplātet elatio oportet ei̅ me in humilis domo manere. Geminis aūt bonis in nobis existētibus: corporalibus scꝫ ⁊ spiritualibus: cūcta corporalia derelinquit iustus pauperibus: sed spiritalia nō deserit bona: sed siqd exegit ab aliquo reddit in quadruplū significans per hoc qꝫ siquis p penitentiam pergit in cōtrario tramite prisce prauitatis: per multiplices virtutes sanat omnia pristina delicta: ac sic pmeretur salutē vocaturqꝫ filius abrae: eo qꝫ a prosapia kognatione exierit scilicet ab antiqua nequitia.

Moralis intellectus

¶ Hec illis audientibus adij

ciēs dixit parabolam eo ꝙ ef
set prope hierusalem: ꝛ q̄ꝛ existi
marent ꝙ confestim regnū dei
manifestaretur. Dixit ergo. Ho
mo quidam nobilis abijt in re-
gionem longinquā accipere si-
bi regnū ꝛ reuerti. Uocatis aūt
decem seruis suis: dedit eis de-
cē mnas ꝛ ait ad illos. Negocia
mini dum venio. Ciues autem
eius oderunt eum ꝛ miserunt le
gationem post illum dicentes.
Nolumus hunc regnare super
nos. Et factum est vt rediret ac
cepto regno: ꝛ iussit vocari ser
uos quibus dedit pecuniam vt
sciret q̄tum quisq̄ negociatus
esset. Uenit autem primus di-
cens. Domine mna tua decem
mnas acquisiuit. Et ait illi. Eu
ge serue bone: q̄ꝛ in modico fui
sti fidelis eris potestatem ha-
bens supra decem ciuitates.
Et alter venit dicens. Domi-
ne mna tua fecit quinq̄ mnas.
Et huic ait. Et tu esto super
quinq̄ ciuitates. Et tertius
venit dicēs. Dn̄e ecce mna tua
quam habui repositam in su
dario. Timui enim te quia ho
mo austerus es: tollis quod nō
posuisti: ꝛ metis quod nō semi
nasti. Dicit ei. De ore tuo te iu
dico serue neq̄. Sciebas enim
ꝙ ego homo austerus sum: tol
lens quod non posui ꝛ metens
quod non seminaui. ꝛ quare nō
dedisti pecuniam meam ad mē
sam ꝛ ego veniens cum vsuris
vtiq̄ exegissem illam: ꝛ astanti
bus dixit. Auferte ab illo mnā
ꝛ date illi qui decem mnas ha
bet. ꝛ dixerunt ei. Domine ha
bet decem mnas. Dico autem
vobis quia omni habenti dabi
tur ꝛ abundabit: ab eo autem
qui nō habet ꝛ quod habet au-
feretur ab eo. Ueruntamen ini
micos meos illos qui noluerūt
me regnare sup se adducite huc
ꝛ interficite ante me.

¶ Euse. Estimabāt quidā in p̄mo saluatoris aduentu regnum eius ve nire: ꝛ hoc putabāt mox tunc fieri cū ascēsurus erat hierosolymaꝫ: adeo obstupefecerāt eos miracłā dīna q̄ fecerat. Et ideo instruit eos nō p̄us se recipere regnuꝫ a patre: q̄ ab ho minibus iret ad patrem. Et ideo di citur. Hec illis audiētibus adijciēs dixit parabolā: eo ꝙ esset prope hie rusalem q̄ꝛ estimarent ꝙ confestim regnum dei manifestaretur. Theo phi. Sed dominus ostēdit eis ꝙ va na quedam estimarent: non est enī sensibile regnum dei. Ostendit etiā ꝙ quasi deus nouit cogitationes eo rum proponens eis subsequentem parabolam. vnde sequitur. Dixit er go. Homo quidaꝫ nobilis abijt in re gionem longinquā accipere sibi re- gnum ꝛ reuerti. Cyril. Describit au tem sensus huius parabole myste- ria christi a primo vsq̄ ad vltimum. Homo enim factus est deus verbūꝫ existens: ꝛ q̄uis seruus factus sit: ē tamē nobilis ſm ineffabilem ortum a patre. Basi. Non soluꝫ ſm deitatē dominus nobilis est sed etiam ſꝫ ge nus humanum ex semine dauid ſm carnem exortus. Abijt autē in regio nem longinquam: non tam locali di stantia separataꝫ q̄ rerum conditio nē. Ipse enim deus prope est vnicui q̄ nostrum: cum nostra bona opera nos ei astringunt: ꝛ distat quotiens nos herendo perditioni elōgamur ab eo. Ad hanc igitur terrenam re- gionem accessit longinquam a deo vt gentium regnum acciperet ſm di-

Uis mi raculoꝝ christi.

Nobili tas x̄pi carnalis.

lud. Postula a me: dabo tibi gentes hereditatem tuam. Augustinus de que. euange. Uel regio longinqua ecclesia gentium est: usque ad fines terre. abiit enim ut plenitudo gentium intraret: reverteretur ut omnis israel salu' fiat. Euse. Uel per hoc quod profectus est ad regionem longinquam ascensum proprium a terra in celos designat. Cum vero subdit. Accipere sibi regnum et redire: secundam sui apparitionem gloriosam et regiam ostendit. Et primo quidem hominem se vocat propter nativitatem in carne. deinde nobilem: nondum autem se regem appellat: quia nondum in prima apparitione regia fungebatur maiestate. Sed non bene dicitur obtinere sibi regnum: nam dante sibi patre illud obtinuit secundum illud danielis. Ecce filius hominis veniebat in nubibus et datum est ei regnum. Cyrillus. Ascendens enim ad celos sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: ascendens autem dispensauit credentibus in eum divinorum charismatum differentiam: sicut servis committuntur dominice facultates: ut aliquid lucrantes famulatus sui ferant preconia. unde sequitur. Uoca. autem decem. ser. su. de. il. de. mnas. Consueuit sacra scriptura in signum perfectionis uti numero denario: quem siquis numerans deexcedere velit ab unitate iterum inchoabit: quasi denario perducto ad metam: et ideo in dispensatione talentorum eum qui metam attigit divini officij. x. ait mnas recepisse. Augustinus. de que. euan. Uel per x. mnas legem significat propter decalogum. x. autem servos hos quibus sub illa positis gratia predicata est. Sic. n. intelligendum est eis datas mnas ad usum cum intellexerunt leges remoto velamine ad euangelium pertinere. Be. la. Mna namque quam greci minam vocant: centum dragmis appenditur. Et omnis scripture sermo quia vite celestis perfectionem suggerit: quasi numeri centenari pondere fulgescit. Euse. Significat ergo per eos qui mnas recipiunt suos discipulos quibus mnas exhibens singulas parem cunctis dispensationem committens negociari iussit. Sequitur. Et ait ad il. nego. dum venio. Nullum autem aliud negocium erat nisi dogma regni sui intentis mortalibus predicatum per suos discipulos. Idem autem est omnium documentum: eademque fides: unum baptisma et ob hoc mna una singulis datur. Cyrillus. Multa autem est horum differentia ad illos qui inficiati sunt regnum dei. De quibus subditur. Cives autem eius ode. il. et mise. lega. post illum di. No. hunc reg. super nos. hoc est quod christus improperauit iudeis dicens. Nunc vero viderunt et oderunt me et patrem meum. renuerunt autem regnum eius dicentes pilato. Non habemus regem nisi cesarem. Eusebius. per hoc enim quod dicit. Cives eius. iudeos significat ortos ex eadem progenie secundum carnem: et quoniam ritu legis cum illis pariter utebatur. Augustinus. de questio. euange. Miserunt autem legationem post eum: quia etiam post resurrectionem eius immiserunt persecutiones apostolis: et predicationem euangelij respuerunt. Eusebius. Postquam autem saluator hec docuit pertinentia ad primum eius aduentum: consequenter gloriosum et regium eius reditum ostendit dicens. Et fa. est ut redi. acce. re. et iussit vocari servos: quibus dedit pe. ut sciret quantum quisque negociatus esset. Chry. Duo regna dei novit sacra scriptura: alterum quidem ex creatione: secundum quod est rex omnium creationis iure. alterum autem ex approbatione: secundum quod iustis dominatur propria sponte eis subiectis: et hoc regnum hic dicitur accepisse. Augustinus. de que. euan. Redit etiam accepto regno: quia in manifestissima claritate venturus est qui eis humilis

Denarij perfectio.

Duo regna dei.

apparuit cum diceret. Regnũ meũ nõ est de hoc mundo. Cyril. Redeũte autem christo sumpto regno merebuntur preconia: et delectabuntur verbi ministri in supernis honoribus quia multiplicauerũt talẽtum pluribus acquisitis. vnde subditur. Uenit autem primus dicens. Dñe mna tua decem mnas acquisiuit. Beda. Primus seruus ordo doctorum est in circuncisione missorũ: qui vnã mnaz negociatur⁹ accepit: qꝛ vnam fidez predicare iussus est. Sz hec mna. x. mnas acquisiuit: qꝛ populum sub lege cõstitutũ sibimet docendo sociauit. Seqtur. Et ai. il. Euge ser. bo. qꝛ in mo. fui. fid. eris ptã. habens super. x. ciuitates. In modico seruus est fidelis: quia nõ adulterat verbũ dei. Quicquid enĩ in p̃senti percipimus donorũ: in cõparatione futurorũ paucuz est. Grecus. Sed qꝛ mercedẽ propriorũ bonorum accipit: decem dicitur ciuitatibus preesse. de his promissis quidam in fine coniectantes existimãt se preturis et prefecturis donari in terrena hierusalẽ reparata lapidibus preciosis: si honeste in christo fuerunt cõuersati: ambitũ potestatis ꝛ prelationis ab anima minime deponentes. Ambro. Sed ciuitates decẽ sunt anime: quibus iure p̃ponitur: qꝛ pecuniã dñi et eloquia casta probata sicut argentũ mẽtibus hominũ fenerauerit: nam sicut hierusalẽ dicit̃ edificata vt ciuitas: ita sunt anime pacifice. Et sicut angeli presunt: ita hi qui vitã meruerũt angelorũ. Sequit̃. Et al. ve. di. Dñe mna tua fe. qnq3 mnas. Beda. Seruus ille cetus est eorũ qui preputio euangelizare missi sunt: cuius mna id est euangelica fides: qnq3 mnas fecit: qꝛ gentes corporis sensib⁹ antea mãcipatas ad fidei euangelice gratiam conuertit. Sequit̃. et huic ait. Et tu esto supra qnq3 ciuitates. hoc est ex earũ quas imbueras aiarum fide et cõuersatione sublimis fulgeas. Ambro. Ut aliter fortasse. Ille qui quinq3 mnas acqsiuit: moralia habet: quia quinq3 sunt corporis sensus. Ille qui decem duplicia id est mystica legis et moralia probitatis. Possum⁹ ꝛ hic decem mnas decem verba intelligere id est legis doctrinam: quinq3 mnas magisteria discipline: sed legisperituz in oibus volo esse perfectũ. Bene autez qꝛ de iudeis dicit. Duo soli multiplicatã pecuniã deferunt: nõ vtiq3 eris sed disputationis vsuris. Chryso. Alia est enĩ pecunia fenoris: alia doctrine celestis vsura. an terrenis enim opibus non euenit vnum fieri ditem: nisi alter depauperetur: sed in spiritualibus nõ euenit quẽq3 ditari nisi faciat et aliũ locupletem. In corporeis enĩ participatio minuit: sed in spiritalibus auget. Augusti. de que. euange. Uel aliter. q; vnus eorum qui bene vsi sunt decem acqsiuit: ꝛ alter. v. significat eos esse acquisitos in gregem dominicũ qbus iam lex per gratiã intellecta est: sine ꝓpter. x. legis precepta. siue qꝛ ille per quẽ lex lata est: quinq3 libros conscripsit: ad hoc pertinent. x. ꝛ. v. ciuitates quib⁹ eos preponit: multiplicationẽ scilicet intelligẽtie in ipa veritate que de vnoquoq3 precepto vel de vno quolibet libro pullulat: ꝛ ad vnum reducta quasi ciuitatẽ facit viuentium rationum eternaruz. Est enim ciuitas non quorumlibet animantium: sed rationabiliũ multitudo legis vnius societate deuincta. q; ergo serui reddẽtes rationez ex eo quod acceperãt: laudãtur qui lucrati sunt significat eos bonã reddere rationẽ: q bene vsi sunt: qđ acceperũt ad augendas diuitias dñi per eos qui credunt in euz. Qđ qui facere nolũt: in illo signati sunt qui mnam suã in sudario seruauit. De quo sequitur. Et terti⁹ venit dicẽs. Dñe ecce mna tua quã ha. repo. in sudario. Sũt enĩ hoies hac sibi peruersitate blãdientes vt dicãt. Sufficit vt de se vnusquisq3 rationem reddat: qđ opus est aliis p̃dicare ꝛ ministrare: vt etiã rõnem de ipsis q̃sq3 reddere cogat̃: cũ apud dñm etiã il=

Allegorie⁹ sensus.

sli sint inexcusabiles: qbus lex data nō est: neqꝫ etiā qui audito euangelio nō obediuerūt: q' p' creaturā poterāt cognoscere creatorē. vnde seqtur. Timui enim te: qꝛ ho. au. es. tol. qd nō po. ꝛ me. qd nō seminasti. Hoc est enim quasi metere vbi nō seminauit. i. eos ipietate reos tenere: quibus verbū aut legis aut euangelij ministratū nō est. Hoc autē veluti iudicij periculū deuitātes pigro labore a verbi ministratiōe coquiescsit. ꝛ hoc est quasi in sudario ligare qd acceperūt. Theophi. Sudario enim mortuorū facies velatur. Merito ergo hic piger dicit mnā i sudario inuoluisse: qꝛ eā mortificās ꝛ ociosam dimittens: non tractauit nec auxit. Beda. Uel pecuniā in sudario ligare: est percepta dona sub ocio lenti corporis abscōdere. Qd autem putauerat se per excusationem dixisse: in culpam ppriā vertitur. vnde sequitur. Dicit ei. De ore tuo te iud. ser. nequā. seruus nequā vocatur quasi piger ad exercendū negociū: ꝛ superbus ad accusandū dn̄i iudiciū. Sciebas qꝛ ego austerus homo sum tollens qd non posui: ꝛ metens qd nō seminaui: ꝛ quare non dedisti pecuniam meam ad mēsam: q. d. Si durum me esse noueras ꝛ aliena secta ri: quare nō tibi hec cogitatio incussit timorē: vt scires me mea diligentius quesiturū? Pecunia autem vel argentū predicatio euangelij est et sermo diuinus: qꝛ eloquia dn̄i eloquia casta: argentū igne examinatum: qui sermo dn̄i dari debuit ad mensam: hoc est promptis paratisqꝫ cordibus intimari. Augu. de quest. euan. Uel mensa ad quā dāda erat pecunia professionē ipsam religionis accipimus: que tanqꝫ publice ꝑponitur ad vsum necessariū saluti. Chrysosto. In sensibilibus autē diuitijs debitores solius obseruatiōis obnoxij sunt. quātum enim recipiunt tantū eos reddere necesse est: et nihil plus ab eis querit. In diuinis aūt eloquijs nō solū ad custodiam obligamur. s; etiā multiplicare monemur. vn̄ sequit. Et ego veni. cum vsu. vtiqꝫ exegissem illa. Beda. Qui enim verbi pecuniā a doctore percipit credēdo: necesse est vt eā cū vsuris soluat operādo vel vt ex eo qd audiuit etiam alia studeat intelligere: q̄ nec duz expdicatoris ore didicit. Cyril. Doctorū enim est miscere auditoribus salutarē ꝛ pficuū sermonem opus aūt diuine virtutis est attrahere obediētes ad audientiā: ꝛ fertilē eorū reddere intellectū. Nō est autē hic seruus laudat': neqꝫ honorem pmeruit: sed potius tāqꝫ iners est ꝯdēnatus. vn̄ sequit. Et astanti dixit. Aufer ab eo mnā: ꝛ da il. qui x. mnas habet. Augu. de que. euā. Per qd significat ꝛ illū posse amittere mun' dei q̄ habēs nō habet. i. eo nō vtit: ꝛ eo augeri q̄ habēs h;. i. bene vtit. Beda. Mystice aūt hoc vt reor indicat intrāte plenitudine gētium oēm israel saluū futurū: ꝛ tūc abūdantiā gratie spiritalis quam mō nos tepide exercem': illi' populi doctorib' esse ꝯferendā. Chryso. Ideo autē dicit astātib'. Auferte ei mnā: qꝛ nō est prudēns animi punire: sed alio quodam. s. ministro eget ad puniendū officio iudicis: nam et deus nō ipsemet penas irrogat sed mediantib' āgelis. Augu. De alijs seruis siletur: qui q̄si ꝓdigi debitores q̄ acceperāt pdiderunt. In duobus seruis illis q̄ lucrati sunt: pauci signati sunt i qui p duas vices ad cultores vinee sunt destinati: in reliquis oēs iudei. Sequitur. Et dix. il. Dn̄e habet. x. mnas. Et ne hoc iniustum videretur subdit. Di. autem vo. qꝛ om. ha. dabit. Theophi. Qꝛ cum decē auxerit decuplādo: palam est qꝛ plura ꝛ decuplās pluris lucri fiet occasio dn̄o. A desidevero ꝛ ocioso qui non satagit augere qd acceperat: ipsum quoqꝫ qd possidet auferetur. vnde sequit. Ab eo aūt qui nō habet ꝛ qd h; auf. ab eo. Nec vacet sensus dominic': cum posset dari alijs et multiplicari. Hec autē non solum ad sermonē et doctrinā referenda sunt: sed etiā ad mores eos vir

Sudarij significatio.

Doctoꝝ cōditio.

tutes:q̄m ꝛ in his dat nobis deꝰ sua charismata: hūc dotās ieiunio: illū oratione: aliū mā̄suetudine vel humilitate: quibꝰ si inuigilauerimꝰ multiplicamꝰ ea: si ꝟo tepeamꝰ extinguemus. Deinde de aduersarijs subdit. Uerūtū ini. me. il. qui no. me regna. su. se. ad. huc ꝛ interfi. ante me. Augu. de que. euā. Per qꝺ designat impietatē iudeorū: q̄ ad eū noluerunt conuerti. Theophi. Quos tradidit morti mittens eos in ignē exteriorem: sed ꝛ in hoc mūdo mactati sunt flebiliter ab exercitu romanorum. Chryso. Hec cōtra martionistas cōpetūt. nā et xp̄s dicit. Adducite hostes meos ꝛ occidite coram me: cum tū illi bonū dicāt xp̄m: deū ꝟo veteris testamēti malū. Patet autem ꝙ pater ꝛ filius eadē facit: nam pater ad vineā destinat exercitū. filiꝰ autē hostes coram se trucidari facit. Hec aūt q̄ in luca scribiꝛ parabola: alia est ab ea que in mattheo narraꝛ de talētis. nā hoc quidē ex vno capitali accepto: varij fuere pronētus: q̄ ex vna mna accepta hic quinq̄ talēta: ille obtulit decē. Sed apud mattheum cōtrariū: nam qui duo accepit duo superaddidit: et qui quinq̄: tantūdem. vnde et premijs donantur imparibus.

Martionistarū error dānatur.

¶ Et his dictis p̄cedebat ascē dens hierosolymā. Et factum est cū appropinquasset ad betphage et bethaniā ad montē qui vocatur oliueti: misit duos discipulos suos dicens. Ite in castellum quod cōtra vos est. In quod introeuntes: inuenietis pullum asine alligatum cui nemo vnq̄ hominū sedit: soluite illum: et adducite. Et siquis vos interrogauerit quare soluitis: sic dicetis ei. Quia dominus operam eius desiderat. Abierunt autē qui missi erāt: et inuenerunt sicut dixit illis stantem pullum. Soluentibus autem illis pullum: dixerūt domini eius ad illos. Quid soluitis pullum? At illi dixerunt: q̄ dominus eum necessarium habet. Et duxerunt illum ad iesum. Et iacientes vestimenta sua supra pullū. imposuerunt iesum. Exeunte autē illo substernebant vestimenta sua in via.

¶ Tytus. Q̄ dominꝰ dixerat. Appropinquauit regnū dei. videntes illum in hierusalem ascendentem: putabant ideo ascendere vt regnū dei inchoaret. Consummata ergo parabola in qua errorem predictū correxit. et ostenso ꝙ nondum insidiantem sibi mortē deuicerat: procedebat ad passionē. ascendens hierosolymam. vnde dicitur. Et his dictis precedebat ascēdens. Beda. Ostendens etiam de eiusdē ciuitatis euentu parabolā fuisse p̄missā: que et ipsū erat occisura et hostili clade peritura. Sequitur. Et factū est cū appropinquasset ad betphage et betha. ad montem qui voca. oliue. mi. du. disci. suos. Betphage erat locus sacerdotū in monte oliueti. Bethania quoq̄ ciuitas siue villula ex latere montis eiusdē quasi stadijs. xv. a hierusalē. Chryso. Et quidē in exordijs indifferenter se dominꝰ ingerebat iudeis. s; vbi sufficienter edidit sue potestatis experimentū: auctoritate multa singula queq̄ pertractat. Multa igitur fiūt miracula: predixit quoniā inuenietis pullum indomitū. et hoc est qꝺ subdiꝛ dicens. Ite in cast. qꝺ contra vos est: in qꝺ intro. inue. pul. asi. al li. cui ne. vnq̄ ho. sedit. Predicit et ꝙ nemo p̄hibebit: sed cū audierint silebunt. vnde sequitur. Soluite illum et adducite. Siquis vos interrogauerit. Quare soluitis: sic dicetis ei. Quia dominus operam eius desiderat. Tytus. In hoc autem di=

Dispensatio iesu.

ninam fore vocationem patuit: non
eñ potest aliquis resistere deo que
sua sunt euocanti. Discipuli autem
iussi ducere pullum non refutaue=
runt hoc officium vt paruum: sed
abierunt vt adducerent eum. vnde
sequitur. Abierunt autem qui ius=
si erant: et inuenerunt sicut dixit pul
lum stantem. Basilius. Sic quoq;
decet nos et infima opera plurimo
cum affectu et studio aggredi: scien
tes q̧ quicquid intuitu dei fit non
est paruum. sed dignum in regno
celorum. Tytus. Obmutescunt au=
tem ob excellentiam fortis virtu=
tis nequeuntes resistere saluatoris
eloquijs qui ligauerunt asinum.
Sequitur enim. Soluentibus au=
tem illis pullum: dixerunt domini
eius ad illos. Quid soluitis pul=
lum? At illi dixerunt: quia domi=
nus eum necessarium habet. Ma=
iestatiuum enim nomen est domi=
nus. Rex enim erat venturus in cō
spectu multitudinis. Augusti. de cō
cor. euangel. Nec moueat q̧ mat=
Concor= theus asinam et pullum dicit: cete=
dia euā ri autem de asina tacent. vbi enim
geliorū. vtrunq; factum potest intelligi nul
la repugnantia est. nec si alius alia
commemoraret: q̄to minus vbi ali⁹
vnum: et alius vtrunq;? Glo. Nec
solum discipuli obsecuti sunt chri=
sto in pullo alieno: sed etiam in pro
prijs vestimentis: que partim asi=
no imposuerūt: partim sternebant
in via. vnde sequitur. Et duxerunt
illum ad iesum: et iacientes vesti=
menta sua supra pullum imposue=
runt iesum. Exeunte autē illo sub=
sternebant vestimenta sua in via.
Beda. Iuxta alios euangelistas:
non discipuli tantū: sed etiam plu=
rimi de turba vestimenta sterne=
bant in via. Ambrosius. Mystice
autem dominus venit ad montem
oliueti: vt nouellas oleas in subli=
mi virtute plantaret: et fortasse ipse
mons christus est: quis enim alius
tales fructus ferret oliuarum spi=
ritusancto fecundarum? Beda. Pul=
chre autem ciuitates posite in mon

te oliueti referuntur: hoc est in ipso
domino: qui vnctionem spiritaliū
charismatum et scientie pietatisq;
luce refouet. Origenes. Bethania
autē interpretatur domus obediē
tie. Betphage vero domus maxil=
larum: sacerdotalis quidē locus.
maxille enim sacerdotibus daban=
tur: sicut in lege precipitur. Illuc ve
ro vbi obedientia ibi locus sacer=
dotibus mancipatur. mittit salua=
tor discipulos suos vt soluant asine
pullum. Ambros. In castello enim
erant: et erat ligatus pullus cum
asina: nec poterat solui nisi iussu
domini. Soluit eum manus apo=
stolica talis actus: talis vita: talis
gratia. Esto talis vt ligatos possis
soluere: in asina quidem mattheus
euange. quasi matrem figurauit er
roris. hoc autem in pullo genera=
litatem populi gentilis expressit. Allego=
Et bene. In quo nemo sedit: quia ria pul=
nullus anteq̄ christus: nationum chra.
populos vocauit ad ecclesiam. Al=
ligatus autem perfidie vinculis te
nebatur: in quo adductus domino
erroris famulatu: sed dominatum
vendicaret. sibi non poterat quem
dominum fecerat non natura: sed
culpa. Et ideo cum dominus dici=
tur: vnus agnoscitur. Misera ser=
uitus cui vagum ius est: plures eñ
habet dominos: qui vnum non ha
bet. Alieni alligant vt possideant:
iste soluit vt teneat: vehementio=
ra enim dona nouit esse q̄ vincula.
Origenes. Multi ergo erant domi
ni huius pulli anteq̄ saluatorem
eum haberet necessarium. postq̄
vero ille cepit esse dominus plures
esse domini cessauerunt: nemo enī
potest deo seruire et mammone.
Quando malicie seruimus: multis
sumus passionib⁹ vitijsq; subiecti.
Necessarium autem habet domin⁹
pullū: quia cupit nos solui vinculis
peccatorū. Orige. sup ioannē. Ego
autē opinor non frustra castellum
esse hunc locum: vbi stabat asina li Castelli
gata et pullus: quasi castellum eñ significa
respectu totius orbis celestia tota tio.

terra despicitur absq; abiectione alterius nominis nūcupatū. Ambro. Nec illud est ociosum: q duo discipuli dirigūtur. petrus ad corneliū. Paulus ad reliquos: et ideo non psonas destinauit: sed numerū diffiniuit. tamē siquis est qui personas exigat potest estimare de philippo quē spiritussanctus misit in gazam quādo candacis regine baptizauit eunuchū. Theophi. Uel duo misit hoc innuūt: q ad introductionē gētilis populi et subiectionem ei' ad christum duos faciunt gradus prophete z apostoli. Ducunt autem eū a quodā castello: vt innotescat nobis q hic populus rustican' erat z indoctus. Ambro. Illi ergo directi cum soluerent pullum: non suis verbis sunt vsi: sed dixerunt sicut dixerat illis iesus: vt agnoscas q nō suo sermone sed verbo dei. nec proprio sed christi nomine fidem populis infudere gentilibus: atq; aduersarie potestates: que sibi nationū obsequia vendicabant: mandato cessare diuino. Orige. Deinde mittunt discipuli vestes suas super asinum: et sedere faciūt saluatorem: dum assumūt sermonem dei: z imponunt eum super animas audientium. Uestibus exuunt et substernunt eas in via: quia vestimenta apostolorum: opera eorum bona sunt: et reuera solutus a discipulis asinus: z portās iesum incedit super vestimenta apostolorum quando doctrinam eorum imittantur et vitam. Quis nostrum ita beatus est vt sedeat super illum iesus? Ambro. Non enim mūdi dominū gestari super dorsum asine delectauit: sed vt latēte mysterio in secretis animarum interiore cōsensu. Mystic' rector insideret regens mētis vestigia: lasciuiam carnis infrenās: frmo ei' habena est: stimul' est.

¶ Et cum appropinquaret iā ad descensum montis oliueti: ceperunt omnes turbe descendentium discipulorum gaudētes laudare deuz voce magna super omnibus quas viderant virtutibus dicentes. Benedictus qui venit rex in nomine domini: pax in celo: et gloria in excelsis. Et quidam phariseorum de turbis dixerūt ad illos. Magister increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait. Dico vobis: q2 si hi tacuerint: lapides clamabunt.

¶ Orige. Quandiu in mōte fuit dominus cum solis apostolis morabatur: quādo autem vicinus cepit esse descensui: tunc occurrit ei turba populorum. vnde dicitur. Et cum iam appropinqua. ad descē. mō. oli. cep. om. tur. descēden. disci. gau. lau. deū voce magna. Theo. Discipulos vocat non solū. xij. aut. lxx. sed omnes qui christū sequebantur: seu causa miraculorum seu ad aliquam delectationem doctrine: quibus ingeri pueri potuerūt: vt narrant alij euāgeliste. vnde sequitur. Sup omni. quas vide. virtutibus. Beda. Multas quidē virtutes domini viderāt: sed maxime lazari resurrectionem stupebant. nam vt ioannes ait. propterea obuiam venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum. Notandum enim est non tunc pmū saluatorem hierusalem adisse: sed multotiens antea sicut ioannes cō memorat. Ambro. Turba igitur agnoscens deū regem appellat: prophetiam repetit: expectatum quoq; sm carnem dauid filium venisse declara. Unde sequitur. Dicentes. Benedictus qui venit rex in noie dni. Beda. id est in nomine dei patris: quis possit itelligi: etiā in nomine suo: q2 et ipse dominus est: sz meli' verba eius nostrum dirigunt intellectum quibus ait. Ego veni in nomine patris mei: humilitatis enim magister est christus. Non autem rex christus dicitur ad exigendum tributum: vel ferro exercitū armandum: hostesq; visibiliter debellandos: sed q mentes regat: z in regnū

Jesus rex acclamat.

celorum credētes perducat ꝙ enim
rex esse voluit israel: miserationis
indicium est non potestatis augmē
tum. verum quia christus in carne
totius mūdi propitiatio illuxit: pul
chre sibi inuicem in laude eius cele
stia simul et terrena concinunt. Eo
enim nascente celestium agmina cā
tant. eodem autem celis se reddito
ro mortales vicem laudis repen=
dunt. vnde sequitur. Pax in celo.
Theophilus. Hoc est bellum an=
tiquū quo deo aduersabamur eua=
nuit. Et gloria in excelsis: laudan
tibus scilicet angelis deum in tali
reconciliatione. nā hoc ipsuz ꝙ de⁹
visibiliter ambulat in territorio ini
micorū suorū significat ipm nobiscū
habere concordiam. Sed pharisei
hoc audientes murmurabāt: eo ꝙ
turba eum regem vocabat et lau=
dabat vt deum referentes nomē re
gis ad seditionem: nomen vero do= Dona
mini ad blasphemiam. vnde sequi christi
tur. Et quidam phariseorū de tur
bis dixerūt ad illū. Magister incre
pa discipulos tuos. Beda. Miracu
lum inuidorum dementia: quē ma
gistrum appellandum non dubitāt
quia vera docentem nouerant: hu
ius discipulos quasi melius edocti
redarguendos estimant. Cyril. Sz
dominus non compescuit laudātes
eum vt deum: sed magis reprehen
sores compescens: attestatur sibi su
per gloria deitatis. vnde sequitur.
Quibus ipse ait. Dico vobis: quia
si hi tacuerint lapides clamabunt.
Theophilus. quasi dicat. Non sine
causa vt homines me aliter laudāt
sed cōmoniti virtutibus quas vide
runt. Beda. Crucifixo etiam domi
no notis eius tacētibus pre timore:
lapides et saxa canebant: dū postꝙ̄
emisit spiritum terra mota est: ⁊ pe
tre scisse sunt: et monumēta aperta
sunt. Ambrosius. Neqꝫ etiam mi
rum est si laudes domini cōtra na=
turam suam saxa respondeant. quē
scopulis duriores predicāt percepto
res scilicet turba post exiguum cru
cifixura deum negans affectibus:
quem vocibus confitetur. Aut for
tasse: quia obmutescētibus iudeis
post domini passionem viui erant
sm petrum lapides clamaturi.
Origenes. Quando etiam nos tace
mus id est refrigescit charitas mul
torum: lapides clamāt: potest enim
deus suscitare de lapidibus filios
abrae. Pulchre autem turbas lau=
dantes deum ad descensionem mō
tis occurrisse legimus: vt operato=
rem mysterij spiritalis significa=
rent sibi venisse de celo. Beda. De
scendente etiam domino de monte
oliuarum turbe descendunt: quia
humiliato misericordie auctore ne
cesse est eos qui misericordia indi=
gent eius vestigia imitari.

¶ Et vt appropinquauit: vi=
dens ciuitatem fleuit super il=
lam dicēs. Quia si cognouis=
ses et tu: et quidem in hac die
tua que ad pacem tibi: nūc au
tem abscondita sunt ab oculis
tuis. Quia venient dies in te:
et circundabunt te inimici tui
vallo: et circundabūt te: et coā
gustabunt te vndiqꝫ et ad ter=
ram ꝓsternent te: et filios tuos
qui in te sunt ⁊ non relinquent
in te lapidem super lapidem:
eo ꝙ non cognoueris tempus
visitationis tue.

¶ Origenes. Omnes beatitudines
quas locutus est iesus in euāgelio
suo firmat exemplo sicut dixerat.
Beati mites: probat dicens. Disci=
te a me: quia mitis sum. Et quia di
xerat. Beati flentes. ipse quoqꝫ fle=
uit ciuitatem. vnde dicitur. Et cum
appropinquauit: videns ciuitatem
fleuit super illam. Cyrillus. Mise
rebatur enim eorum christus qui
omnes homines vult saluari quod
nobis nō patuisset: nisi per aliquod
humanum fieret euidens. Effuse
enim lachryme sunt signa tristitie.
Gregorius. in home. Fleuit igitur Fletu[s]
pius redemptor ruinam perfide xpi rō.

ciuitatis quam ipsa ciuitas sibi nō cognoscebat esse venturam. vnde subditur. Dicens. Quia si cognouisses et tu. subaudi fleres: que modo quia nescit quod imminet exultas. vnde subdit. Et quidem in hac die tua: que ad pacem tibi. Cum enim carnis se voluptatibus daret in die sua que ad pacem ei esse poterant habebat. Cur vero bona presentia ad pacem habuerit: manifestatur cum subditur. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Si enim a cordis eius oculis mala que imminerent: abscondita non essent leta in presentibus prosperis non fuisset. vnde mox eius pena que imminebat adiuncta est: cū sequitur. Quia venient dies in te. Cyrillus. Uel aliter. Quia si cognouisses et tu. Non enim erant digni percipere diuinitus inspiratas scripturas q̄ narrant christi mysterium: quotiens enim legitur moyses velamen obnubilat cor eorum. Et quia nō sunt intuiti veritatem: indignos se fecerunt salute que manat a christo: vnde sequitur. Et quidem in hac die tua que ad pacē tibi. Euse. Ubi notat suum aduentum ad pacem totius mundi factum fuisse. venit enim ad hoc vt pacem p̄dicaret propinquis et longinquis: sed quia annunciatā sibi pacem recipere noluerunt: hoc eos latebat. vnde subditur. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Et ideo obsidionem que in breui erat ei superuētura expressissime prenunciat subdens. Quia venient dies in te. et circundabunt te inimici tui vallo. Gregorius. Ubi romani principes denūciantur. Illa enim hierosolymorum subuersio describitur: que a vespasiano et tyto romanis principibus facta est. vnde subditur. Et circundabunt te: et coāgustabunt te vndique: et ad terram prosternēt te: et filios tuos q̄ in te sūt. Eusebius. Quomodo autem hec cōpleta sint ex his que tradita sunt a iosepho colligere possumus: qui cum esset iudeus: singula quoq3 gesta narrauit consone his que sunt a christo p̄dicta. Gregorius. Hoc quoq3 quod additur. Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Et ipsa iam eiusdem ciuitatis transmigratio testatur: quia dum nunc in eo loco cōstructa est: vbi extra portam dominus fuerat crucifixus: prior illa vt dicitur hierusalem funditus est euersa. Cui ex qua culpa euersionis pena fuerit illata subiungitur. Eo q̄ non cognoueris tempus visitationis tue. Theophilus. id est me i aduentus: veni enim visurus et saluaturus te. Quod si cognosceres: et in me crederes: esses pacata romanis: et ex omnibus exempta periculis: sicut omnes qui crediderunt in christum euaserunt. Orige. Non nego igitur et illam hierusalem propter habitatorum scelera fuisse destructam: sed quero ne forte ad hanc hierusalem fletus iste pertineat. Si enim post mysteria veritatis aliquis peccauerit plangetur. Nemo enim gentilis fletur. sed ille qui fuerit de hierusalem: et esse cessauit. Grego. Redēptor enim noster per electos suos plangere non cessat: cum quosdam ex bona vita ad mores reprobos peruenisse considerat: que si damnationem suam que eis imminet agnouissent semetipsos cum lachrymis electorum plangerent. Suam autem diē hic habet anima peruersa: que trāsitorio gaudet in tempore. Cui ea que assunt ad pacem sunt: dum ex rebus temporalibus letatur. hec preuidere futura refugit: que presentem leticiam perturbent. vnde dicitur. Nūc autem abscōdita sunt ab oculis tuis. Origenes. Flet autem et nostra hierusalē: q̄ post peccata circūdant eā inimici id est spiritus neq3: et mittunt in circuitum eius vallum: et obsideant eam et lapidem super lapidem nō relinquāt maxime si post multam cōtinentiam si post aliquot annos castitatis victus quis fuerit et blandimētis carnis illectus: patiētiam pudicitiā q3

Aduentus xp̄i ratio.

Intellectus mysticus.

amiserit: si fuerit fornicatus: lapidem super lapidem non relinquent in eo: fm illud. Non recordabor pu marum iusticiarum eius. Grego. Vel aliter. Mali gni spirit⁹ animā a corpore exeūtem obsident: quam in carnis amore positam deceptorijs delectationibus fouet. qui valdō circundant: quia ante mētis eius oculos reductis liquitatibus quas perpetrauit: hanc societate sue dānationis coartant: vt in ipsa extremitate vite deprehensa: et a quibus hostibus circumclusa sit videat: et tamen euadendi aditum inuenire non possit: quia operari iam nō potest bona: que cum licuit agere contempsit: vndiqꝫ etiam animā coangustant: quando ei non solum operis verum etiam locutionis atqꝫ cogitationis iniquitates replicant vt que prius se per multa dilatauit in scelere: in extremum de omnibus angustetur in retributione. Tunc autem anima per conditionem reatus sui ad terram cōsternitur: cum caro quam vitam suam credidit: redire ad puluerem vrgetur. Tunc in morte filij illius cadunt: cum cogitationes illicite que modo ex illa prodeunt in extrema vita vltione dissipantur: que etiam cogitatiōes per lapides significari valent. Peruersa enim mens cum peruerse cogitationi peruersionem adijcit: q̄si lapidem supra lapidem ponit: sed cum ad vltionem suam anima ducitur: omnis cogitationum constructio dissipatur. Prauam autem animam deus assidue visitat precepto aliquando flagello: aliquando autem miraculo. vt vera que nesciebat audiat: et ea contēnēs a dolore compuncta redeat: aut beneficijs deuicta malū quod fecit erubescat. Sed quia visitationis sue tempus non cognoscit in extremo vite tradi tur suis inimicis.

Obsidio spiritalis.

Mentis puerse periculum.

¶ Et ingressus in templum cepit eijcere vendentes in illo et ementes: dicens illis. Scriptū est: qr domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Et erat, docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotum et scribe et principes plebis querebant illum perdere: et non inueniebant quid facerēt illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens illum.

¶ Gregorius. in home. Qui narrauerat mala ventura protinus templum ingressus est: vt de illo vendentes et ementes eijceret: ostendens q̄ ruina populi maxie ex culpa sacerdotum fuit. vnde dicitur. Et ingressus in templum cepit eijcere vendentes in illo et ementes. Ambrosius. Deus enim templum suum non mercatoris vult esse diuersorium: sed domicilium sanctitatis nec vendibili religionis officio: sed obsequio gratuito vsum ministerij sacerdotalis informat. Cyrillus. Erat autem in templo multitudo mercatorum qui vendebant animalia ritu legis mactanda in hostijs: sed iam aderat tempus desinendi vmbram: refulgendi vero christi veritatem. ob hoc christus qui cum patre simul colebatur in templo: iussit ritus corrigi legis: fieri vero templum orationis domum. vnde subditur. Dicens illis. Scriptum est quia domus mea domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncā latronum. Gregorius. Qui enim ad accipienda munera in templo residebant: quia quibusdam non dantibus lesiones exquirerent: duplum non erat. Theophilus. Hoc etiam dominus fecit in principio predicationis sue: vt narrat ioānes: et nūc iterū illud fecit: qr ad maius crimen iudeorum redundat: qui non fuerunt ex precedenti admonitiōe castigati. Aug. de que.

Prophanatio tēplorum

euan. Mystice autem templũ ipsũ hominem xp̃m intelligas: vel etiã adiuncto corpore ei⁹ q̃ est ecclesia. secundũ autem id quod est caput ecclesie dictum est. Soluite templũ hoc: et in triduo suscitabo illud. secũ duz id vero q̃ est adiuncta ecclesia intelligitur templũ de quo videtur dixisse. Auferte ista hinc. significa uit eni futuros in ecclesia: qui sua negocia pon⁹ agerent: vel recepta cula ibi haberent ad occultãda sce lera sua q̃ vt charitatem xp̃i seque rentur: et peccatorum confessione accepta venia corrigerentur. Greg. in homi. Redemptor vero noster p̃dicationis verba nec indignis nec ingratis subtrahit. vnde postq̃ ri gorẽ discipline eijciendo peruersos tenuit domum his gr̃e ostendit. naz subditur. Et erat docens quotidie in templo. Cyril. decebat autem ex his que christ⁹ dixerat ⁊ fecerat: eũ adorare vt deum. sed ipsi nequaq̃ hoc facientes: querebant eum occi dere. Sequitur eni. Principes autẽ sacerdotum et scribe et principes plebis querebant illum perdere. Beda. Uel quia quotidie docebat in templo: vel q̃ latrones eiecerat de tẽplo: vel quia veniens illuc q̃si rex et domin⁹ a credentium turba laudẽ hymni celest accepit. Cyril. Sed populus grauiorẽ estimatio nem accepit de christo q̃ scribe et pharisei et principes iudeorum: q̃ fidem christi: nõ acceptantes alios increpabant. vnde sequitur. Et nõ inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens illum. Beda. Qd duo bus modis intelligi potest: q̃ vel timentes populi tumultum: et non inueniebant quid facerent de iesu quem perdere disposuerunt. vel iõ iesuz perdere querebant: quia suo magisterio neglecto plures ad euz audiẽdũ cõfluere cernebãt. Greg. in home. Mystice autem sicut tem plum dei in ciuitate est ita in ple be fideli vita religiosorũ. Et sepe nonnulli religionis habitũ sumũt: et dum sacrorum ordinum locum p̃cipiunt: sancte religionis officium in commercium terrene negociatio nis trahunt. Uendentes quippe in templo sunt qui hoc quod quibus dã iure competit: ad premium lar giuntur. Iustitiam eni vendere est hanc pro premij acceptiõe seruare. Ementes vero in templo: sunt qui dum hoc persoluere proximo quod iustum est nolunt: dũq̃ rez iure de bitam facere cõtẽnunt: dato patro nis premio emunt peccatũ. Orige. Siquis ergo vendit eijcietur. ⁊ pre cipue si vendit columbas. Si enim ea que mihi a spiritusancto sunt reuelata et credita: aut in vul gus precio vendidero: aut absq̃ mercede non docuero: quid aliud facio nisi columbã .i. spiritũsanctũ vendo? Ambro. Generaliter itaq̃ dominus docet seculares a dei tem plo abesse debere contractus. Spi ritaliter autem nũmularios repu lit. qui de pecunia domini .i. scriptu ra diuina lucrum querunt: nec bo na malaq̃ discernunt. Greg. in ho. Qui domũ dei speluncã latronũ fa ciunt: q̃ dum peruersi homines lo cum religionis tenent: ibi malitie sue gladijs occidunt: vbi viuifica re proximos orationis sue interces sione debuerunt. Templum quoq̃ est ipsa mens fidelium que si in le sione proximi peruersas cogita tiones profert: quasi in spelunca latrones resident. Cum autez men tem fidelius ad cauenda mala sub tiliter erudit: quotidie veritas in tẽ plo docet.

Tropologica expositio.

Cap. xx.



T factum est: in vna dierũ docen te illo populuz in templo et euange lizante conuene runt principes sacerdotum et scribe cum senioribus: et aiunt dicentes ad illum. Dic nobis in qua potestate hec facis. Aut quis est qui dedit tibi hanc po

testatem? Respondens autem iesus dixit ad illos. Interrogabo vos et ego vnum verbũ. Respõdete mihi. Baptismus ioannis de celo erat: an ex hominibus? At illi cogitabãt intra se dicentes. Quia si dixerimus de celo: dicet. Quare ergo non credidistis illi? Si autē dixerimus ex hominibus: plebs vniuersa lapidabit nos. Certi ei sunt ioãnē prophetã esse. Et respõderunt se nescire vnde esset. Et iesus ait illis. Neq; ego dico vobis in qua potestate hec facio.

Consensus euãgelicus

¶ Augu. De consensu euangelistarum. Cum memorasset lucas electos de templo ementes et vendentes pretermisit φ exibat in bethaniam: et regrediebatur in ciuitatē: et quid de ficulnea factum est: et φ mirantibus discipulis de fidei virtute responsum est. Atq; his preter missis: non quasi ex ordine dies ꝓsequēs sicut Marcus intulit dicēs. Et factum est in vna dierum docēte illo populum in templo et euangelizante conuene. principes sacerdotum et scribe cum senioꝛi. Quod dicit factum in vna dierū: ea dies intelligitur: in qua id gestum mattheus et marcus retulerunt. Euse. Cum autem principes mirari debe rent docentem celestia dogmata: et cognoscere per dicta et facta hunc esse christum quem prophete precinerant incumbentes subuersioni populi christum prohibebant. Sequitur enim. Et aiunt dicentes ad illum. Dic nobis in qua potestate hec facis. Aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem? Cyril. Quasi dicant. Secundum legem mosayeam solis exorcistis ex leuitico sanguine data est auctoritas docendi necnon sacrorum atriorum potestas: at tu ortus ex iuda commissos nobis fasces vsurpas. Sed si nouisses o pharisee scripturas recoleres φ hic est sacerdos qui secũ dum ordinem melchisedech offert deo in se credentes per cultum qui legem transcendit. Quid igitur anxiaris: electis ab atrijs sacris que opportuna videbantur legalibus victimis: eo vocante ad veram iustificationem per fidem. Beda. Uel quando dicunt. In qua potestate hec facis? de dei dubitant potestate: et subintelligi volunt diaboli esse quod facit. Addentes quoq;. Et quis est dedit tibi hanc potestatem? manifestissime dei filium negant quem putant non suis: sed alienis viribus signa facere. Poterat autem dominus aperta responsione tentatorum calumniam confutare: sed prudenter interrogat: vt suo silentio vel sententia condēnentur. Sequitur enim. Respondens autem dixit ad illos. Interrogabo et ego vos vnum verbum: respondente mihi. Baptism⁹ ioannis de celo erat: an ex hominibus? Theophi. Ut enim ostenderet eos semper fuisse spirituisancto rebelles: et ne dum esaie cuius non erat memoria: sed nuper viso ioanni credere noluerunt. Ob hoc versa vice opponit eis hanc questionem: ostēdens φ si tanto prophete ioanni q̃ apud eos maior videbatur minime crediderũt: perhibenti testimoniũ ei⁹: qualiter ei crederent respondēti qua auctoritate hoc faceret? Euse. Querit autem de ioanne baptista: non vnde erat oriundus: sed vnde legē suscepisset baptismatis. Cyrillus. Sed illi fugere veritatē non horruerunt. Deus enim misit ioannem sicut vocem clamantem. Parate viam domino. Timuerunt autem dicere veritatem: ne diceretur. Cur non credidistis: et cauent reprehendere precursorem: non metu diuino: sed populi. vnde sequitur. At illi cogitabant intra se dicētes. Quasi si dixerimus de celo: dicet. Quare ergo non credidistis ei?

Beda.q.d. Quem confitemini de ce lo habuisse prophetiam mihi testi monium perhibuit. Et ab illo audistis: in qua potestate hec faciaz. Sequitur. Si autem dixerim⁹. Ex hominibus plebs vniuersa lapidabit nos. Certi sunt enim ioannem prophetam esse. viderunt ergo quo modolibet respōdissent: in laqueū se casuros: timentes lapidationez: sed magis veritatis confessionez. vnde sequitur. Et responderunt se nescire vnde esset. Quia ergo nolūt fateri hoc quod sciunt: repulsi sunt vt eis dominus non diceret quod sciebat. vnde sequitur. Et ait illis iesus. Nec ego dico vobis in qua potestate hec facio. Ob duas enim causas maxime scientia veritatis est occultanda querentibus: cum scilicet is qui querit minus capax est ad intelligendum ea que querit aut odio vel contemptu veritatis indignus est cui debeat aperiri quod querit.

Laus ioannis

¶ Cepit autem dicere ad plebem parabolam hanc. Homo quidaz plantauit vineam et locauit eam colonis: et ipse peregre fuit multis temporib⁹. Et in tempore vindemie illo misit ad cultores seruum vt de fructu vinee darent illi. Qui cesū dimiserunt eum inanem. Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc quoq3 cedentes et afficientes contumelia dimiserunt inanem. et addidit tertium mittere qui et illum vulnerantes eiecerunt. Dixit aūt dominus vinee. Quid faciam? Mittam filium meuz dilectum: forsitan cum hunc viderint verebuntur. Quem cuz vidissent coloni. cogitauerunt intra se dicētes. Hic est heres. Occidamus illum vt nostra fiat hereditas. Et eiectum illū extra vineā occiderunt. Quid ergo faciet illis domin⁹ vinee? Ueniet et pdet colonos istos et dabit vineaz alijs. Quo audito dixerunt illi. Absit. Ille autez aspiciens eos ait. Quid est ergo hoc quod scriptuz est? lapidem. quez reprobauerunt edificātes hic fact⁹ ē in caput anguli? Omnis qui ceciderit supra illum lapidem conquassabitur. supra quem autem ceciderit cōminuet illum.

¶ Euse. Congregatis in vnum principibus populi iudeorum in ipso templo: ea que contra ipsum facturi erant et superuenturum eis exterminium figurate parabolam protulit. Dicitur enim. Cepit autem dicere ad plebem parabolaz hanc. Homo qdaz plātauit vineā. Augu. de concordia n. euange. Tacuit matheus breuitatis causa quod lucas non tacet: parabolam istam non ad solos principes dictaz qui de potestate interrogauerant: sed etiam ad plebem. Ambro. Plerisq3 aūt varie significationes de vinee appellatione deriuāt: s3 euidēter isaias vineam domini sabaoth domum israel esse memorat. Hanc vineā quis alius nisi deus condidit? Bed. Homo ergo qui plantauit vineam ipse est qui iuxta aliam parabolaz conduxit operarios in vineam suam. Euse. Sed parabola quam isaias dicit vineam reprehendit. Saluatoris vero parabola non est contra vineam dicta: sed de cultoribus vinee de quibus subditur. Et locauit eam colonis ide est senioribus populi: et pricipibus sacerdotum: et doctoribus: et optimātibus cunctis. Theophi. Uel quilibet de populo est vinea idem est etiam cul

tor: quilibet enim nostrum seipsū colit. Hac igitur vinea commissa cultoribus abijt id est dimisit illos progredi suo arbitrio. vnde sequitur. Et ipse peregre fuit multis temporibus. Ambrosius. Non quia ex loco ad locum profectus est dominus qui vbique semper presens est: sed quia presentior est diligentibus negligentibus abest. Multis autem temporibus abfuit: ne propera videretur exactio: nam quo indulgentior liberalitas eo inexcusabilior pertinacia. Cyril. Vel deus absentauit se a vinea plurium annorum curriculis. quia postquam visus est in specie ignis descendisse in monte syna: non amplius visibiliter prebuit eis suam presentiam. Nulla tamen interpolatio contigit qua non mitteret deus prophetas et iustos commonentes. vnde sequitur. Et in tempore vindemie misit ad cultores seruum: vt de fructu vinee darent illi. Theophilus. Dicunt autem de fructu vinee: quia non totum fructum: sed aliquid de fructu volebat accipere. Nam quid lucratur deus a nobis nisi suam notitiam: que etiā est nostra vtilitas? Beda. Bene autem fructum posuit non prouentum: nullus enim huius vinee prouentus inuentus est. Seruus ergo primus missus est moyses: qui per quadraginta annos fructum aliquem legis quam dederat a cultoribus requirebat: sed veratus est propter eos: quia exacerbauerunt spiritum eius. vnde sequitur Qui celum dimiserunt eum inanem. Ambrosius. Factum est autem vt plures alios destinaret: quos iudei in honores et inanes sibi de quibus nihil potuerunt proficere dimiserunt. vnde sequitur. Et addidit alterum seruum mittere. Beda. Seruus alter dauid significatur: qui missus est vt post edicta legalia cultores vinee psalmodie modulamine ad exercitium boni operis excitaret. Sed et contra hūc dixerunt. Que nobis pars in dauid? aut que he editas in filio Isai? Unde sequitur. Illi autem hunc cedentes et afficientes contumelia dimiserunt inanē. Sed nec sic destitit: sequitur enim. Et addidit tertium mittere. Per quem prophetarum chorum intellige: qui continuis attestationibus populum conuenerunt. Sed quem prophetarum non sunt persecuti? vnde sequitur. Qui et illū vulnerantes eiecerunt. His autem tribus seruorum gradibus omniū sub lege doctorum figuram posse comprehendi: dominus alibi manifestat dicens. quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis de me. Theophi. Prophetis igitur talia mala passis filius destinatur. Sequitur enim. Dixit autem dominus vinee: quid faciam? Beda. Quod dominus vinee dubitatine loquitur: non de ignorantia venit: quid enim nesciat deus pater? sed ambigere dicitur: vt libera voluntas hominis seruetur. Cyrillus. Deliberat etiam secum dominus vinee quid agat: non quasi carens ministris. Sed quia pertractato quolibet ingenio salutis humane: populo vero nequaquam adiuto aliud maius adiungit. vnde consequenter dicit. Mittam filium meum dilectum: forsitan cum hunc viderint verebuntur. Theophilus. Dixit autem hoc non tanquam ignorans quod peius eum essent tractaturi quam prophetas: sed quia oportebat filium eis fieri reuerendum. Quod si contumaces fuerint occidendo: hoc cumulat eorum crimen. Ne ergo dicerent aliqui diuinam prescientiam necessario fuisse inobedientie causam: ideo sic figurat sermonē. Ambrosius. Filium igitur vnigenitum sibi missum perfidi iudei q̄si heredē remouere cupiētes: occiderūt crucifigēdo: reiecerūt negādo

Allegoria pulchra.

vnde sequitur. Quē cū vidissent coloni: cogitauerunt intra se dicētes. Hic est heres occida. eu3: vt nostra fiat hereditas. Heres christus est: ideoq3 testator. heres q2 morti proge superuiuit: 7 testamētorū q̄ ipse cōstuit: tanq3 hereditaria in nostris profectibus emolumēta cōsequitur Beda. Manifestissime aūt domin⁹ probat iudeorum principes nō per ignorātiā sed per inuidētiā crucifixisse filiū dei. Intellexerunt ei hūc esse cui dictū est. Dabo tibi gentes hereditatē tuā. Sequit. Et eiectu3 illū extra vineam occiderūt. Q2 iesus vt sanctificaret per suū sanguinem populū: extra portā passus est. Theophi. Sed q2 superius populū nō hierusalē loco vinee sumpsim⁹: forsan magis proprie dici potest: q̄ occidit quidē eū populus. extra vinea3. Theophi. id est extra populi manus passus est dominus: q2 scilicet populus ei nō proprijs manib⁹ necē intulit. sed tradēs hūc pilato 7 gentib⁹. Quidā aūt per vineā scripturā intellexerūt: cui nō credētes dominū necauerūt. vnde extra vineam id est extra scripturā dicit dominus passus. Beda. Siue eiectus extra vineā 7 occisus est q2 prius ē ab īfideliū corde repulsus ac dein de addict⁹ ē. Chr. Dispēsatiōis āt ñ negligētie ē post pphetas ip3 venisse. No em deus omnia repēte prosequitur: sed cōdescēdit propter sui pietatē: q2 si post seruos venientem filiū cōtēpserunt: multo magis nec antea eū audirēt. Qui eni3 non audiebāt minora precepta: quomodo audiuissent maiora. Ambro. Pulchre aute3 interrogat: vt sua seipsi dānent sentētia. Sequit em. Quid ergo faciet illis domin⁹ vinee? Basil. Hoc aūt fit quasi his qui dānantur nihil habētibus opponere euidētie iuris. Propriū aūt est diuine miserationis non infligere penas silētio sed predicere minis: reuocādo eos ad penitētiā. vnde 7 hic sequitur: veniet 7 perdet colonos istos: 7 dabit vineā alijs. Ambro. Venturū dominū dicit vinee: q̄ in filio effice etia3 paterna maiestas: vel q̄ vltimis tēporibus presentior humanis aspiret affectibus. Cyril. Exclusi sūt igitur iudeoru3 primates: quasi dominice voluntati repugnātes: 7 steriē reddentes vineam sibi cōmissā. Est autē datus cultus vinee sacerdotibus noui testamēti: cum aute3 virtute3 enigmatis senserunt recusant illud pati. vnde sequitur. Quo audito dixerunt illi. Absit. Nec tamen euanserunt ob sui pertinaciā 7 inobedientiā erga fidem christi. Theophi. Aliter aūt videtur mattheus dicere dominum. s. quesiuisse. Quid faciet illis cultoribus vinee iudeos vero respondisse. Malos male perdet. Nō est aūt repugnantia: nā vtrunq3 factū. primo ē ipsi promulgauerunt illā sententiā postea sentientes quo tendebat parabola dixerunt. Absit: vt lucas h narrat. Aug. de con. euan. Vel aliter. In illa de qua loqmur turba erāt qui dolose dominum interrogauerāt: in quā potestate faceret. Erāt etiā qui non dolose. sed fideliter acclamauerunt. Benedictus qui venit in noie domini. ac per hoc erāt qui dicerent: perdet illos 7 vineam suam dabit alijs. Que vox recte ē ipsius domini fuisse intelligit: siue propter veritatem: siue propter mēbrorū eius cum suo capite vnitate3. Erant etiā qui talia respondentibus dicerent. Absit q2 intelligebāt in seipso hanc parabolam dictam. Sequitur. Ille autem aspiciēs eos ait. Quid est ergo hoc quod scriptū est. Lapidem quem reprobauerūt edificantes: hic factus est est in caput anguli. Beda. q. d. quomodo implebitur heo pphetia: nisi q2 christus a vobis reprobatus 7 occisus crediturus est gentibus predicandus. vt quasi lapis angularis ex vtroq3 populo vnum sibi templum edificet. Euseb. Lapis autem dicit christus propter terrestre corp⁹ abscisus sine manibus fm visionem danielis propter ortum ex virgine.

A qbus pass⁹ sit christus

Cōmēt euangelicus.

Lapis

Lapis autē nō argēteus aut aureus:q2 nō rex aliquis gloriosus:sz homo humilis ꝛ abiectus propter quod edificātes eū reprobauerūt. Theophi. Reprobauerunt enī eū principes populi cū dixerunt. Hic a deo nō est. Ille vero tā vtilis fuit tā elect⁹: vt in capite anguli poneretur. Cyril. Angulo vero cōparat sacra scriptura cōcursum vtriusq̄ populi: israelitici scʒ ꝛ gētilis in vnaꝫ fidē. Cōpegit eñ saluator vtrūq̄ populū in vnū nouū hominē: cōciliās eos in vno corpore patri. Salubris ergo est lapis angulo facto ab eo. Detrimētum aūt infert iudeis impugnātibus hūc spiritalē concursum. Theophi. Duas autē cōdēnationes cōmemorat vnā quidē animarū suarū: quā passi sūt scādalizati in xp̄o. Et hoc tangit cū dicit. Omnis qui ceciderit super illū lapidē conquassabitur. Aliā vero captiuitatis ꝛ exterminij: quā intulit eis lapis abiipsis cōtēptus. Et hoc tāgit cū subdit. Supra quē aūt ipse ceciderit: cōminuet illū vel vētilabit eū. Sic eñ vētilati sunt iudei a iudea per vniuersum orbē: vt ab area palee. Et attēde ordinē: nā preambulū est scelus in eū cōmissum. Sequitur autē iusta dei vindicta. Beda. Vl' al'r. Qui peccator est: ꝛ tamē illi credit. cadit quidē super lapidē: et cōquassatur: reseruatur eñ per penitentiā ad salutē. Supra quē vero ille ceciderit: hoc est cui lapis ipse irruerit qui ipsuꝫ negauit: cominuet eū: vt nec testa quidē remaneat in qua hauriatur aque pusillū. Siue de his dicit: q̄ cadūt super cuꝫ qui illum modo cōtēnunt: ideo nondūꝫ penitus intereunt: sed conquassantur. vt nō recti ambulēt. Sup quos autem cadit: veniet: illis desuper in iudicio cum pena perditionis ideo comminuet eos: vt sint tanq̄ puluis: quem proijcit ventus a facie terre. Ambro. Uinea etiam typus noster est. agricola quippe omnipotens pater vitis xp̄ius: at vo nos palmites. Recte vinea christi populus nominatur: vel q̄ crucis in fronte pretexatur indicium: vel q̄ fructus ex postrema anni legatur etate. vel q̄ omnibus vt ordinibus vinearuꝫ ita pauperibus atq̄ diuitibus seruis ꝛ dominis in ecclesia equa dimēsio nulla discretio sit. Et vt vitis maritatur arboribus: ita corpus anime hanc vineam diligens agricola fodere ꝛ tondere consueuit: ne luxuriet vmbra foliorum verborumq̄ infructuosa iactātia maturitatem indolis naturalis impediat: decet totius orbis hic est vindemiam: vbi totius orbis est vinea. Beda. Uel morali intellectu cuiq̄ fidelium vinea quam excolat locatur dum mysterium baptismi quod exerceat sibi committitur. Mittitur seruus vnus: alter: terti⁹ cum lex psalmodia: ꝛ prophetia legitur. Sed missus seruus contumelijs affectus vel cesus dicitur: cum sermo auditus cōtemnitur vel blasphematur. Missum heredem q̄tū in se est occidit: qui filium dei peccando conculcat. perdito malo cultore vinea datur alteri cum dono gratie quod superbus spreuit: humilis ditatur.

Cōdēnatio dupłex. — Expositio moralis.

¶ Et querebant principes sacerdotuꝫ: ꝛ scribe mittere in illum manus illa hora: ꝛ timuerunt populum. Cognouerunt enim q̄ ad ipsos dixerit similitudinem istam. Et obseruātes miserunt insidiatores qui se iustos simularent: vt caperent eum in sermone: ꝛ traderent illum principatui: ꝛ potestati presidis. Et interrogauerunt eum dicentes. Magister scimus quia recte dicis ꝛ doces: ꝛ nos accipis personam hominis: sed viam dei in veritate doces. Licet nobis tributum dare cesari: an non? Considerās autem dolum illorum dixit ad

eos. Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium. Cuius habet imaginem et superscriptionem. Respondentes dixerunt. Cesaris. Et ait illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo. Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe: et mirati in responso eius tacuerunt.

¶ Cyril. Docebat quidem principes iudeorum intelligentes quod de ipsis parabola diceretur a malo sic discedere: quasi de futuris instructos: sed hoc non considerantes: occasionem suorum colligunt criminum. vnde dicitur. Et querebant principes sacerdotum. et scribe mittere in illum ma. in illa ho. Nec refrenauit eos legis preceptum quod dicit. Innocentem et iustum non occides: sed compescuit eorum nefandum propositum plebis timor. Sequitur enim. Et timuerunt populum. Preferunt enim diuine reuerentie humanum timorem. Que autem huius propositi fuerit occasio subditur. Cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem istam. Beda. et ita querendo ipsum occidere docebant vera esse: que in parabola dixerat. Ipse enim est heres cuius iniustam necem dicebant esse vindicandam illi nequam coloni qui dei filium querebant occidere. Hoc etiam quotidie geritur in ecclesia cum quilibet solo nomine frater: eam quam non diligit ecclesiastice fidei ac pacis vnitatem propter bonorum multitudinem: vel erubescit vel timet impugnare. Et quia principes querentes dominum comprehendere: quod per se non poterant presidis manibus efficere tentabant. vnde sequitur. Et obseruantes mise. insidia. qui se iustos simularent. Cyril. Uidebantur enim esse leues. erant autem graues obliti dei dicentis. Quis hic qui mihi abscondit consilium? Adeunt enim christum omnium saluatorem quasi hominem communem. vnde sequitur. Ut caperent eum in ser. et traderent eum principatui et pote. presidis. Theophi. Parauerunt autem domino laqueos: illaqueati sunt tamen in eis pedes eorum. Audi namque astutiam. Et interrogauerunt illum dicentes. Magister scimus quod recte dicis et doces. Beda. Blanda et fraudulenta interrogatio illuc prouocat respondentem: vt magis deum quam cesarem timeat. Sequitur enim. Et non accipis personam hominis sed in veritate viam dei doces. Et hoc dicunt ad hoc vt dicat non debere tributa solui: vt statim audientes ministri presidis qui iuxta alios euangelistas affuisse leguntur: seditionis eum contra romanos auctorem teneant: vnde consequenter querunt. Licet nobis dare tributum cesari: an non? Erat enim in populo magna seditio: dicentibus aliis pro securitate qua romani pro omnibus militabant: debere tributa persolui: phariseis contradicentibus non debere populum dei: qui decimas et primitias daret: humanis legibus subiacere. Theophi. Intendebant ergo quod si diceret oportere dari censum cesari: criminaretur a populo: quasi seruituti subiiciens gentem. Si vero prohiberet censum reddere: eum representaret vt scismaticum presidi. Ipse vero laqueos eorum effugit. sequitur enim Considerans autem dolum eorum dixit ad eos. Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium cuius habet imaginem et superscriptionem. Ambr. Docet hoc loco dominus circumspectos nos in respondendo aduersus hereticos vel iudeos esse debere: sicut alibi dixit. Estote astuti sicut serpentes. Beda. Qui autem putant interrogationem saluatoris ignorantiam esse discant ex presenti loco quod potuerit scire iesus cuius imago esset in nummo: sed interrogat: vt ad sermonem eorum competenter respondeat. Sequitur enim. Respondentes dixerunt. Cesaris. Non putemus cesarem augustum sed tyberium significari. Omnes

Frater fictus quis sit.

Exemplum christi.

tem romani reges a tylo. C. Cesare cesares appellati sunt. Ex eorū autem responsione cōuenienter dominus questionem soluit. Sequitur et Etiait illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: & q̄ sūt dei deo. Tyt⁹. q.d. verbis tētatis: operibus obedite subustis cesaris seruitutē: su scepistis que eius sunt. Date ergo illi censum deo timorem. Non enim exigit deus denariū sed fidē. Beda. Reddite etiam deo que dei sunt: decimas scilicet primitias: oblationes: & victimas. Theophi. Et attēde q̄ nō dixit. Date sed reddite. debitum enim est: tuetur enim te princeps tuus ab hostibus. vitam tuam reddit tranquillam pro his ergo teneris ei l cēsu. Sed & ipsuz quod offers nūmisma scilicet ab eo habes. Reddas ergo nūmisma regi suo regi. Deus etiam tibi tradidit intellectum & rationem: restituas ẜ ei non comparatus bestijs: sed in omnibus rationabiliter procedēs. Ambro. Tu ergo si vis nō esse obnoxius cesari: noli habere que mūdi sunt. Et bene prius que cesaris sunt reddēda discernit. neq̄ ei pōt quis esse domini: nisi prius renunciauerit mūdo: q̄ grauia vincula pmittere deo & nō soluere: maior est contractus fidei q̄ pecunie. Orige. Habet autem locus iste aliquid mystici. Due enim sunt imagines in homine. vna quam accepit a deo altera inimici. Sicut enim denari⁹ habet imaginem imperatorū mundi: sic qui facit opera tenebrarum illarum portat imaginem eius cuius hz opera. Dicit ergo. Reddite que sunt cesaris cesari: hoc ē. Abijcite terrenaz imaginem vt possitis vobis imaginē celestē imponentes reddere que dei sunt deo: vt. s. deuz diligamus &c. que vt moyses dicit deus reqrit a nobis. Postulat autē Myſtic⁹ ca inter pretatio a nobis deus: nō qi necessarium hz vt ei aliquid tribuam⁹: ẜ vt postq̄ ei dederimus: hoc ipsum nobis tribuat in salutem. Beda. Qui autem credere debuerant ad tantam sapiētiā mirati sunt q̄ calliditas eorū insidiādi nō inuenisset locuz. vñ seq̄t. Et nō potuerūt v̄bū ei⁹ rep̄hēdere corā plebe & mirati i rñso ei⁹ tacuerūt. Theo. Hoc. n. erat q̄ p̄cipue itē debant increpare eū corā pp̄lo: qđ obtinere nequerunt pp̄ sapientissimam eius responsionem.

¶ Accesserunt autem quidaz saduceorum qui negant esse resurrectionez & interrogauerūt eum dicentes. Magister moyses scripsit nobis: si frater alicuius mortuus fuerit habens vxorem: & hic sine liberis fuerit vt accipiat eaz frater eius vxorem & suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant: & p̄m⁹ accepit vxorē & mortu⁹ ē sine filijs. Et seq̄ns accepit illaz & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam: similiter & omnes septem & non reliquerunt semen: & mortui sunt. Nouissime omnium mortua est & mulier. In resurrectione ergo cuius eorum erit vxor? Siquidem septem habuerunt eam vxorem. Et ait illis iesus. Filij huius seculi nubunt & traduntur ad nuptias: illi vero qui digni habebuntur seculo illo & resurrectione ex mortuis: neque nubūt neq̄ ducūt vxores: neq̄ vltra mori poterunt. Equales enim angelis sunt & filij sunt dei: cum sint filij resurrectiōis. Quia vero resurgant mortui & moyses ostendit secus rubū: sicut dicit dominuz deū abraā & deū isaac & deum iacob. De⁹ autem non est mortuorum: sed viuorum. Omnes enim viuūt ei.

Respondentes autem quidā scribarum dixerunt ei. Magister bene dixisti. Et āplius non audebant eum quicq̄ interrogare.

Hereses due iudeorū.

¶ Beda. Due erant hereses in iudeis: vna phariseorū qui traditionum ⁊ obseruationū sibi iusticiam preferebant. vnde ⁊ diuisi vocabantur a populo. Altera saduceorū qui interpretantur iusti: vendicantes sibi quod nō erant. Illis ergo abeuntibus hi ad tentandum accedunt. vñ dicit. Accesserūt autē qui. saduceorum qui negant esse resurrectionē. Orige. Saduceorū heresis non solū resurrectionē mortuorū negat: sed etiā putat animā interire cum corpore. Hi ergo verbis saluatoris insidiantes: eo tēpore questionē pposuerunt: quo ieū viderūt de resurrectione docere discipulos. vñ sequit. Et interrogauerūt eū dicētes. Magister nobis scripsit moyses. Si frater alicui⁹ mortuus fuerit habens vxorē: ⁊ hic sine filijs fuerit: vt accipiat eam frater eius in vxorē et suscitet semen fratri suo. Ambro. Secundū legis litterā nubere cogit etiā inuita vt defuncti semen excitet frater. Spūs autem magister est castitatis. Theophi. Saducei autē fragile fundamentū substituētes nō credebāt resurrectionis sermonē. Opinātes enim carnalē esse futurā vitā in resurrectione merito fallebantur. et ideo tanq̄ impossibile calūniantes dogma resurrectionis: fingūt hanc narrationē dicētes. Septē ergo fratres erāt: ⁊ prim⁹ accepit vxorem et mortuus est sine filijs: ⁊ sequens accepit illam: ⁊ mortu⁹ est sine filio. et tertius accepit illā. similiter et oēs septē. et nō reliquerūt semen: ⁊ mortui sunt. Nouissime autē oīum mortua est ⁊ mulier. Beda. Hanc fabulam confingūt: que deliramēti arguat eos qui resurrectionē asserūt mortuorū. Turpitudinē ergo fabule opponunt: vt resurrectionis denegent veritatem. vnde subditur. In

Fabula efficta a Saduceis.

resurrectione ergo cuius eorū erit vxor? siquidē septē habuerunt eā vxorē. Ambros. Mystice hec mulier synagoga est: que septem viros habuit: sicut dicit Samaritane: quinq̄ viros habuisti q: samaritana tātū quinq̄ libros moysi: synagoga septem sequitur p̄ncipaliter: et de nullo propter perfidiā suā hereditarie potestatis semē accepit. ⁊ ideo partem cū viris suis in resurrectione habere non potuit: q: spiritale preceptū s̄m sensum carnis inuertit. Non enim frater carnalis aliquis denunciatus est qui semen fratris suscitaret defuncti. sed ille de mortuo populo iudeorū: sapientiā sibi diuini cultus ascisceret in vxorem: atq̄ ex ea semen in apostolis suscitaret: qui quasi defunctorū reliq̄e iudeorum: informes adhuc in synagoge vtero derelicti: s̄m electionem gratie reseruari noui seminis admixtione meruerūt. Beda. Siue septem hi fratres reprobis cōgruūt: qui per totam huius seculi vitam q̄ septē diebus voluitur a bonis operibus steriles existunt: quibus sunctim morte preceptis ad vltimū et ipsa mundana conuersatio quasi vxor infecunda trāsibit. Theophi. Dominus autem ostendens resurrectionem non esse futurā conuersationē carnalem: eorū dogma euertit simul cū fragili fundamento. vñ sequitur. Et ait illis iesus. Filij huius seculi nubunt: et traduntur ad nuptias. Augusti. de questio. euange. Quia connubia propter filios: filij propter successionē: successio propter mortē. vbi ergo mors non est: neq̄ connubia. vnde sequitur. Illi vero qui digni habebuntur seculo illo: et resurrectiōe ex mortuis neq̄ nubent neq̄ ducunt vxores. neq̄ enim vltro mori poterūt. Bed. Qđ nō ita intelligēdū est q̄si soli digni vel resurrecturi vel sine nuptijs futuri sint: sꝫ nōs etiā peccatores resurrecturi et absq̄ nuptijs sunt in seculo illo mansuri. Dominus autem vt ad resurrectionis gloriam inquirendam

animos incitaret: de electis tātū voluit facere sermonem. Augusti. de questio. euange. Sicut autem nunc sermo noster decedentibus et succedentibus syllabis peragitur atque perficitur: ita et ipsi homines quorum sermo est: decedendo et succedēdo peragunt atque perficiunt ordinē huius seculi: qui temporali rerum pulchritudine cōtexitur. In illa autem vita: quando verbum dei quo fruemur: nulla decessione atque successione syllabarum completur: sed omnia que habet semper manēdo simul habet: ita participes eius quibus ipsum solum erit vita: neque moriendo decedent: neque nascendo succedent: sicut nunc est in angelis. vnde sequitur. Equales enim angelis sunt. Cyril. Sicut enim multitudo angelorum plurima quidem est: nō autem propagata per generationem: sed ex creatione consistens: ita et his qui resurgunt non est opus vlterius nuptijs. vnde sequitur. Et filij dei sunt: cum sint filij resurrectionis. Theophi. q. d. Quia deus est qui operatur in resurrectione: merito dicūtur dei filij. qui per resurrectionem regenerātur. non enim aliquid carnale in resurgentium generatione conspicitur: non coitus: non matrix: non partus. Beda. Uel equales angelis et filijs sunt dei: quia gloria resurrectionis innouati: sine vllo mortis metu: sine vlla labe corruptiōis: sine vllo terreni status actu perpetua dei visione fruūtur. Orige. Sed quia dominus in mattheo dicit quod hic pretermittitur. Erratis: nescientes scripturas. propono scripturam vbi scriptum sit. Neque nubent neque nubentur. Quantum enim ego estimo: neque in veteri: neque in nouo testamento quicquam tale reperitur. sed omnis eorum error de scripture lectione quam non intelligunt subrepsit. Dicitur enim in Isaia. Electi mei bibent. et putant hec et similia futura esse in resurrectione. Paulus autem omnes has benedictiones spiritaliter interpretans et sciēs

Cōparatio pulchra.

nō esse carnales ad ephesios dicit. Benedixit nos in omni benedictione spiritali. Theophil. Uel dominus rationis suprapposite scripture testimonium addit subdens. Quia vero resurgant mortui: et moyses ostendit secus rubum sicut dicit dominum deum abraam et deum isaac et deum iacob. quasi dic. Si semel redierunt in nihilum patriarche: ne viuerent apud deum in spe resurrectionis non dixisset. Ego sum: sed fueram. Consueuimus enim de rebus corruptis et preteritis dicere. Eram dominus illius rei. nunc vero quoniam dixit. Ego sum. ostendit quod viuentium est deus et dominus. et hoc est quod subditur. Deus autem non est mortuorum: sed viuorum. omnes enim viuunt ei. Quāuis enim examines sunt: viuunt tamen apud eum in spe resurgendi. Beda. Uel hoc dicit: vt cum probauerit animas permanere post mortem. quod saducei negabant: consequens introduceretur et corporum resurrectio: que cum animabus bona mala ve gesserunt. Est autem vera vita qua iusti deo viuunt: etiam quando corpore moriuntur. Ad cōprobandam autem resurrectionis veritatem: multo manifestioribus exemplis ex prophetis vti valuit: sed saducei quinque tātū libros moysi recipiebant: prophetarum vaticinia respuentes. Chrysostomus. Sicut autem sancti communem orbis dominum sibi appropriant: non derogantes eius dominio: sed proprium affectum pandentes: fm morem amantium qui non patiuntur cum multis diligere: sed volunt precipuam et specialem quandam dilectionem exprimere: sic et deus specialiter se horum deum dicebat. non coartando suum dominium: sed ampliando. Non enim sic multitudo subditorum: sicut virtus famulantium pandit eius dominiū. vnde nō sic gaudet dici deus celi et terre: sicut cū dicitur. Deus abraam: deus isaac: et deus iacob. Et apud mat.

Assertio resurrectionis.

tales quidē a dominis denominā-tur famuli. Dicimus enī. Uillicus talis ducis. econtrario autem deus dicitur abrae. Theophi. Confutatis autem saduceis fauent iesu scribe tanq̄ saduceorū oppositi. vnde sequitur. Respondentes autē quidam scribarū dixerunt. Magister: bene dixisti. Beda. Et quia in sermonibus confutati sunt: vltra non interrogant. vnde sequitur. Et amplius non audebant eū quicq̄ interrogare: sed comprehensū romane tradunt potestati. Ex quo intelligimus venena inuidie posse quidem superari: sed difficile conquiescere.

¶ Dixit autem ad illos. Quomodo dicunt christum filiū eē dauid: et ipse dauid dicit in libro psalmorū. Dixit dominus dño meo sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Dauid ergo dominum illum vocat: et quomodo eius filius est?

¶ Theophi. Quāuis dominus ad passionē erat iturus in breui: predicat propriam deitatem: nec hoc tamen incaute aut arrogāter: sed modeste querit. vnde dicitur. Dixit autem ad illos. Quomodo dicunt christum filium dauid esse. Ambro. Nō reprehenduntur hoc loco. quia dauid filiū confitentur: quia cecus ille dauid filiū confitendo meruit sanitatē. Et pueri dicētes Osanna filio dauid. precelse predicationis gloriam deo deferebant: sed reprehenduntur: quia non credunt filiū dei. vnde subdit. Et ipse dauid dicit in libro psalmorū. Dixit dominus domino meo. Et pater dominus: et filius dominus: sed non duo domini: sʒ vnus est dominus. quia pater in filio ⁊ filius in patre. Ipse ad dexteram patris sedet: quia patri consors: nulli secundus est. Sequitur enī. Sede a dextris meis. Nec prefertur qui ad dexterā sedet: nec iniuriam patitur qui admittitur: gradus nō queritur dignitatis: vbi plenitudo est diuinitatis. Augusti. de symbolo. Sessione autē ista nō accipiamus humanis mēbris positū: tanq̄ pater sedeat in sinistra: et filius sedeat ad dextrā: sʒ ipsam dexterā intelligam⁹ potestatē quā accepit: ille homo susceptus a deo vt veniat iudicaturus qui primo venerat iudicandus. Cyril. Uel q̄ sedet ad dexteram patris: supernā eius gloriam probat: nā quorū est thronus equalis: et maiestas. Sessio vero in deo significat regnū et omnium potestatē. Sedet ergo a dextris dei patris: quia verbū ex paterna substantia prodiens. factū caro: diuinā non exuit dignitatē. Theophi. Manifestat ergo q̄ aduersari⁹ patris non est: sed secū concordat: cū pater repugnet aduersarijs eius. Sequitur enī. Donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū. Ambros. Ergo et deū christū et hominē esse credamus: cui a patre subijciūtur inimici: non per infirmitatē potestatis sue: sed per vnitatē nature: quia in altero alter operatur. nā et filius subijcit inimicos patri: qui patrē clarificat super terrā. Theophi. Querit ergo ipse: et mota dubitatiōe sinit illos colligere quid sequatur. vnde subdit. Dauid ergo dominū illū vocat et quomodo filius est. Chrysosto. Dauid quidē pater christi et seruus: hoc quidē ſm carnē: illud ſm spiritū. Cyril. Et nos ergo nouis phariseis qui nec verū dei filiū: neq̄ deū esse fatētur natū ex sacra virgine: sed diuidunt vnū filiū in duos: talē obijcimus questionē: quo pacto filius dauid dñs ei⁹ est: ⁊ nō hūano dñio: sed diuino.

Sessio christi qualis.

Noui pharisei.


¶ Audiente autem omni populo dixit discipulis suis. Attēdite a scribis qui volunt ambulare in stolis: et amant salutationes in foro: et primas cathedras in synagogis: et primos

discubitus in conuiuijs. Qui deuorant domos viduarum: simulantes longam orationem. Hi accipiẽt dãnationẽ maiorẽ.

¶ Chryso. Nihil autẽ est fortius ꝙ ex prophetis disputare. hoc eniz est et ipsis rebus validius. Nã christo faciente miracula contradicebant multotiens. cuz vero allegauit pro phetiã tacuerunt: quia non habe bant quid dicerent. Eis autez tacẽ tibus cõtra eos inuehitur. vnde di citur. Audiente autez omni populo dixit discipulis suis. Theophilus. Quia eniz eos orbis doctores mitte bat: merito monet non esse eis uni tãdam phariseorum ambitionem. vnde sequitur. Attendite a scri. qui volũt ambu. in stolis. Beda. Id est cultiorib⁹ vestimentis induti ad pu blicum procedere: in quo inter cete ra dives peccasse describit. Cyril. Passiones autem erant scribarum: amor glorie inanis et lucri. vt igitur tam pessima crimina euitarent di scipuli: commonet eos subdens. Et amant salutationes in foro. Theo. Quod est a blandientibus venan tium opinionẽ fame. vel agunt hoc causa congregande pecunie. Sequi tur. Et primas cathe. in syna. et pri mos discubitus in cõuiuijs. Beda. Non primos sedere vel discumbere vetat eos quibus hoc officij ordine competit: sed eos qui hoc indebite amant docet esse cauendos: animuz non gradum redarguens: quãuis et hoc culpa non careat. si ijdem in foro litibus velint interesse: qui in synagoga magistri desiderant ap pellari. Duplici autez ratione a va ne glorie cupidis attẽdere iubemur: ne vel eorum simulatione ducamur estimantes bona esse que faciũt: vel emulatiõe inflamemur: frustra gau dentes in bonis laudari que simu lant. Non solum autem laudes ab hominibus. sed ꝛ pecunias querũt. Sequitur eniz. qui deuorãt domos viduarum simulantes longam ora tionem. Multos enim et magni me ritis apud deum se simulãtes. ab in firmis et peccatorum suorum con scientia turbatis quasi patroni pro eis in iudicio futuri pecunias accis pere non dubitant. Chrysosto. In gurgitantes etiam seviduarum bo nis paupertatem atterunt non qua litercunꝙ comedentes: sed deuorãtes etiã ad prauitatem oratione vten tes: q̃d grauiori pena facit eos ob noxios. vnde sequitur. Hi accipient maiorem damnationem. Theophi. Quia non solum mala faciunt: sed et orationes pretendunt: et virtutez faciunt prauitatis excusationez. Ui duas etiam depauperant: quarum oportebat misereri: dum ob sui pre sentiã eas cogunt exponere. Beda. Uel quia laudes ab hominibus et pecunias querunt: maiori damna tione plectuntur.

Vane glie ta xatio.

Capi. xxi.



Respiciens autem vidit eos qui mit tebãt munera sua in gazophylatiuz diuites. Uidit au tem et quandam viduam pau perculam mittentem era minu ta duo. Et dixit. Uere dico vo bis: q: vidua hec pauper plusꝙ omnes misit. Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera dei: hec aũt ex eo quod deest illi omnem victum suum quem habuit misit.

¶ Glo. Postꝙ dñs redarguit scri barũ auaritiã: qui domos viduarũ deuorabãt: cõmẽdat vidue elemosy nã. vñ dr. Respiciẽs aũt vidit eos q mittebãt munera sua in gazophila cium diuites. Beda. Quia sermone greco philaxe seruare dr: ꝛ gaza lin gua psica: diuitie vocant. gazophy laciũ loc⁹ appellari solet: quo diui tie seruãtur. Erat autem archa fo ramen habens desuper posita iux ta altare ad dextram ingredienti bus domũ domini: in quã mittebãt sacerdotes qui custodiebant ostia

Gazo phylaciũ vn de dictũ

omnē pecuniā que deferebatur ad templum domini. dominus autem sicut operantes in domo sua discutit ita et dona ferētes respicit. et quē dignum viderit laudat. quē reprobum damnat. vnde sequitur. Uidit autem et quādam viduā paupercu lam mittētē era minuta duo. Cyril. Duos obolos offerebat quos cum sudoribus ad diurnuz victū acquisierat. vel que quotidie p aliena possit suffragia deo donat: ostendens ei suam paupertatē fructiferā vincit igitur alios et iusta censura coronatur a deo. vnde sequitur. Et ait illis. Uere dico vobis: quia vidua hec pauper plusq̄ oēs misit. Beda. Acceptabile enim est deo quicquid bono animo obtulerimus: qui cor et non substantiam pensat: nec ppēdit quātū in ei⁹ sacrificio: sz ex quāto proferatur. vnde sequitur. Nam omnes hi ex abundanti sibi miserūt in munera dei. hec autem ex eo quod illi deest: omnē victum quem habuit misit. Cyril. Non enim paucitatem oblati: sed copiam affectus intuitus est deus. Non est elemosyna ex pluribus pauca impendere: sed illud vidue que totam sibi euacuauit substantiā. Quod si nequis tantum offerre sicut et vidua: offer saltem totum superfluum. Beda. Mystice autem diuites qui in gazophylatium munera mittebāt: significāt iudeos de iusticia legis elatos vidua paup eccl'ie simplicitatē que paupercula vocat: qr vel supbie spiritum vel peccata tanq̄ mundi diuitias abiecit: vidua vero. quia vir eius pro ea mortem pertulit. hec in gazophylatiū duo era minuta mittit: quia in conspectu dei apud quē nostri operis oblationes cōseruantur: munera sua defert siue dilectionem dei et proximi: siue fidei et orationis q̄ cunctis superborum iudeorum operibus preitant. Ex abundāti enim in munera dei imittūt iudei qui de iusticia sua presumūt. Ecclesia autem omnem victum suuz mittit: qr omne qđ viuit: dei esse muneris intelligit. Theophi. Uel vidua pōt itelligi quelibet anima orbata quasi primo viro pristina lege: et nō digna copule verbi dei: que loco arre offert deo fidem et conscientiā bonā. plus videtur offerre diuitibus in sermone et superfluentibus moralibus gentilium virtutibus.

Allegorica expositio.

¶ Et quibusdam dicentibus de templo q̄ lapidibus bonis et donis exornatum esset dixit. Hec que videtis venient dies: in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Interrogauerunt aūt illum dicētes. Preceptor. Qñ hec erunt: et quod signum cum fieri incipient? Qui dixit. Uidete ne seducamini. Multi enim venient in nomine meo dicentes. Quia ego sum: et tempus appropinquabit. Nolite ergo ire post illos.

¶ Euse. Qđ spectanda forent: que pertinebant ad templi structuram manifestāt hystorie: et hucusq̄ quedam cōseruantur reliquie. quibus percipiuntur que dudum erant fabricarum vestigia. Sed dominus mirantibus templi fabricas: pmulgauit q̄ in eo lapis super lapidem non maneret. Dicitur enim. Et quibusdam dicentibus de templo q̄ lapidibus bonis exornatū esset dixit. Hec que videtis venient dies in quibus nō relinquetur lapis super lapidem qui nō destruatur. Decebat enim locum illum propter cultoruz audaciam omnimodā desolationez pati. Beda. Diuina etiam dispensatio procurauit: vt ciuitas ipsa et tēplum subuerteretur: ne quis forte adhuc paruulus in fide videns illa constare: dum sacrificiorū ritū attonitus stuperet: raperetur intuitu. Ambro. Uerum igitur dictuz est de tēplo manufacto quod eēt subuertendū. Nihil enim est manu factū:

Templi reliquie

qd non aut vetustas conficiat: aut vis subruat: aut ignis exurat. Tamen est et aliud templuz scilicet synagoga cuius structura vet': ecclesia surgente dissoluitur. Est etiam templum in vnoquoqz qd deficiente fide labitur: et maxime si quis falso christi nomen obtendat: quo interiorem expugnet affectum. Cyril. Nequaqz autem discipuli aduerterant vim dictorum: sed arbitrabātur de consummatione seculi dictum esse. Et ideo querebant quo tempore deberet accidere. vnde seqtur. Interrogauerunt autē illū dicentes. Preceptor: quādo hec erūt: z qd signum cum fieri incipient? Ambrosi'. Mattheus tertiam interrogationem addidit: vt z templi tempora destruendi: et signum aduentus et consummatio seculi a discipulis qreretur. Interrogatus autem dominus qn templi futura esset destructio: et qd signuz esset eius aduent': de signis docet. de tempore non curat intimādū. Sequitur enim. Qui dixit: videte ne seducamini. Atha. Cum enim sint nobis a deo charismata et dogmata que sunt sup hominem tradita. s. celestis cōuersationis forma virtus cōtra demones: et adoptio z noticia patris: et verbi z spiritussancti donum aduersarius noster diabolus circuit querēs nobis surripere insita semina verbi. Domin' aūt tanqz sua pciosa dona in nobis sua documenta concludēs monet: ne seducamur. Magnum autez quoddā donum tribuit nobis dei verbum: vt non solum ex apparentibus non decipiamur: sed etiam si qua latentia sint dijudicemus per spirit' gratiaz. Cū enim sit odiosus diabolus inuentor malicie: hoc quod ipse est occultat: nomen vero cūctis cupitū simulat callide: puta si quis subijcere sibi volens filios alienos: parentibus absentibus fingat eorū vult' et filios desiderātes seducat. Ergo in vnaquaqz heresuz diabolus figuratus dicit. Ego sum christ': z apud me veritas est. vnde sequitur. Multi enī venient in nomine meo dicentes: quia ego sum: z tēpus appropinquabit. Cyril. Ante suū enī descēsuz de celo preuenient aliq̄b' acquiescere non oportet. voluit enī vnigenit' verbū dei cū venit vt mundū saluaret latere: vt crucez sustineret p nobis. Sed secundus eius aduentus non erit clanculo vt ante: sed terribilis et manifestus. descendet enī in gloria dei patris ministrātibus angelis vt mundū in iusticia iudicet. vnde cōcludit. Nolite ergo ire post illos. Tytus. Uel forsitam non dicit pseudochristos ante consummationē venientes: sed eos qui fuere tempore apostolorū. Beda. Multi enī imminente hierosolymorū excidio principes extitere: q se dicerent esse christos: tempusqz libertatis appropinquare. Multi etiā in ecclesia heresiarche diē dn̄i instare predicarunt: quos apostolus ad thessa. dānat. Multi etiā in nomine christi venere antichristi. quorum primus est simon magus: cui dicebant. Hic est virtus dei que vocatur magna.

Dona per xp̄z allata.

Antichristi multi venerūt

¶ **Cum autē audieritis prelia z seditiōes nolite terreri. Oportet primū hec fieri: sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis Surget gens contra gentem z regnum aduersus regnum: et terremotus magni erunt p loca z pestilentie: z fames terroresqz de celo: et signa magna erunt.**

¶ Grego. in hom. Perituri mundi precurrentia mala denunciat dn̄s: vt eo minus perturbēt venientia: quo fuerint prescita. Minus enī iacula feriunt que preuidētur. vnde dicit. Cū autē audieritis plia z seditiōes nolite terreri. Bella ad hostes pertinent seditiones ad ciues. Ut ergo nos indicet exterius interiusqz turbari: aliud nos fatet ab hostibus: aliud a fratribus perpeti. Ambro. Uerborū aūt celestiū nulli magis qz nos testes sumus: quo mundi finis

inuenit: quanta prelia: et quas opiniones accepimus preliorũ. Grego. in hom. Sed his malis preuenientibus: q: nõ statim finis sequat adiũgit. Oportet hec pri. fie. sed nõdum sta. fi. Ultima em tribulatio multis tribulationibus preuenit: q: multa debent mala precurrere: vt malũ valeant sine fine nunciare. vnde sequitur. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem: et regnum aduersus regnum. Quia necesse est vt alia ex celo: alia ex terra: alia ab elementis: alia ab hominibus patiamur. hic ergo signatur perturbatio hominũ. Sequit. Et terremot⁹ magni erunt p loca. Ecce respectus ire desuper. Chry. Terremotus enim qñq ire signũ est: nã et qñ crucifix⁹ est dñs mota est terra. Quandoq vero prouisionis indiciũ: sicut orãtibus apostolis cõmotus est locus in quo erant congregati. Sequitur et pestilentie. Greg. in hom. Ecce inequalitas corporũ. Et fames. Ecce sterilitas terre. Terroresq de celo et signa magna erunt. Ecce inequalitas aeris: qđ ad eas tempestates referendũ est que nequaq ordines temporũ seruant: que em ordinate veniunt signũ non sunt. Omnia em que ad vsum vite accipim⁹: ad vsum couertimus culpe. Sed cuncta que ad vsum prauitatis inflexim⁹: ad vsũ nobis vertunt vltiõis. Ambro. Occasum ergo seculi pcedunt quedã egritudines mundi. s. fames: pestilentia et persecutio. Theophi. Quidã aũt hec nõ solũ in cõsummatione futurã: sed et tẽpore captiõis hierusalẽ fuisse impleta voluerũt. Auctore nãq pacis perempto: merito in eis seditiones et bella locũ habuerunt. Ex bellis autem pestis et fames consequitur. hec quidẽ aere cadaueribus infecto: illa incultis manentibus agris. Sed et ioseph⁹ intolerabiles erũnas euenisse recitat propter famẽ: et tẽpore claudii cesaris fames inualuit: vt in actib⁹ legitur: et plurima terribilia contigerunt captionem hierusalem indicantia: vt iosephus narrat. Chry. Dicit autẽ q nõ statim finis ciuitatis eueniet: vt. s. hierosolima capiatur sed post prelia multa. Beda. Admonent etiã apostoli ne terreãt his precurrẽtibus in hierosolymã indeaq deserant. Potest aũt regnũ cõtra regnũ: et pestilentia eorũ quorũ sermo serpit vt cancer. et fames audiendi verbi dei et cõmotio vniuerse terre et a vera fide separatio etiã in hereticis intelligi: qui cõtra se inuicem dimicãtes: ecclesie victoriam faciunt. Ambro. Sunt autem et alia bella que vir sustinet christianus: diuersarum quoq prelia cupiditatũ studiorumq cõflictus. Multo etiam grauiores sunt domestici hostes q extranei.

Exposi tio litte ralis.

Sed ante hec omnia iniciẽt vobis manus suas: et persequẽtur: tradentes in synagogas et custodias: trahentes ad reges et presides propter nomẽ meũ: Continget autẽ vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris nõ pmeditari quẽadmodũ respõdeatis. Ego em dabo vobis os et sapientiã: cui non poterunt resistere et contradicere omnes aduersarij vestri. Trademini autem a parentib⁹ et fratribus: et cognatis et amicis: et morte afficient ex vobis. Et eritis odio oĩb⁹ hoĩb⁹ pptẽr nomẽ meũ. Et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Grego. in home. Quia cũcta que predicta sunt mõ de iusticia ferientis sunt: sed de merito mundi patiẽtis: facta prauorũ hominum preñũciantur cũ dicitur. Sed ante hec omnia inijcient vobis manus suas. et persequentur: tradentes in synagogas et custodias: trahẽtes ad reges

Intellect⁹ signorũ ante iudiciũ.

et presides propter nomen meũ. Ac
si dicat. Prius corda hominum post
elementa turbabuntur: vt cũ rerũ
ordo cõfunditur: ex qua tribulatio-
ne veniat demõstret. Nam quãuis
finis mundi et ipso suo ordine pen
deat: peruersiores tamẽ quosq; in-
ueniens: quia digne ruinis illorum
opprimantur innotescit. Cyril. Uel
hoc dicit. Quia priusq; a romanis
hierusalem caperetur: passi perse-
cutiones a iudeis discipuli incarce
rati sunt: et presentati principibus.
Missus est paulus romã ad cesarẽ:
astititq; festo et agrippe. Sequitur.
Continget autem vobis in testimo-
niũ. Grecus. In martyriũ id est in
martyriũ gloriã. Grego. in hom. Uel
in testimoniũ videlicet eorũ: qr vos
persequendo mortem inferunt: aut
videndo non imitantur: vt inde per
uersi sine excusatione pereãt. vnde
electi exemplũ capiunt vt viuãt: sed
auditis tot terroribus turbari po-
terãt auditorum corda. vnde ad eo-
rum consolationem subdit. Ponite
ergo in cordibus vestris non preme
ditari quẽadmodũ respondeatis.
Theophi. Quia enim idiote erant
et imperiti hoc eis dominus dicit:
ne conturbaretur redditurũ sapien
tibus rationem: et causam subdit.
Ego enim dabo vobis os et sapien
tiam: cui non poterunt resistere et (Magisterium apostolorum.)
contradicere omnes aduersarij ve
stri quasi dicat. Statim a me sortie-
mini facundiam et sapientiam: vt
nec omnes aduersarij vestri. si in
vnum conueniant resistere valeant
vobis: nec in sapientia id est vita
theorematum nec in eloquentia et
sermonis lepore. Sepe enim multi
sapientiam quidem habent in mẽ-
te: sed cum sint prouocabiles ad
turbationem totum confunduut:
cum tempus fuerit proponendi. nõ
autem tales fuerunt apostoli: sed
vtrinq; gratiosi fuerunt. Grego.
Ac si dominus suis dicat: nolite ter
reri. vos ad certamẽ accedetis: ego
prelior. vos verba editis: sed ego
sum qui loquor. Ambrosius. Alibi
aũt christus in discipulis: alibi pa-
ter: alibi spiritus loquitur patris.
non discordant ista: sed congruunt.
quod vnus loquitur tres loquun-
tur: quia vox est vna trinitatis.
Theophi. His aũt dictis: et ppulso
imperitie timore: subdit et aliud quid
dam necessariũ quod eorũ alos po-
terat commouere: ne subito irruẽs
eos turbaret. Sequitur enim. Trade
mini aũt a parentibus et fratribus
et cognatis: et morte afficient ex vo-
bis. Grego. in hom. Plus in nobis
ea tormẽta seuiunt: q̃ ab illis pati-
mur: de quorũ morib' p̃sumebam':
qr cũ damno corporis mala nos cru
ciant amisse charitatis. Grego. nise
nus. Cõsiderem' aũt statũ q̃ tũc tẽ-
poris erat oibus suspectis: adinui-
cẽ diuidebant cognatiões: inuicem
disgregate per cultus: et filius gẽti
lis proditor fiebat parentum fide-
lium: et in filium qui crediderat: pa
ter in īfidelitate obstinatus accu-
sator fiebat. Omnis etas erat ex-
posita persequentibus fidem: nec
mulieribus succurrebat natura-
lis sexus fragilitas. Theophilus.
His autem dictis et de odio sub
iungit quod ab omnibus patien-
tur. Sequitur enim. Et eritis odio
omnibus hominibus propter no-
men meum. Gregorius in homelia.
Sed quia dura sunt: que predicun-
tur de afflictione mortis: primus cõ-
solatio subditur de gaudio resurre
ctionis cum dicitur. Et capillus de
capite vestro non peribit quasi di-
cat martyribus suis. Cur timetis
ne pereat quod incisum dolet: quan
do et illud in vobis perire non po-
test: quod incisum nõ dolet? Beda.
Uel aliter. Capillus de capite disci-
pulorum domini non peribit: quia
non solum fortia facta vel dicta san
ctorum: sed et tenuissima cogitatio
digna mercede donabitur. Grego.
quinto moral. Qui autem patien-
tiam in aduersis tenet: inde con-
tra aduersa omnia fortis efficitur.

Patientie virtus.

vnde sibi et seipsum vincendo dominatur. vnde sequitur. In patiē. ve. possi. ani. vestras. Quid enim est animas possidere: nisi perfecte in omnibus viuere: cunctisq; mentis motibus quasi ex arce virtutis dominari. Gre. in homel. Per patiētiam igitur animas nostras possidemus: quia dum nobismetipsis dominari discimus: hoc ipsum incipimus possidere quod sumus. Idcirco autem possessio anime in virtute patiētie ponitur. quia radix omnium custosq; virtutum patientia est. Patientia vero est aliena mala equanimiter perpeti: contra eum quoq; qui mala irrogat nullo dolore mordeti.

¶ Cum autem videritis circūdari ab exercitu hierusalem: tūc scitote quia appropinquauit desolatio eius. Tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes: et qui in medio eius sunt discedant: et qui in regionibus non intrent in eam: quia dies vltionis hi sunt: vt impleantur oīa que scripta sunt. Veh autem ꝓ gnantibus et nutrientibus in illis diebus. Erit enim pressura magna super terram. et ira populo huic. Et cadent in ore gladii: et captiui ducentur in omnes gentes. Et hierusalem calcabitur a gentibus donec impleantur tēpora nationum. ¶ Beda. Hactenus ea que per. xl. annos: necdum fine adueniente futura erant: dicta sunt: hinc ipse finis desolatiōis que a romano exercitu facta est domini verbis exponitur cum dicitur. Cum autem videritis circūdari ab exercitu hierusalem: tunc scitote: quia appropinquauit desolatio eius. Euse. Desolationem hierusalem vocat non amplius eam a suis: nec sm ritum legalem constitui: ita q; nullus expe

Finale extermi nium iu deorum

ctet post futuram obsidionē aliam innouationem fieri: sicut accidit tēpore regis persarum et illustris antiochi: et iterum tpe pompei. Aug. ad hesitium. Hec autem dñi verba: ideo lucas hoc loco commemorauit: vt ostendat tunc factam fuisse abominationem desolationis: que a daniele predicta est: de qua mattheus et marc᷒ locuti sunt: quādo expugnata est hierusalem. Ambro. Iudei enim putauerunt abominationem desolationis tunc factam: eo q; caput porci in templo iecerūt illudentes romani iudaice ritum obseruantie. Euse. Dñs autem futurā in ciuitate preuidens famem monebat discipulos: ne in futura obsidione in ciuitatem confugerēt tanq; ad locum tutum: et a deo protectum: sed magis inde discederēt et ad montes cōfugerent. vnde sequitur. Tunc qui in iudea sunt fugiāt in montes. Beda. Ecclesiastica narrat hystoria cūctos q; in iudea erāt christianos imminente hierosolymorum excidio cōmonitos a domino loco discessisse: et trans iordanē habitasse in ciuitate quadam pella nomine: donec desolatio iudee cōpleretur. Augu. ad hesitium. Pro ꝙ autem mattheus et marcus dixerūt. Et qui supra tectum est: non descēdat in domum. Addidit autē. Nec introeat: vt tollat aliquid de domo. Pro quo lucas subdit. Et qui in medio eius sunt discedāt. Beda. Sed quomodo ab exercitu ciuitate iam circundata qui in medio eius sunt discedent: nisi forte quod promisit tunc: non ad ipsum tempus obsidionis referatur: sed ad proximum āte obsidionem tempus: cū se primum miles romanus per galilee vel samarie fines cepit diffundere. Aug. ad hesit: ū. Pro eo āut q; mattheus et marc᷒ posuerūt. Et qui in agro erit non reuertatur retro tollere vestimētum suū. apertius iste subdit. Et qui in regionibus non intrent in eā: quia dies vltionis hi sunt: vt impleantur omnia que scripta sūt.

Consensus euangelicus

Beda. Dies autem vltionis hij sūt dies videlicet dominici sanguinis vltionē petentes. Aug. ad hesitiū. Deinde similiter lucas prosequit̄ sicut et alij duo. Veh autē p̄gnātibus et nutrientibus in illis dieb'. Et sic ergo lucas patefacit qđ poterat esse incertum. s. id quod dictum est de abominatione desolationis non ad seculi finem: sed ad expugnationem hierusalem pertinere. Beda. Dicit ergo. Veh p̄gnātib' p̄sente captiuitate. Et nutrientibus siue mamātibus: vt quidā interpretantur: quarum vel veteri: vl' manus filiorum sarcina p̄grauate: fuge necessitatem non minimū impediunt. Theophi. Quidam vero dicunt dominū per hoc significare filiorum esum: quē et iosephus narrat. Chry. Deinde predictorum assignat causam dicens. Erit enim pressura magna super terram: et ira populo huic. Talia enim mala eos occupauerūt vt nulla deinceps erūna possit eorum clamitatibus adeq̄ri: vt ioseph' narrauit. Euseb. Qualiter scilicet. aduenientib' romanis et vrbem capiētibus: multe caterne iudaici populi in ore gladij perierre. vnde sequit̄. Et cadent in ore gladij. Sed et plures necati sunt fame. Hec vero accidebāt. p̄ːmo quidem sub tyto et vespesiano post hos autem tempore hadriani principis Romanorum: quando natale solum iudeis inaccessibile est factum. vnde sequitur. Et captiui ducentur in omnes gentes. Totum enim orbem iudei repleuerunt: et vsq ad fines terre peruenerunt: et cum eorum terra ab alienigenis inhabitetur: solis ipsis est inaccessibilis facta. vnde sequitur. Et hierusalem calcabitur a gentibus donec ipleantur tempora nationum. Beda. Que. s. apostolus commemorat dicens. Cecitas ex pte facta est in israel: et sic omnis israel saluus fiet. Qui cum p̄omissa salute fuerit potitus ad patriū solum rediturus nō temere speratur. Ambro.

Mystice autem abominatio desolationis aduentus antixp̄i est eo q̄ sacrilegijs infaustis mentium interiora contaminet: sedens iuxta hystoriam in templo: vt sibi vendicet diuine solium potestatis. Iuxta interpretationem aūt spiritalem pulchre inducitur: eo q̄ in affectibus singulorum vestigiū perfidie sue confirmare desideret: et scripturis disputans se esse xp̄m tunc appropinquabit desolatio: quoniam a vera religiōe pleriq lapsi desistent: tūc erit domini dies: quoniam sicut primus aduētus domini fuit propter redimēda peccata: ita et secund'. erit propter reprimenda delicta ne plures perfidie errore labantur. Est et alius antixp̄s. i. diabolus: q̄ hierusalem. i. animā pacificā obsidere nitatur sue legis exercitu. Ergo quando in medio templi est diabolus desolatio abominatiōis est. Cum autē vnicuiq laboranti christi presentia spiritalis illuxerit: tollitur iniquus ex medio et incipit regnare iusticia. Est etiam terti' ātixp̄s vt arrius et sabellius et oēs q̄ nos praua intentione seducunt. Ve āt sunt pregnantes quibus ve dīcā aruinā sue carnis extēdunt: et qb' intimorum gressus pigrescat animorum et effete v̄tutum: feteq vitiorum. Sed nec ille p̄egnātes condēnatiōis exortes sunt q̄ in bonorū actuū moliminē constitute i needū aliquos suscepti operis dedēre p̄ocessus. Sunt que dei timore conciptunt sed non oēs pariunt. sunt enī que abortiuum excludunt verbum anteq pariant. sunt ēt que in vtero xp̄m habeant: sed nondum formauerūt. ergo que parit iusticiam xp̄m parit. Nos etiā paruulos nostros ablactare properem': ne nos quasi imperfectorū parentes: aut iudicij dies aut mortis inueniat. Quod ita fit: si omnia dicta iusticie in corde custodias: nec senectutē tempus expectes: sed in prima etate sapiētiā sine corruptela corporis tui cito cōcipias: cito nutrias. In fine autē iu

Abominatio quomodo intelligenda

Tropologica expositio.

des omnis a nationibus credituris subijcietur in ore gladij spiritalis qui est sermo bis acutus.

¶ Et erunt signa in sole luna et stellis: et in terris pressura gentium pre confusione sonit⁹ maris et fluctuū: arescentib⁹ hominibus pre timore: et expectatione que superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes celorum mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate.

¶ Beda. Quid impletis nationum temporibus sequatur: ex ordine manifestat dicens. Erunt signa in sole et luna et stellis. Ambro. Que quidem signa sm̄ mattheum euidentius exprimūtur: tunc inquit sol obscurabitur: et luna non dabit lumē suum: et stelle cadent de celo. Euse. Tunc enim cum vite corruptibilis cōsummatio agetur: et sm̄ apostolū spēs huius mundi transibit: nouum succedet seculum: in quo vice sensibiliū luminariū ipse christus fulgebit quasi iubar. et rex noui seculi: cuius erit tanta numinis virtus et gloria: vt sol qui nunc radiat atq; luna et cetera sidera: aduentu maioris luminis occultentur.

Innouatio mundi qualis futura.

Chry. sicut. n. in hoc seculo luna et sidera mox obfuscantur orto sole: sic in gloriosa xp̄i apparitione sol obtenebrescet: et luna nō dabit proprium iubar. et stelle cadent de celo priore spoliate amictu: vt potioris lucis amictu potiantur. Euse. Que autem euenient orbi post luminarium obtenebrationem ex q̇bus fiet angustia gentium ꝯsñter exprimit dicens. Et in ter. pres. gē. pre confu. so. ma. et fluctuum. Ubi videtur docere principium trāsmutationis vniuersi futurum: ex defectu substantie humide. Hac enim prima deuorata vł congelata: vt nō ampli⁹. audiatᷣ sonitus maris nec contigant arenā fluctus eius causa exuberantis siccitatis cetere mūdi partes non amplius obtinentes vaporem solitum emissum ex substantia humida trāsmutationē patientur et sic cum apparitio saluatoris confutare debeat repugnātia deo prodigia exordium sumens futuris procemia ex siccitat. b⁹: vt nec tempestas nec fremitus maris vlterius audiatur. Quo facto subsequetur angustia superstitū hominū. vñ seqᷣt. arescētib⁹. i. tabescētib⁹ hominibus pre timo. et expe. eorū scilicet que super. vni orbi. Que autem tunc ingruāt mundo: consequenter ostendit subdens. Nā virtutes celorum mouebūtur. Theo. Uel aliter. Cum alterabitur superior orbis: et elementa iferiora merito patientur iacturam. vnde seqᷣtur. Et in terris pressura gentium pre confusione sonitus et maris et fluctuū. q. d. Mare terribiliter fremet et littus maris agitabitur tēpestate ita vt sit populo terre pressura. i. cōis miseria: vt tabescant timore et expectatione malorum irruentium mundo. vnde sequitur. Arescentibus hominibus pre timore et expectatione que superueniēt vniuerso orbi. Augu. ad hesitium. Sed dices. Confiteri vos pena vestra compellit adesse iam finē: dum impletur quod prenunciatum est. Nullam enim patriam: nullam locum nostris temporibus non affligi aut tribulari certū est. Sꝫ si ista mala que nunc patitur genus humanum certa sunt indicia iam dominum esse venturū: quid est qđ dicit apostolus. Cum dixerint. pax et securitas. Uideamus ergo ne forte melius intelligatur non eo modo impleri que predicta sunt: his verbis: sed tunc potius esse ventura: qñ sic erit tribulatio vniuerso orbi vt ad ecclesiam pertineat: que vniuerso orbe tribulabitur: non ad eos qui tribulabunt eam. ipsi enī

Solutio questionis.

fent dicturi. pax et securitas. Nūc autē ista mala que tāq̄ summa et tremaq̄ credūtur vtriq̄ regno: xp̄i sc3 et diaboli videm⁹ eē cōia. Pariter quippe his boni affliguntur et mali: inter que tam mala adhuc vsq̄q̄ frequētātur luxuriosa cōuiuia. Hoccine ē arescere pre timore: an potius lar descere pre libidinē? Theophi. Nō solū āt mortales fluctuabunt cū alterabit mūd⁹: sed ēt angeli stupebūt in tam terribilib⁹ mutationibus vniuersi. vnde sequitur. Nā virtutes celorū mouebūt. Grego. in omel. Quid enim virtutes celorum nisi angelos dñationes et pricipat⁹: et ptātes appellat que in aduētu districti iudicis nostris tūc oclis visibiliter apparebūt: vt districte tūc a nobis exigāt hoc quod nos modo inuisibilis cōditor equanimiter portat. Euseb. Cū ēt dei fili⁹ sit vētur⁹ i glīa: et cōfutatur⁹ elatā tyrānidē filij pctī ministrantibus angelis celi fores a seculo clause patebunt vt spectantur excelsa. Chry. Uel virtutes celice mouebuntur: quāuis sibi cōscie nō sint videntes eni infinitas multitudines ɔdēnari: nō intrepide stabūt illic. Beda. Unde et in iob dicit. Colūne celi cōtremescūt. ⁊ pauēt ad nutū ei⁹. Quid ergo faciūt tabule qn tremūt colūne? quid vgula deserti patitur: cū cedr⁹ paradisi ɔcutitur? Euseb. Uel virtutes celorū sunt q̄ presunt sensibilibus partibus vniuersi: que quidē tūc mouebūt vt potiorem statum attingant. Absoluētur enim in seculo nouo a ministerio: quo deo seruiunt circa sēsibilia corpora p3 corruptiōis statū. Aug. ad hesitiū. S3 ne dñs ppinquāte secūdo aduētu suo ca p magno predixisse videatā q̄ huic mūdi ēt āte ɔmū ei⁹ aduētū fieri cōsueuerant: et videamur ab eis q̄ plura in hystoria gentium et maiora legerunt. Hec q̄ dicta sūt meli⁹ i ecclīa existimo intelligi. Ecclesia ei est sol et luna et stelle: cui dictū ē. Pulchra vt luna: electa vt sol. q̄ tūc nō apparebit persecutoribus vltra modū seuiētib⁹. Ambro. Plurimis ēt a religiōe deficiētib⁹ clara fides obscurabit nube perfidie: qz sol celestis in ea fide minuit vel augetur: et sic mēstruis id est mēsiuz defectib⁹ luna vel terre opposita cum fuerit ex regiōe solis vanescit: sic et sancta ecclesia cū lūini celesti vitia carnis obsistūt fulgorem diuini luminis de christi radijs nō pōt mutuari. nā i psecutionib⁹ lucē dñi solis plerūq̄ amor vite huius excludit. Cadūt et stelle id est glīa micātes viri si persecutiōis acerbitas cōualescat: que ops fieri donec ecclīe multitudo cumuletur. sic ei probāt boni: sic prodūt infirmi. Augu. ad hesitium. Cō āt dictū ē. et in terris pressura gētiū: gētes voluit itelligi: nō q̄ i semine abrae bñdicent: s3 q̄ ad sinistrā stabūt. Ambro. Ergo varij aloꝝ effus ita graues erūt: vt delictorū multitudie male ɔscijs futuri iudicij metu: sacri nob ros fōtis arescat. Quēadmodū āt dñi expectat aduēt⁹: vt eius presentia in toto fiat vel hominis orbe vel mūdi: que fit in singul cū oib⁹ affectibus receptis xp̄s: sic virtutes celorum in aduentu dñi augmentū gratie cōsequētur: ⁊ plenitudine diuinitatis ppius se infundēte mouebuntur. Sunt etiā virtutes celorū: q̄ enarrant gloriā dei: q̄ pleniore xp̄i infusiōe mouebunt: vt videāt christū. Augusti. ad hesitium. Uel virtutes celorū mouebuntur: qz impijs psequētib⁹ q̄dā fideles fortissimi turbabunt. Sequit. Et tunc vide. fi. ho. Theophi. Tam fideles q̄ infideles. Radiabit em amplius sole: tam ipse q̄ crux eius: vnde ab oibus cognoscet. Augusti. Quod autē dicit. Uenientē in nube duob⁹ modis accipi potest: siue i ecclesia sua tanq̄ in nube venientem: sicut nunc venire non cessat: sed ideo tūc cum potestate magna et maiestate: quia maior maiestas et potestas illius apparebit sanctis: quibus magnam virtutem dabit: ne tanta persecutione vincant: siue in

b

corpore suo: in quo sedet ad dexterā patris merito credendus est: nō solū in eodē corpore. verum etiā in nube venturus: quoniā sic veniet sicut abijt: nubes autē suscepit eum ab oculis eorum. Chrysosto. Semper enim deus in nube apparet: secundum illud. Nubes et caligo in circuitu eius. vnde et filius hominis in nubibus veniet: vt deus et dominus: non latenter: sed in gloria digna deo. Et ideo subdit. Cum potestate magna et maiestate. Cyril. Intelligendum est similiter magna. primā enim apparitionē prosecutus est cum infirmitate et hūilitate nr̄a: sed secundam celebrabit cum propria potestate et magna maiestate. Grego. in homel. In potestate enim et maiestate visuri sunt: quem in humilitate positum audire noluerunt vt virtutem eius: tanto tunc districtius sentiant: quanto ceruicē cordis ad eius patientiā non inclinant.

¶ His autem fieri incipientibus respicite et leuate capita vestra: quoniā appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam et omnes arbores: cum producunt iam ex se fructum scitis quoniam prope est estas. ita et vos cum videritis hec fieri scitote quia prope est regnū dei. Amen dico vobis quoniā non preteribit generatio hec donec omnia fiant. Celum et terra transibunt: verba autem mea non transient.

¶ Grego. in homel. Quia premissa contra reprobos dicta sunt: mox ad electorū cōsolationem verba vertuntur. Nam subditur. His autem fieri incipientibus: respicite et leuate capita vestra: quoniā appro. redē. vestra. Ac si dicat. Cū plage mūdi crebrescunt: leuate capita. id est exhylarate corda: quia dum finitur mundus cuius amici non estis prope fit redemptio quā quesistis. In scriptura enim sacra sepe caput pro mentē ponitur. quia sicut a capite reguntur mēbra ita cogitationes mēte disponuntur. [Caput mēs ē.] Capita itaq; leuare est mētes nostras ad gaudia patrie celestis erigere. Euse. Vel aliter. Trāsactis corporalibus aderunt intelligibilia celestia scilicet regnū seculi non amplius transituri: et tunc dignis salubria promissa tribuentur. vnde dicitur. His autē fieri incipiētibus respicite et leuate capita vestra: quoniā appropinquat redemptio vestra. Acceptis enim dei promissis que speramus: erigemur qui ante curui fueramus: et eleuabimus capita nostra: humiliati quondam eo quod redemptio nostra quā sperabamus aderit: illa scilicet quā tota creatura expectat. Theophi. id est perfecta libertas corporis et anime. Sicut enim primus aduentus domini fuit ad reformationē animarū nostrarum sic secundus ad reformationē corporū celebrabitur. Euse. Dicit autē hec ad discipulos suos nō tanquam ad eos qui durare deberent in vita ista vsq; ad terminū mundi: sed quasi vno corpore existente ipsis et nobis et posteris vsq; ad cōsummationē mūdi et credituris in xp̄m. Grego. in homel. Quod autē calcari mundus atq; despici debeat: prouida cōparatione manifestat cū subdit. [Cōparatio moralis.] Videte ficulneā et omnes arbores: cum producūt ex se fructū: scitis quoniā prope est estas: ita et vos cū videritis hec fieri scitote quoniā prope ē regnum dei. q.d. Sicut ex fructu arborum vicina estas agnoscitur ita ex ruina mūdi prope cognoscitur esse regnū dei. Et ex hoc ostenditur: quod fructus mundi ruina est. Ad h[illegible] e enim germinat vt quecunq; ger[illegible]ne aluit cladibus consumat. Bene autē regnū dei estati cōparatur: quia tūc meroris nostri nebule transeūt et vite dies eterni solis claritate fulgescunt. Ambro. Mattheus autē de sola dixit ficulnea: hic de arboribus omnibus. Duplicē autē habet figurā ficulnea: vel cū dura mitescunt: vel cū

vel cū peccata luxuriat. Siue ergo cū fructus oibus virescit arborib⁹: z ficulnea fecūda iā floret id est cū omnis lingua cōfitetur deo: cōfitēte etiā populo iudeoꝝ: sperare domini debemus aduentū quo tanq̄ tēporibus estiuis resurrectiōis fructus metētur. Siue cū leuē fragilē q̄z iactātiā tanq̄ folia synagoge homo iniquitatis induerit: cōijcere de bem⁹ appropinquare iudiciū. nā remunerare fidē domin⁹: z deliquēdi finē afferre festinat. Aug. ad hesitiū. Cū aūt dicit. Cū videritis hec fieri que intelligere poterim⁹: nisi ea que supra mēorata sūt? In his aūt est qd ait. Et tūc videbūt filiū hominis veniētē. Proinde cū hoc visum fuerit: nō iā erit regnū dei: sed prope erit. An dicēdū est nō oia que supra ꝯmemorata sūt esse intelligēda vbi ait. Cū videritis hec fieri: sꝫ aliqua eorū: hoc scilicet expecto qd dictū est. Et tūc videbūt filiū hois. Sed matthe⁹ aperuit nullis exceptis esse accipiendū dicens. Ita et vos cū videritis hec omnia. Inter que est qd videbitur filius hominis veniēs vt intelligatur de aduentu quo nūc venit in mēbris suis tanq̄ in nubibus. vel in ecclesia tanq̄ in nube magna. Tytus. Uel aliter dicit. Prope est regnū dei: q: dum hec fient nondū vltim⁹ finis rerum eueniet: sꝫ iā in finē tendūt. nā z ipse aduent⁹ domini eliminās omniū ꝑncipatū z potestatē preparat regno dei. Euse. Sicut eīn in hac vita sol hyeme recedēte ac succedente verū radiū calidū mittens fouet ac viuificat humi condita semina eruētia priscā figurā: pullulāt aūt noua varijū virorē habentia sic z gloriosus vnigeniti dei aduentus viuificatiuis radijs illustrans nouū seculū:

Exēplū nature. dudū condita per totū mundū semina scilicet dormiētes in puluere terre. potioribus corporibus q̄ prius producet in lucē: ac cōfutata morte regnabit deinceps vita seculi noui. Grego. in homel. Omnia autē predicta sub magna certitudine cōfirmans: cū subdit. Amen dico vobis: q: nō preteribit generatio hec donec omnia fiant. Beda. Multū cōmendat quod ita prenūciat. Et si dicere fas est iuratio ei⁹ est quod dicit. Amē dico vobis. Amen quippe interpretatur verū. Igit veritas dicit. Uerū dico vobis: quod si nō diceret mētiri omnino nō posset. Generationē aūt: aut omne gen⁹ humanū dicit aut specialiter iudeoꝝ. Euse. Uel generationē dicit nouā generationē ecclesie sancte sue ostendens duraturū populū fideliū vsq̄ ad id tempus quo visur⁹ sit omnia z euentus verborū saluatoris oculis apprehendet. Theophi. Q: eīn turbationes z bella: z alterationes tam elementorū q̄ ceterarū rerū futurū esse predixerat: nequis suspicaret q̄ z ipsa christianitas peritura foret subiūgit. Celū z terra transibūt: verba aūt mea nō transient. q. d. Et si cūcta cōmoueātur: fides tamē mea nō deficiet. Ex quo innuit ecclesiā preferre toti creature: sed creatura patiet alterationem: fidelium vero ecclesia z sermones euangelij permanebūt. Grego. in hom. Uel aliter. Celū z terrā transibunt zc. quasi dicat. Omne quod apud nos durabile est sine mutatione durabile ad eternitatem non est et omne quod apud me transire cernitur: fixū z sine trāsitu tenetur: q: sine mutabilitate manentes sentētias exprimit sermo meus qui trāsit. Beda. Celum autem quod transibit: non ethereum siue sydereum sine aereum a quo aues celi nominantur: itelligere debemus. Si autem terra transibit: quomodo ecclesiastes dicit. Terra in eternum stat sed aperta ratione celum z terra per eam quam nunc habent imagi nem transeunt: attamen per essentiam sine fine subsistunt.

¶ Attendite autem vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula z ebrietate z curis huius vite: z superueniat in

vos repentina dies illa. Tanq̄ laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terre. Uigilate itaq̄ omni tempore orantes: vt digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt: et stare ante filium hominis.

¶ Theophi. Posuit supra dñs terribilia et sensibilia malorum iudicia que occupabunt peccatores: sed cōtra: hec mala remediū ē cautela et orō. vñ dr. Attē. aūt vo. ne for. gra. cor. ve. in crapu. et ebrietate. Basi. Singulum animalium a conditore olim deo hz intrinsecus cās faciētes ad tutelā ꝯsistētie proprie. ꝑp quod et xp̄s nobis dedit hanc monitionē vt que illis a natura: hec nobis auxilio rōnis et cautela contingāt. Fugientibus quidē peccatū: vt irrōnabilia fugiūt mortifera pabula. inquirentibus vero iusticiam sicut illa herbas nutritiuas requirunt. et ideo dicit. Attendite vobis: vt. s. discernere possitis a salubri nociuum. Sed quoniam dupliciter contingit attēdere. hinc quidem corporis oculis. illinc vero per intellectiuam virtutem: oculus corporis virtutē nō attingit. Restat igitur dictum esse de opere intellectus. Attēdite: hoc est vndiq̄ circūspicite vos peruigil habētes ad vestram custodiā anime lumē. Neq̄ autem dixit. Attendite vestris aut eis que circa vos sunt: sed vobis. vos enim estis intellectus et anima. vestrum autem corpus est sensus. Circa vos autem opes artes: et reliqua vite suppellex: quibus nō monet attendendum: sed anime cuius precipua cura habēda. Eadem vero admonitio egrotātes sanat et sanos perficit: seruatores presentium: prouisores futurorum: nō alienorum censores: sed suorum seruatores non dimittentes intellectū seruum fieri passionum: sed irrationale anime subijcientes rationali. Cur autem sit attendendum subiū

Nature puidentia notatur.

git dicēs. Ne forte grauentur corda vestra in crapula et ebrietate et curis huius vite. Tyt. quasi dicat. Cauete ne lumina mētis vestre grauentur. Cura nāq̄ presentis vite et crapula et ebrietas fugāt prudētiā: qualisāt fidē: operātur naufragia. Basi. Est autē ebrietas nimius vsus vini crapula vero anxietas et nausea: que est in ebrietate: a motione capitis greco vocabulo dicta. Sicut igitur cibis vt esuriamus: sic et potibus ne sitim patiamur vtēdum est vitādo diligētius lapsum. Fallax enim est vini igestio anima autem vino libera prudentissima erit et optima: sed humecta vini vaporibus quasi quadā nube velatur. Curiositas autē huius vite quāuis nihil inhibitorū cōtinere videatur: si tamē ad cultū diuinū nō coadiuuet vitāda est: et quare hoc dixerit ostēdit subdēs. Et superue. in vos repen. di. illa. Theo. Nō enim cū deliberatiōe veniet dies illa: sed ex improuiso furtim capiēs tanq̄ laqueus nō cauētes. vnde sequitur. Tanq̄ la. enim superue. in om. qui se. su. fa. om. terre. Quod diligētius discuti potest. Capiet enim dies illa sedētes in superficie terre quasi impremeditatos et inertes. Quotquot vero sunt solertes et agiles ad bonū nō sedētes et ociātes in terrenis: sed surgētes ab eis sibi dicētes. Surge vade: quoniā nō est hic tibi requies: talibus nō est illa dies vt laqueus in discrimē: sed vt dies festiuus. Eus. seb. Predicta igitur docuit esse attēdēda ad cauēdam grauedinē inde prouenientem. vnde sequitur. Uigilate: omni tempore: orā. vt dig. ha. fuge. ista om. que futu. sunt. Theo. s. famem: pestem: et cetera huiusmodi que temporaliter electis et alijs imminent: et ea que postmodū accidūt eis perenniter. Illa enim aliter capere non possumus nisi per vigilias et orationes. Augustinus. de con. euange. Hec intelligitur illa fuga quam mattheus commemorat: que non debet fieri in hyeme

Ebrietatis detestatio.

vel sabbato. Ad hyemē pertinent cure huius vite: que tristes sunt ve lut hyems. Ad sabbatum vero crapula ꝛ ebꝛietas: que carnali leticia luxuriaqꝫ coꝛ submergitatqꝫ obruit quod malum sabbati nomine significat. q2 illo die iudei delitijs affluūt dum spiritale sabbatum ignoꝛant. Theophi. Et quia chꝛistianū decet non solum fugere mala: sed etiā niti ad gloꝛiam exequendam: subdit. Et stare ante filium hominis. Hec est enim angelica gloꝛia stare ante filium hominis deum nostrū ꝛ faciem eius iugiter cernere. Beda. Et certe si quis sapiens medic⁹ pꝛeciperet attendere a succo alicu⁹ herbe ne repentinus interitus superueniat: magno studio medici mandata seruaremus. Nunc autē saluatoꝛe admonente ebꝛietatem ꝛ crapulam ꝛ curas seculi esse cauendas: his sauciari ꝛ cōsumi nō timēt quia fidem quam medici dictis pꝛebent: domini verbis pꝛebere contemnunt. Exēplū naturale.

¶ Erat autem diebus docens in templo: noctibus vero eriēs moꝛabatur in monte: qui vocatur oliueti. Et omnis popul⁹ manicabat ad eum in templo audire eum.

¶ Beda. Que verbis pꝛeceperat dominus suis cōfirmat exemplis. nam qui nos ante iudiciū aduentū ꝛ incertum singuloꝛum exitum ad vigilandum hoꝛtatus est ꝛ oꝛandū: ꝛ ipse imminente tempoꝛe passiōis sue doctrine vigilijs ꝛ pꝛecibus instat. vnde dicitur. Erat autem diebus docens in templo. In quo suo exemplo insinuat hoc eē digne deo vigilare vel dicto vl facto pꝛoximis viam veritatis ostendere. Cyrill⁹. Que autem erāt que docebat: nisi transcendentia cultum legis. insta bat enim tempus quo debebat vmbꝛa in veritatē transfoꝛmari. Theophi. Tacuerunt autē euangeliste pleraqꝫ documentoꝛum chꝛisti: qui cum per triennium fere pꝛedicauerit: documenta eius que conscripserunt: dicet aliquis vix ad vni⁹ diei sermonem sufficere. Ex pluribus ergo pauca describentes: dederunt nobis quendam gustum dulcedinis doctrine ipsius. Ostendit autē nobis dominus q2 opoꝛteat noctu ꝛ quiete alloqui deum ꝛ in die pꝛodesse hominibus ꝛ colligere quidē in nocte distribuere vero collecta in die. vnde subditur. Noctibus vero exiens moꝛabatur in monte qui vocatur oliueti. Non quasi opus habens oꝛatione: sed ad exemplū dādum hoc egit. Cyril. Quia vero eloquium eius in potestatē erat ꝛ potestatiue transferebat in spiritalem cultum: que per moysen ꝛ pꝛophetas tradita fuerant in figuris populus eum auidius audiebat. vnde sequitur. Et omnis popul⁹ manicabat id est mane venire accelerabat ad eū in templo audire eū. Triēniū chꝛisti. Populo autem ante lucanum venienti ad eum congruum erat dicere. Deus deus meus: ad te de luce vigilo. Beda. Mystice autem ꝛ nos cum inter pꝛospera sobꝛie ꝛ pie ꝛ iuste conuersamur: diebus in templo docemus: quia foꝛmā boni operis fidelibus pꝛebentes: noctibus vero in monte oliueti moꝛamur: quia in tenebꝛis angustiarum spiritali consolatiōe respiramus: ꝛ ad nos quoqꝫ populus manicat: cum vel discussis operibus tenebꝛarum: vel cunctis nebulis pꝛessurarum nos imitantur. Tropologica expositio.

Cap. xxij.



Appꝛopinquabat autem dies fest⁹ azimoꝛum qui dicitur pascha ꝛ querebant pꝛincipes sacerdotum ꝛ scribe quomodo iesū interficerent: timebāt vero plebem.

¶ Chrysost. Umbra nostrorum fuerunt festa iudaica: et ideo si quesiueris a iudeo de pascha et azimis: nil magni proferet commemorans liberationem ab egypto. Siquis autem a me quesierit: non audiet egyptum nec pharaonem: sed absolutionem erroris et tenebrarum dyaboli: non per moysen sed per filium dei. Glo. Ad cuius passionem enarrandam accedens euangelista premittit de figura dicens. Appropinquabat autem dies festus azimorum qui dicitur pascha. Beda. Pascha quidem hebraice dicitur phase. non a passione sed a transitu nominatur: eo quod exterminator videns sanguinem in foribus israelitarum pertransierit: nec percusserit primogenita eorum. Uel ipse dominus prebens auxilium populo suo desuper ambulauit. Hoc autem inter pascha et azima distat: quod pascha ipse solus dies appellatur: in quo agnus occidebatur ad vesperam: hoc est. xiiij. luna primi mensis. xv. autem luna quando egressus est de egypto succedebat festiuitas azimorum. vij. diebus vsque ad. xxj. diem eiusdem mensis: vnde euangelij scriptura indifferenter vnum pro alio ponere solet: vnde hic dicitur. dies azimorum qui dicitur pascha. Significatur autem per mysterium quod christus semel pro nobis passus: per totum tempus huius seculi quod. vij. diebus agitur in azimis synceritatis et veritatis precepit esse viuendum. Chrysosto. Principes autem sacerdotum nefarias res tractant in festo. vnde sequitur. Et quere. prin. sacer. et scri. quomodo ie. interficerent. Moyses quidem vnum precepit esse principem sacerdotum: et illo defuncto creari alium. Tunc vero cum inciperent iudaici ritus dissolui: multi erant principes sacerdotum annuatim succedentes. Hi ergo volentes iesum occidere non metuunt diuina: ne scilicet ex tempore sacro maius incurrant peccati contagium: sed vbique timent humana. vnde sequitur. Time. ve. plebem. Beda. Non quidem seditionem metuentes: sed cauentes ne auxilio populi de suis manibus tolleretur. Hec autem ante biduum pasche congregatis eis in atrio cayphe mattheus acta attestatur.

Notula pulchra

Pasche ratio.

¶ Intrauit autem sathanas in iudam qui cognominabatur scarioth: vnum de duodecim: et abijt et locutus est cum principibus sacerdotum et magistratibus quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt: et pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et querebat opportunitatem: vt traderet illum sine turbis.

¶ Theophilus. Quia dictum est quod principes sacerdotum querebant modum quo interficientes iesum nullum incurrerent periculum: consequenter modus qui eis occurrit narratur cum dicitur. Intrauit autem sathanas in iudam. Tytus. In iudam sathanas intrauit: non impellens: sed patulum inueniens hostium. nam oblitus omnium que viderat ad solam auariciam dirigebat intuitum. Chrysostomus. Ponit autem eius cognomen subdens. Qui cognominabatur scharioth. Erat enim alius iudas. Tytus. Subdit autem. Unus de duodecim. Nam numerum adimplebat: non autem vere fungebatur apostolica dignitate. Chrysostomus. Uel hoc addit euangelista velut absonum quidem: ac si diceret. erat de primo choro diligentius electorum. Beda. Non est autem huic contrarium quod ioannes dicit. Post buccellam intrasse in eum sathanas: quia tunc intrauit: vt quasi alienum tentaret. nunc autem quasi proprium ad quecunque vellet agenda attraheret. Chrysosto. Attende autem magnam iude nequitiam: tum quia per se proficiscitur: tum quia pro precio hoc facit. Sequitur enim. Et abijt et locutus est cum principibus sacerdotum et magistratibus quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt. Theo

philus. Magistratus hic appellã tur prepositi constructionũ templi: vel etiã illi quos Romani populo prefecerãt:ne prorueret in tumul tus:erant enim seditiosi. Chrysosto mus. Propter auariciam autem iu das factus est talis. Sequitur em̃. Et pacti sũt pecuniam illi dare. Ta les enim auaricia generat passio nes: reddit impios:et deum igno rare compellit: et si millies benefa ctum sit eis:ad nocendum impellit. vnde et hic sequitur. Et spopondit. Theophilus. id est pepigit et pro misit.et querebat opportunitatem vt eũ traderet sine turbis id est q̃re bat eum tradere quãdo videret eũ seorsum existentem sine turbis. Be da. Multi autem iude scelus exhor rent:nec tamen cauent.qui em̃ cha ritatis z veritatis iura spernit:chri stum qui est veritas et charitas pro dit:maxime cum non infirmitate vl' ignorantia peccet: sed ad similitu diem iude querat opportunitatẽ. vt arbitris absentibus:veritatem mẽ dacio:virtutẽ crimine immutet.

Auaricia iude

¶ Uenit autem dies azimorũ: in qua necesse erat occidi pa scha. Et misit petrum et ioan nem dicẽs. Euntes parate no bis pascha: vt manducemus. At illi dixerunt. Ubi vis pare mus? Et dixit ad eos. Ecce in troeuntibus vobis in ciuitatez occurret vobis homo quidam amphoram aque portans: se quimini eum in domũ in quaz intrat:et dicetis patrifamilias dom⁹. Dicit tibi magister. Ubi est diuersorium: vbi pascha cũ discipulis meis mãducem? Et ipse ostendet vobis cenaculum magnum stratum: et ibi para te. Euntes autez inuenerunt si cut dixit illis: et parauerunt pascha.

¶ Tytus. Ut nobis dominus cele ste pascha dimitteret typicum man ducauit:figuram remouens:vt veri tas locum obtineret. vnde dicitur. Uenit autem dies azimoruz:in qua necesse erat occidi pascha. Beda. Dies azimorum pasche quartãdeci mã primi mensis appellat:quan do fermento abiecto pascha id est agnus occidi ad vesperam consue uerat. Eusebius. Siquis autez di cat. Si prima azimorũ discipuli sal uatori parant pascha:ergo et eadẽ die oportet nos pascha celebrare. Dicemus hoc nõ fuisse monitionẽ: sed hystoriã factũ:quod accidit tem pore salutifere passionis. Aliud au tem ẽ narrare gesta vetera:z aliud sancire:ac posteris statuta relique re. Quinetiam saluator non egit pascha cum iudeis quando agnuz immolabant. nam illi quidem hoc egerunt in parasceue:quando pas sus est dominus:vnde non introie runt in atrium pylati vt manduca rent pascha.ex quo em̃ veritati insi diati sunt:verbum veritatis a se ex pulerunt: non primo die azimorum quo die debebat immolari pascha manducantes solitum sibi pascha. erant enim erga aliud attenti: sed die sequenti post illam que erat azi moruz secunda. Dominus vero pri ma die azimoruz:hoc est quinta fe ria sabbati pascha cum discipulis peregit. Theophilus. Eadem au tem quinta feria: mittit duos ex di scipulis suis ad parandũ pascha: petrum scilicet et ioannẽ:alterũ sci licet vt diligentẽ:alterum vt dilectũ. vnde sequitur. Et misit petrum et ioannem dicens. Euntes parate no bis pascha vt manducem⁹. Per om nia manifestãs q vsq ad extremũ vite nõ est aduersatus legi. Mittit autem eos ad alienam domũ. nam nulla domus erat ei neq discipulis suis: alioquin apud aliquem eoruz pascha celebrasset.z ideo subditur. At illi dixerunt. Ubi vis paremus? Beda. quasi dicant. Non habemus domiciliũ.nõ habemus tabernacu

Dubiũz resolut

lum:audiant quibus edificandorũ
domorũ cura est:cognoscant christũ
omniũ dominũ locũ vbi caput recli
naret non habuisse. Chryso. Cũ au
tẽ ignorarẽt ad quẽ mitterentur signũ
dedit eis:sicut ꝛ samuel sauli. vnde
subditur. Et dixit ad eos. Ecce in-
troeũtibus vobis in ciuitatẽ: occur
ret vobis homo ãphoram aque por
tans:sequimini eũ in domũ in quã
intrat. Ambro. Primũ maiestatẽ di
uinitatis aduerte:cũ discipulis lo
quitur:ꝛ iam nouit quid alibi sit fu
turũ:deinde dignationẽ eius intue
re:quia nõ persona diuitis: aut po
tentis eligitur: sed pauper ambit.
et angustũ hospitiũ pauperis am-
plis nobiliũ edib9 antefertur. Scie
bat autẽ domin9 nomen eius:cui9
sciebat mysteriũ et occursũ:ſꝫ ideo
sine nomine designatur: vt ignobi-
lis estimetur. Theophil9. Uel ideo
mittit eos ad hominẽ ignotum:vt
ostẽdat ꝙ passionẽ voluñtarie subijt.
Qui enim mentẽ huius ignoti vi-
ri subegit vt eos susciperet:poterat
quodcunqꝫ voluisset cũ iudeis tra
ctare. dicunt autẽ quidã ꝙ ideo nõ
dixit nomẽ hominis:ne proditor co-
gnito nomine domũ panderet pha-
riseis qui venientes cepissent eum
priusqꝫ cena fieret et spiritalia my-
steria discipulis traderet sed qui-
busdã indicijs in quandã domũ di-
rigit eos. vnde sequitur. Et dicetis
patrifamilias domus:dicit tibi ma
gister:vbi ẽ diuersoriũ: vbi pascha
cũ discipulis meis manducem: Et
ipse vobis ostendet cenaculũ ma-
gnũ stratũ:et ibi parate. Glo. Qui
bus signis inuentis discipuli solici
te que mandata eis fuerant imple-
runt. vnde sequitur. Euntes autem
inuenerũt sicut predixit illis iesus:
ꝛ parauerũt pascha. Beda. Hoc pa
scha exponens apostol9 ait. Pascha
nostrum imolatus est christus: qđ
quidẽ pascha tunc necesse erat oc-
cidi:quasi paterno consilio ac diffi-
nitione sancitũ:qui licet die sequen
ti hoc est. xv. luna sit crucifixus:hac
tamẽ nocte qua agnus immolaba-
tur a iudeis tentus ac ligatus im-
molationis hoc est passionis sue sa
crauit exordium. Theophi. Intelli
gamus autẽ diem quidem azimo-
rum totã conuersationẽ que est in
luce spiritali nullam redolentẽ ve-
tustatẽ prime preuaricationis ade:
in qua viuẽtes non decet delectari
in christi mysterijs. Hec autem my-
steria petrus et ioannes parant id
est actio et contemplatio:feruor ce-
li et mansuetudo pacifica. His autẽ
paratoribus occurrit homo: qꝛ per
predicta reperimus statũ hominis:
qui creatus est ad imaginẽ dei:qui
portat amphorã aque: que signifi-
cat gratiã spiritussancti. Amphora
autẽ est humilitas cordis. humilib9
enĩ dat gratiã:qui se cognoscunt eẽ
terrã ꝛ puluerẽ. Ambro. Uel ampho
ra est mensura perfectior:aqua aũt
est que sacramẽtũ xp̃i esse meruit:
q̃ lauare meruit non lauari. Beda.
Parant autẽ pascha vbi aque infer
tur amphora: qꝛ tẽpus adfuit quo
veri pasche cultoribus: typicus de
limine auferatẽ cruor: et ad tollẽda
crimina viuifici fontis baptisma cõ
secratur. Orige. sup Mat. Ego au-
tem puto ꝙ homo qui ingredienti-
bus discipulis in ciuitatẽ occurrit
amphorã aque portans:erat q̃dam
minister patrisfamilias:portãs mũ
datoriã aut potabilẽ aquã in vase
fictili:quẽ puto esse moysen spirita
lem doctrinã portantẽ in corporali-
bus hystorijs. Qui autẽ non conse
quũtur spiritaliter eũ:non celebrãt
pascha cum iesu. Attendam9 ergo
ipso dño constituto nobiscũ ad supe
riorẽ locũ:in quo est diuersoriũ:qđ
demõstratur ab intellectu:qui est in
vnoquoqꝫ hoĩe paterfamilias:disci
pulis xp̃i. Hec aũt domus superior
sit nobis magna vt capiat iesũ ver
bum dei: qđ non capitur nisi a ma
gnis sensu. Et sit dom9 hec a patre
familias. i. intellectu preparata fi
lio dei:ꝛ sit mũdata nullo modo ha
bens malicie sordes. Sit etiã dom9
illius princeps non qualibuscũqꝫ co
gnitũ habens nomẽ. Unde mystice

Signa duplicis nature i christo.

Pulchꝛ mysterium.

Allegoria pulcherrima.

dicit sm mattheū. Jte ad quendaʒ. Ambro. Jn superioribus auteʒ magnū habet stratum: vt magnū meritū eius aduertas: in quo dominus cum discipulis sublimiū virtutū et delectatione requiesceret. Orige. super matth. Scire autē debem⁹: qm̄ qui in epulationibus et solicitudinibus secularibus sunt: non ascendunt in domū illam superioreʒ: et ꝓpterea nō celebrant cū iesu pascha. Post sermones em̄ discipulorū: quibus cathezizauerūt patrēfamilias id est intellectuʒ: venit et diuinitas coepulans discipulis in domo predicta.

¶ Et cum facta esset hora discubuit: et duodecim apostoli cum eo. Et ait illis. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum anteq̄ patiar. Dico enim vobis: quia ex hoc non manducabo illud: donec impleatur in regno dei. Et accepto calice gratias egit et dixit. Accipite et diuidite inter vos. Dico enim vobis ꝙ nō bibam de generatione vitis: donec regnum dei veniat.

¶ Cyril. Postq̄ discipuli pascha parauerant agitur de pasche comestione. vnde dicitur. Et cuʒ facta esset hora: discubuit et duodeciʒ apostoli cuʒ eo. Beda. Hora manducandi pascha designat. xiiij. dieʒ primi mensis perductā ad vesperā. xv. luna iā terris apparente. Theophi. Sʒ qualiter dn̄s discūbere dicitur: cuʒ iudei stantes pascha manducarent? Dicunt ergo ꝙ cuʒ manducassent legale pascha accubuerunt sm̄ cōmunē vsuʒ mādūcantes quosdam alios cibos. Sequitur. Et ait illis. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum anteq̄ patiar. Cyril. Quod ideo dicit. q2 discipulus auarus proditionis tēpus explorabat: sed ne traderet cuʒ ante festum pasche: non explicauerat dominus domum vel virum penes quem pascham perageret: cuius causam ꝑ hec verba ostendit. Theophilus. Uel dicit desiderio desideraui. q. d. Hec vltia mihi cena vobiscū est propter quod et amabilis est mihi: sicut ꝛ q̄ peregre profecturi sunt vltima verba suis dulcius ꝓferūt. Chrysostom⁹. Uel hoc dicit: q2 post illud pascha crux iminebat. Inuenimus autem pluries eum predicantem suam passionē: et eā cupienteʒ euenire. Beda. Desiderat ergo primo typicum pascha cum discipulis manducare: et sic passionis sue mūdo mysteria declarare. Eusebi. Uel aliter. Cum dominus nouū pascha celebraret: opportune dixit. Desiderio desideraui hoc pascha id est nouum mysteriuʒ noui testamenti qd̄ tradebat discipulis: qd̄ plures ante eum prophete et iusti cupiuerant. Sed et ipse sitiens cōmuneʒ salutē: hoc tradebat mysterium quod toti mundo cōpeteret. Pascha vero moysi statutū erat in vno loco scilicet in hierusaleʒ celebrari. vnde non congruebat omnibus gentibus. ꝛ ideo non erat desideratum. Eusebi⁹. Ex hoc hebionitaruʒ dementia de carnis esu redargui poterat: domino manducante pascha iudeorū. vnde signāter dixit. Hoc pascha. ne quis ad aliud iuertere posset. Beda. Sic ergo domin⁹ legalis pasche approbator extitit: et hoc ad sue dispensationis figuram docendo pertinuisse vetat vltra carnaliter exhiberi. vnde subdit. Dico enim vobis: q: ex hoc non māducabo illud: donec impleatur in regno dei id est nequaq̄ vltra mosaycum pascha celebrabo: donec in ecclesia spiritaliter intellectum compleatur. ipsa eniʒ est regnum dei: sm̄ illud. Regnum dei intra vos est. Ad vetus autem illud pascha: cui fineʒ desiderabat imponere: pertinet etiā illud quod subditur. Et accepto calice gratias egit ꝛ dixit: accipite et diuidite inter vos. Ob hoc gratias egit q2 vetera trāsitura et vētura fuerāt omnia noua.

Hebionitaꝝ redargutio.

Chry. Memento ergo cū ad mēsam sederis: q̄ post mensam oportet te orare: atq̄ ideo venire impleas sobrie ne grauatus nequeas genuflectere ac supplicare deo. Non igitur post escas ad lectū: sed ad orationē vertamur. Euidenter enim hoc christus significauit: q̄ post escas non somnus: nō cubile: sed oratio et sacrarum lectio scripturarū succedere debeat. Seq̄tur. Dico eñ vobis q̄ non bibā de generatione vitis: donec regnū dei veniat. Beda. Potest quidē hoc et simpliciter accipi: q̄ ab hac hora cene vsq̄ ad tēpus resurrectionis: quo in regno dei erat venturus: vinū bibiturus non esset postea nāq̄ cibū potūq̄ sumpsisse eum testatur petrus dicēs. Qui manducauimus et bibimus cū illo postq̄ resurrexit a mortuis. Theophi. Dicitur autē resurrectio regnū dei: q̄ mortē exterminauit vñ et dauid ait. Dominus regnauit decorem indutus est: scz formosi amictus: s̄m Isaiam eruta corporis corruptela. Resurrectione autē adueniēte iterum cum discipulis bibit vt probaret q̄ resurrectio non erat phantastica. Beda. Sed multo consequētius est: vt sicut supra typicum agni esum: sic et potū pasche neget se gustaturū: donec ostensa gloria regni dei: fides mundi adueniat: vt per duo maxima legis edicta. escam scilicet et potū paschalem spiritaliter imutata crederes omnia legis sacramenta ad spiritalē obseruātiā fuisse trāsferēda.

Moralis doctrina.

¶ Et accepto pane grās egit: et fregit: et dedit eis dicēs. Hoc est corpus meū: quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meā cōmemorationem. Similiter et calicē postq̄ cenauit dicens. Hic est calix nouū testamētū in sanguine meo: q̄ p vobis fundet.

¶ Beda. Finitis pascheveteris solēniis: transiit ad nouum quod i se redemptionis memoriam ecclesiam frequētare desiderat: p carne agni et sanguine: sue carnis sanguinisq̄ sacramentum in panis ac vini figura substituens: sacerdos in eternum factus secundum ordinem melchisedech. Unde dicitur. Et acce. pane gratias egit. sicut et de veteribus terminandis gratias egerat: nobis exemplum tribuens in omni boni operis inchoatione et perfectione deum esse glorificādum. Sequitur. Et fregit. Frangit ipse panem quē porrigit: vt ostēdat corporis sui fractionem: non sine sua sponte futuram. Et dedit eis dicens. Hoc est corpus meū quod pro vobis tradetur. Gregorius nisenus. Panis enim ante consecrationem communis panis est: sed vbi consecratur mysterio fit et dicitur corpus christi. Cyril. Nec dubites an hoc verum sit eo manifeste dicēte. Hoc est corpus meum: sed potius suscipe verba saluatoris in fide. Cum enim sit veritas: non mentitur. Insaniunt igitur dicentes mysticam benedictionem a sanctificatione cessare: sique reliquie remanserint eius in diem subsequētem. Non enim mutabitur sacrosanctum corpus christi: sed virtus benedictionis et viuificatiua gratia iugis in eo est. Uirtus enim viuificatiua dei patris vnigenitum verbum est quod caro factum est: non desinens esse verbum: sed efficiens carnem viuificatiuam. Si enim in aliquo liquore modicum panis immiseris: reperies hūc inhibitum qualitate illius. Igitur viuificatiuū dei verbum vniens seipsum proprie carni: fecit eam viuificatiuā. Nūquid ergo et quoniam in nobis vita dei est: dei verbo existente in nobis viuificatiuum erit nostrum corpus. Sed aliud est secundum participationis habitudinem nos habere in nobis dei filium: aliud ipsum fuisse factum carnem id est corpus sumptum ex alma virgine: proprium corpus effecisse Decebat ergo eum nostris quodam modo vniri corporibus per sacram eius carnem et preciosum sanguinem que accipimus

Mysterium panis.

in benedictione viuificatiuam in pane et vino. Ne enim horreremus carnem et sanguinem apposita sacris altaribus: condescendens deus nostris fragilitatibus: influit oblatis vim vite. Conuertens ea in veritatem proprie carnis: vt corpus vite quasi quoddam semen viuificatiuum inueniatur in nobis. vnde subdit. Hoc facite in meam commemorationem.
Chrysostomus super ioannem. Hoc fecit christus ducens nos ad maius amicitie fedus: suamque charitatem declarans erga nos: prestans se non solum videri desiderantibus: sed et palpare et comedere et amplecti et totum affectum explere. Igitur vt leones flammam spirantes: sic ab illa mensa discedimus terribiles effecti diabolo. Basi. Disce autem quo pacto decet edere corpus christi: in memoriam scilicet obedientie christi vsque ad mortem: vt qui viuunt non amplius in se viuant: sed in eo qui pro eis mortuus est et resurrexit. Theo. Duos autem calices lucas commemorat. de altero quidem supradixit. Accipite et diuidite inter vos: quem dicet aliquis esse typum veteris testamenti. alterum vero post panis fractionem et distributionem ipse partitur discipulis. vnde subditur. Similiter et calicem postquam cenauit. Beda. Subauditur. dedit eis: vt sit plena constructio. Augustinus de con. euan. Uel quod lucas bis de calice commemorauit: prius antequam panem daret: inde postquam panem dedit: illud quod superius dixit preoccupauit: vt solet illud vero quod ordine suo posuit: non commemorauerat superius. Utrumque autem coniunctum eandem sententiam facit: que illorum est scilicet matthei et marci. Theo. Nominat autem dominus hunc calicem noui testamenti. vnde sequitur. Dicens. Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo qui pro vobis fundetur. significans nouum testamentum in suo sanguine exordium sumere: nam in veteri testamento sanguis animalium affluit:

Consensus euangelicus

cum data fuit lex: nunc vero sanguis verbi dei significat nobis nouum testamentum. Cum autem dicit. Pro vobis: non significat pro solis apostolis corpus christi datum et sanguinem effusum fuisse: sed causa totius humane nature. Et vetus quidem pascha ad remouendam seruitutem: egypti fiebat: sanguis autem agni ad primogenitorum custodiam: nouum vero pascha ad peccatorum remissionem: sanguis autem christi ad consecrationem eorum qui dedicati sunt deo. Cyrillus. Hic enim sanguis operatur in nobis imaginem regiam: nobilitatem anime non permittit marcescere: protinus irrigans animam: magnamque inspirans virtutem. Hic sanguis fugat demones aduocat angelos et dominum angelorum. Hic sanguis effusus lauit orbem et adibile fecit celum. Huius participes sanguinis sunt supernis virtutibus amicti regio pallio: magis autem ipso rege induti. Et sicut si mundus accesseris salubriter accessisti: sic si imbutus conscientia praua: damnose accedis in penam et supplicia. Nam si qui imperatoriam coinquinant purpuram: pari pena plectuntur cum eis qui diuellunt: absurdum non est si et qui obscena mente corpus christi recipiunt: pari pena plectuntur cum his qui illud clauis transfoderunt. Beda. Quia vero panis confirmat: vinum vero sanguinem operatur in carne hoc ad corpus christi: illud refertur ad sanguinem. Uerum quia et nos in christo et in nobis christum manere oportet vinum dominici calicis aqua miscetur: teste enim ioanne. Aque multe populi sunt. Theo. Primo autem datur panis: secundario calix: prior enim est in spiritalibus laboriosus actus velut panis: non solum quia in vultus sudore laboratur: sed etiam quia dum comeditur: non est facilis ad glutiendum. Deinde post labores sequitur exultatio diuine gratie que est calix. Beda. Ideo autem tunc cenati com=

Uirtus sanguinis christi preciosi.

municarunt apostoli: quia necesse erat pascha typicum ante consummari: et sic ad veri pasche sacramēta transire. nunc autem in honorem tanti sacramenti placuit magistris ecclesie prius nos spiritalibus epulis refici: ac deinde terrenis. Grec⁹. Totum autem corpus et sanguinē domini suscipit etiam si mysteriorum partem accipiat. Sicut enim vnum sigillum diuersis totam suaz figurā impartitur. et integrum manet post distributionem: ꝛ sicut vna vox penetrat ad. multoꝛuz auditus: sic nulli dubium sit corpus ꝛ sanguinem domini totum in omnibus reperiri. Fractio autem panis venerandi passionem significat.

¶ Uerumtamen ecce manus tradentis me: mecum est in mēsa. Et quidem filius hominis secundum ꝙ diffinitum est vadit. Uerumtamē ve homini illi per quem tradetur. Et ipsi ceperunt querere inter se: qs esset ex eis qui hoc facturus esset.

¶ Augustinus de con. euan. Cū tradidisset dominus discipulis calicē rursus de traditore suo locutus est dicens. Uerumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Theophilus. Quod dixit non soluz vt ostendat se scire futura: sed etiā vt ostendat nobis propriam bonitatem: secundum quam non pretermisit quin prosequeretur ea que spectabant ad deum. Dat enim nobis exemplum: vt vsqꝫ ad finem satagamus lucrari peccatores: ꝛ vt ostēdat proditoris nequiciam: qui ꝛ conuiua fieri non erubuit. Chrysostomus. Et particeps existens mysterioꝛuz conuersus non est. fit enim scelus eius vtrinqꝫ imanius: tum quia tali proposito imbutus adijt mysteria: tum quia adiens melioꝛ factus nō fuit: nec metu nec beneficio nec honore. Beda. Et tamen non designat specialiter: ne manifestius correpť impudentioꝛ fieret. Mittit autem crimen in numero: vt agat cōscius penitentiam. Predicit autem et penam: vt quem pudoꝛ nō vicerat: corrigant denunciata supplicia. vnde sequitur. Et qui. fi. ho. sm ꝙ diffinitū est vadit. Theophi. Non quasi non valens tueri seipsum: sed sicut definiens sibi mortem: propter humanam salutē. Chrysosto. Sed qꝛ iudas ea que sunt scripta praua intentione agebat: nequis putet eum innoxium tanꝙ dispensationis ministrum subdit. Uerumtamen veh homini illi ꝑ quē tradetur. Beda. Sed et veh homini illi qui ad mensam domini indignus accedens in exemplum iude filium hominis tradit. non quidem iudeis: sed peccatoribus mēbris suis. Et quamuis scirent vndecim apostoli. ꝙ nihil contra dominum cogitarēt: quia tamē plus credunt magistro ꝙ̄ sibi: timētes fragilitatem suam: querunt de peccato cuius conscientiam non habebant. Sequitur enim. Et ipsi ce. querere iter se. quis esset ex eis ꝗ hoc facturus esset. Basi. Sicut enī in corporalibus passionibus sunt multe quas non sentiunt patientes porro magis adhibent finem comitetur medicorum ꝙ̄ propriam insensibilitatem attendant: sic et anime passionibus siquis in se peccatum nō sentiat: credere tamen debet his qui pl⁹ possunt cognoscere sua peccata.

Passiones duplices.

¶ Facta est autem et cōtentio inter eos: quis eorū videretur esse maior. Dixit autez eis. Reges gentium dominantur eorū et qui potestatem habēt super eos benefici vocantur. Uos autem non sic. Sed qui maior est in vobis fiat sicut minor: et qui precessor est: sicut minstrator. Nam quis maior est: qui recūbit: an qui ministrat? Nonne ꝗ recumbit? Ego autem in medio vestrū suz sicut ꝗ ministrat.

¶ Theo. Cũ inter se quererẽt quis esset dominũ traditurus: cõsequẽs erat ad inuicem sibi dicere. Tu ꝓditurus es ⁊ ex hoc coacti sunt dicere ego potior: ego maior: ⁊ similia. vñ dicit. Facta est autẽ ⁊ contẽtio inter eos: quis eorũ videret esse maior. Grecus. Uel hic contentio videt habuisse motiuũ: ꝙ cũ dñs ab hominibus transmigraret: oportebat aliquẽ eorũ fieri aliorũ principẽ: quasi dñi vicẽ gerente. Beda. Sicut autẽ boni in scripturis exempla patrum quibus ꝓficiãt ⁊ humilient reqrũt: sic reprobi siquid forte in electis reprehensibile repererint: quasi suas ex eo nequitias obtecturi libẽter solent amplecti. Ideo multi ardẽtius legunt: ꝙ facta est contẽtio inter discipulos xpi. Ambro. Si em̃ contendebant apostoli nõ excusationi obtendit: sed cautioni ꝓponit. Caueamus ergo ne in ꝑditione aliq̃ inter nos de prelatiõe possit esse cõtẽtio. Beda. Potius aũt videam⁹: non q̃d carnales adhuc discipuli gesserint: sʒ quid intulerit spiritalis magister Sequitur eni. Dixit autẽ eis. Reg. gen. do. eorũ. Chryso. Gentiliũ meminit: vt ex hoc rem vituperandam ostendat. Gentilium enim est ambire primatuʒ. Cyril. Sed et blandi sermones eis offerũtur a subditis. vnde sequitur. Et qui po. ha. super eos bene. vocantur. Sed illi quidẽ quasi extorres a sacris legibus huiusmodi subiacent moribus. vestrũ aũt culmẽ est in hũilitate. vñ sequitur. Uos aũt non sic: sed qui ma. est in vo. fi. sicut mi. Basi. Non ergo extollat presidentẽ dignitas: ne ab humilitatis beatitudine corruat. Illud autem nouerit ꝙ humilitas vera ministeriũ plurium est. Sicut enim qui pluribus ministrat vulneratis ⁊ abstergit cuiuslibet vulnerẽ saniẽ non sumit ministeriũ in causam elationis: sic multo magis cui cõmisse sunt cure fraternorũ languorum. vt omniũ minister redditurus pro omnibus rationẽ: cogitare debet et esse sollicitus. et sic qui maior est: fiat sicut minor. Decet autem et corporale obsequiũ ab his q̃ ꝑsident offerri exẽplo dñi lauãtis pedes discipulorũ. vñ sequit. Et q̃ precessor est: sicut ministrator. Nõ est aũt timẽdũ ne i subdito soluat hũilitatis ꝓpositũ dũ ei a maiori seruit. Sed imitatione pandit hũilitas. Ambro. Cõtuẽdũ est aũt: qr non ois honorificentie studio humilitas definitur. Potest enim deferre alicui propter seculi gratiam potẽtie metum: vtilitatisqꝫ contuitum: tua edificatio queritur non alterius honor: et ideo vna datur omnibus forma sententie: vt nõ de prelatione iactãtia sit: sed de humilitate contentio. Beda. In hac tamen forma a domino tradita maiores non minima discretiõe opus habent: ne scilicet ad instar regum gẽtiũ dominari subiectis: seqꝫ ab eis gaudeant laudibus attoli. et tamẽ cõtra delinquentiũ vitia per celũ iusticie sint erecti. Ad verba autẽ exhortationis suimet adiungit exemplũ. vnde sequitur. Nam quis maior est qui recũbit an q̃ mini. Nõne q̃ recũ. Ego aũt i me. ve. sum si. qui mini. Chryso. quasi dicat. Nõ putes discipulum tui egere. te vero nõ illius. Ego eniʒ qui nullo egeo quo vniuersa egent celestia ⁊ terrestria: ad ministerialem gradum cõdescẽdi. Theophi. Ostendit autem se ministrantẽ eis cum panem et calicem distribuit: cuius ministerij mentionẽ facit rememorans eos si de eodẽ pane comederunt: et de eodem calice biberunt si ipse christus omnib⁹ ministrauit: vnum debent omnes sentire. Beda. Uel loquitur de ministerio: quo fm ioannem eorum pedes lauit domin⁹ ⁊ magister. Quis ⁊ v̓bo mĩstrãdi possint oĩa q̃ i carne gessit intelligi: sʒ suũ sanguinẽ se ꝓ nobis effũdere mĩstrãdo signif[icat].

¶ Uos aũt estis qui ꝑmã[sistis] mecum in tentationibus m[eis]. Et ego dispono vobis sic[ut di]sposuit mihi pater me⁹ re[g]nũ vt edatis ⁊ bibatis sup mẽsam

Contraria studia prauorum.

Humilitatis varie rõ.

meam in regno meo: et sedeatis super thronos duodecim iudicantes duodeci trib9 israel.

¶ Theophi. Sicut dominus proditori prenunciauerat veh: sic discipulis remanentibus econtrario bona prenunciat dicens. Uos autem estis qui permansi. me. in tenta. meis. Beda. Non enim inchoatio patientis: sed perseuerentia celestis regni gloria donatur: quia perseuerentiam que constantia seu fortitudo mentis vocatur: dicimus esse cunctarum columnam virtutum. Filius ergo dei secum permanentes in tentationibus eternum ducit ad regnum. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ei9: sil'et resurrectionis erim9. vnde sequitur. Et ego dispo. vo. sicut disposuit mihi pater meus regnum. Ambro. Regnum dei non est de hoc mundo. Non autem equalitas ad dominum: sed similitudinis emulatio est. solus ei xps plena imago dei est: propter expressam in se paterne gratitudinis vnitatem. Justus autem homo ad imaginem dei est: si propter imitandam diuine conuersationis similitudinem munduz hunc dei cognitione contenat: vnde et corpus xpi edim9 vt vite eterne possimus esse participes: propter quod sequitur. Ut edatis et biba. su. men. meaz in regno meo. Non enim victus et potus nobis premij loco spondetur: sed communicatio gratie celestis et vite. Beda. Uel mensa proposita omnib9 sanctis ad fruendum celestis est gloria vite qua qui esuriunt et sitiunt iustitiam saturabuntur fruendo desiderato gaudio veri boni. Theo. Non autem hoc dixit. quasi futuris illic corporalibus escis: et quasi regno suo sensibili futuro: erit enim illic angelica conuersatio sicut saduceis predixit. Sed et paulus dicit non esse regnum dei escam et potum. Cyril. Sed ex his que sunt apud nos spiritalia designat. nam prerogatiua quadam funguntur apud reges terrenos: qui eis quasi conuiue consident. Ex humano ergo iudicio ostendit: quia apud eum in primis honoribus statuentur. Beda. Hec est ei imutatio dextre excelsi: vt qui nunc humiles gaudent ministrare conseruis: tunc super domini mensam sublimes: vite perpetue dapibus alantur. Et qui hic in tentationibus iniuste iudicati cum domino permanent illic cum eo super tentatores suos iusti iudices venient. vnde sequitur. Et sedea. super thro. xij. iudi. xij. tribus israel. Theo. Hoc est condemnantes ex duodecim tribus infideles. Ambro. Non autem. xij. throni tanque aliqua corporalis sunt receptacula sessionis: sed quia secundum diuinam similitudinem iudicat christ9 cognitione cordium: non interrogatione factorum: virtutem remunerans: impietatem condemnans: ita apostoli in iudicium spiritale formantur remuneratione fidei: execratione perfidie: virtute errorem redarguentes: sacrilegos odio persequentes. Chry. Numquid autem illic sedebit et iudas? Sed considera quod lex est data a deo per hieremiam. Si quid boni promisero si censearis indignus mulctabo te. Et ideo loquens cum discipulis: non simpliciter promisit: sed addidit. Qui permansistis mecum in tentationibus. Beda. Ab eius ergo sublimitate promissi iudas excipit. Nam et antequam hec dominus diceret exijsse credendus est. Excipiunt et illi quicunque auditis incomprehensibilis sacramenti [illegible] abierunt retro.

¶ Ait autem dominus simoni. Simon ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum. Ego autez rogaui pro te vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus: confirma fratres tuos. Qui dixit ei. Domine tecum parat9 sum et in carcerem: et in mortem ire. Et ille dixit. Dico tibi petre: non cantabit hodie gallus: donec ter

Filius quomodo patri similis.

Treni xij. quales.

abneges nosse me.

¶ Beda. ne gloriarentur vndecim apostoli et suis viribus tribuerēt q soli pene inter tot milia iudeorū dicerentur in tentationib⁹ permā=sisse cū domino: ostendit eos si nō iuuantis se domini essent opitulatione protecti: eadem procella cū ceteris potuisse conteri. vnde sequit. Ait autem dominus simoni. Simō ecce sathanas expetiuit vos: vt cribraret sicut triticū: id est expetiuit vos tentare: et velut q̄ triticū purgat ventilādo cōcutere. in quo docet nullius fidē a diabolo: nisi deo permittente tentari. Theo. Hec āt petro dixit: eo q fortior alijs erat & superbire poterat in his q ue promissa erant a xpo. Cyril. Uel vt ostēdat q homines nihil extātes q̄tum pertinet ad humanā naturam et lubricā mētis ñrē nō decet: vt preesse ceteris velint: et ideo omissis ceteris venit ad petrum ceteris prelatū. vnde sequitur. Ego autē rogaui pro te vt non deficiat fides tua. Chry. Non autē dixit. Ego permisi: sed oraui. humiliter enī loquitur tendens ad passionē: vt hūanitatē demonstret. nam qui non deprecatiōe: sed īperio dixerat. Super hāc petrā edificabo ecclesiā meā. et tibi dabo claues regni celorū: quō op⁹ habebat oratione vt cōcitatā vni⁹ hominis animā coerceret? Non āt dixit. Rogaui. vt non neges: sed ne deseras fidem. Theo. Nā et si paululum agitandus sis habes tamē reconditum semē fidei: q̄uis deiecerit folia spiritus tētatoris: viget tamē radix. petit ergo sathanas te ledere tanq̄ inuidens tibi de mea dilectione: sed q̄uis egomet pro te sim deprecatus. tu tñ delinques. vñ sequitur. Et tu aliquando conuer. cōfir. fra. tuos. q. d. Postq̄ me negato ploraueris penitueris: corrobora ceteros: q̄ te pricipē apostolorū deputaueri. Hoc enī decet te qui mecū robur es et petra ecclesie. Hoc autem intelligendum est non solum de apostolis qui tunc erant: vt roborarentur a petro: sed et de omnibus qui vsq ad finem mundi futuri sunt fidelibus: ne scilicet aliquis credentium diffidat: videns eum q̄ cum esset apostolus denegauit: ac iterum per penitentiam obtinuit p̄ rogatiuā: vt esset antistes mundi. Cyril. Admirare igitur exuberantiam diuine patientie: ne diffidere discipulum faceret: nondum patrato crimine largitus est veniam: ac iterum ipsum in apostolico gradu restituit dicēs. Confirma fratres tuos. Bed. q. d. Sicut ego tuā fidē ne deficiat orando protexi: ita tu infirmiores fratres ne de venia desperent conforta re memento. Ambro. Caue ergo iactantiā: caue seculū. Ille iubet ꝯfirmare fratres suos qui dixit. Omnia reliquimus et secuti sumus te. Beda. Qr vero se dominus dixerat pro fide petri rogasse: conscius ille presentis affectus fideiq feruētis: sed futuri casus nescius non credit se vllatenus ab eo posse deficere. vñ sequitur. Qui dixit ei. Dñe te. pa. sum et in car. et in mor. ire. Theop. Pre nimia quidē dilectione flāmescit: et ẽ īpossibilia sibi pollicetur. Decebat autem audito semel a veritate q tentandus esset non amplius contendere. Sed dominus videns eum presumptuose loquentem promit tētatiōis spēm. s. q negaturus esset. vnde sequitur. Et ille dixit: dico tibi petre non cantabit hodie gallus: donec ter abneges nosse me. Ambr. Petr⁹ quidem et si spiritu promptus carnis tamen adhuc infirmus affectu denunciatur dominum negatur⁹. Neq enim poterat diuine constantiam intentionis equare. Passio domini emulos habet: pares non habet. Theophil. Hic autem magnam doctrinam haurimus: q nō sufficit humanū propositum absq diuino subsidio. Petrus enī q̄uis feruens esset: derelict⁹ tamē a deo supplantatus fuit ab hoste. Basi. Sciendū autem q deo permitten

Uis e i. in verbis.

te timorati lapsum patiuntur qsicq ad fastus precedentis remedium. Sed quis idem videatur esse delictum timorati et aliorum: refert nō modicum. nā timorat' ex quibusdā insidijs et pene put voluit peccauit Alij vero nullam gerēdo curā neq3 sui neq3 dei peccant: non distinguētes inter peccare et agere virtuose. vnde reor z iustionis modū in eis debere fore diuersum. nam timoratus quodā iuuamine indigens: et circa eandem rē erga quā peccauit iussa dz proferre. Alij vero cū totum bonum a le destruxerit: affligi et moueri z preceptis subijci debēt quousq3 ratum sit illis deū iustum iudicē esse et contremiscant. Aug. de cō. euan. Hoc autem quod hic dr de petri negatione predcā: oēs quidem euāgeliste cōmemorāt: sed nō omnes ex vna eadēq3 occasione sermones ad eam cōmemorandā veniunt. nam matthe' et marcus eā subnectunt postea q3 domin' egressus est ex illa domo vbi māducauerant pascha. Lucas vero et ioānes anteq3 inde esset egressus. Sed facile possemus intelligere aut illos duos ea recapitulādo posuisse: aut istos preoccupando: nisi magis moueret q3 tam diuersa non tm verba sed etiam snias domini premittunt qb' permot' petr' illā presumptionem preferret: vel pro dno vel cū domino moriendi vt magis cogant intelligi ter eū expressisse presumptionem suaz diuersis locis snōis xpi: et ter illi a domino responsuz: q3 eū āte galli cātuz ter esset negatur'.

Doctrina moralis.

¶ Et dixit eis. Qñ misi vos sine sacculo z pera z calciamentis nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerūt. Nihil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum tollat similiter et peram. Et qui non hz vendat tunicā suam et emat gladium. Dico enim vobis quoniā adhuc hoc quod scriptum est opz impleri in me: et cum iniquis deputatus est. Et enim ea que sunt de me finem habent. At illi dixerunt. domine ecce duo gladij hic. At ille dixit eis. Satis est.

¶ Cyril. Predixerat autem domin' petro q3 cum esset negaturus tēpore scz sue captionis. Sed qz semel facta est mentio de captione eius: consequenter nunciat superuenientem contra iudeos conflictum. vñ dicitur. Et dixit eis. Qñ misi vos sine sacculo et pera et calciamentis nunquid aliquid defuit vobis? Mittebat eniz saluator sanctos apostolos predicare ciuitatib' z oppidis regnum celorum: precipiens vt eūtes nullā corporalium curaz gererent: sed in eo totam spem viuendi reponerent. Chry. Sicut autem qui docet natare circa principium quidem manus suas supponens: attētius sustentat suos discipulos. post ea vero plerunq3 manum abstrahens iubet vt sibi opitulētur quin immo et paululum emergi permittit: ita et xps fecit discipulis. In exordijs quidem presto in cunctis eis aderat: parās eis vberrime affluētiam omnium. vnde sequitur. At illi dixerunt. Nihil. At vbi oportebat proprias vires ostēdere: subtraxit eis aliquantulum gratiam iubens eis ex se nonnulla peragere. vnde sequitur. Dixit ergo eis sz nunc qui habet sacculum: quo scz portatur pecunia. Tollat similiter et peram. qua. s. portātur cibaria. Et quidem qñ nec calciamēta nec zonā habebant: baculum nec eos: nulli' passi sunt penuriam: vt autē marsupiū concessit eis et peraz esurire videntur et sitire et nuditatez pati: ac si eis diceret. Hactenº cūcta vob vberrime affluebāt. nūc āt volo vos et iopiā experiri: ideoq3 nō addico necessitati pristine legis: sed mādo z loculū hre et peraz. poterat āt et deus vsq3 in finē eos in tanta constituere copia: sed noluit ob mul-

stas causas. primo quidem vt nihil
sibi tribuerent: sed recognoscerent
totum emanasse diuinitus: secun-
do vt moderari sibi sciant. tertio ne
maiora de se opinentur. Horum igi
tur causa permittens eos incurrere
multa inopinatorum: relaxauit prio
ris legis rigorem ne grauis et into
lerabilis fieret eis vita. Beda. Non
enim eadem viuendi regula perse
cutionis: qua pacis tempore disci-
pulos informat missis quidem di-
scipulis ad predicandum: ne quid
tollerent in via precepit: ordinans
scilicet vt qui euangelium nunciat
de euangelio viuat. Instante vero
mortis articulo: et tota gente pasto
rem simul et gregem persequente:
congruam tempori regulam decer
nit: permittens vt tollant victui ne
cessaria: donec sopita insania perse
cutorum tempus euangelizandi re
deat. vbi nobis quoque dat exemplum
iusta nonnunquam causa instante: que
dam de nostri propositi rigore pos-
se sine culpa intermitti. Aug. contra
Faustum. Nulla ergo instantia pre-
cipientis. sed ratione dispensantis
pro temporum diuersitate precepta
vel consilia vel permissa mutantur.
Ambro. Qui autem ferire prohibet
cur emere gladium iubet? nisi for-
te vt sit parata defensio: non vltio
necessaria et videre potuisse vin-
dicari sed noluisse? vnde sequitur.
Et qui non habet scilicet sacculum.
Vendat tunicam suam et emat gla
dium. Chry. Quid est hoc? qui dixe
rat. Siquis te percusserit in dextera
gena vertas ei et aliam: nunc armat
discipulos: et solo gladio. nam si pe
nitus armare decebat: non solum
oportebat gladium possidere: sed et
scuta et galeas. Sed et si mille huius
modi possiderent arma: pro tot insul
tibus et insidijs populorum: tyran-
norum: vrbium: nationum qualiter.
xi. comparerent: et ex solo aspectu
agminum non contremiscerent: nutriti in
stagnis et fluuijs. Non ergo pu-
temus eum iussisse vt gladios posside
rent: sed per gladios innuit immi-
tes insidias iudeorum. vnde sequi
tur. Dico enim vobis. quoniam adhuc
hoc quod scriptum est oportet impleri
in me. Et cum iniquis deputatus
est. Theophi. Cum enim ipse inter
se supra de prerogatiuis contende-
rit. Non est inquit tempus preroga-
tiuarum: imo periculorum excidium.
nam ego magister vester ducor ad
mortem non honorabilem cum impijs
deputandus. Etenim ea que sunt de
me. scilicet predicta finem habent. id est impletio
nem. Volens ergo violentum insul
tum innuere: meminit gladij: nec
prorsus reuelauit: ne tangerentur
accidia: nec prorsus obticuit: ne re-
pentinis aggressibus fluctuarent: sed
postea recolentes mirarentur: quo
modo seipsum precium exhibuit pas
sioni pro salute humana. Basi. Vel
dominus non iubet portare marsu-
pium et peram et emere gladium: sed
predicit futurum: quod scilicet apostoli obli
ti temporis passionis donorum et
legis domini auderent sumere gla
dios. sepius enim scriptura vtitur im
peratiua sermonis specie loco pro
phetie. In pluribus tamen libris non
inuenitur: accipiat: tollat: vel emat:
sed tollet et emet. Theoph. Vel per
hoc prenunciat eis quod incurrerent
famem et sitim: quod innuit per peram:
et aduersitates nonnullas: quod in-
nuit per gladium. Vel aliter quod domi
nus dicit. Qui habet sacculum tol-
lat similiter et peram. videtur sermo ad disci-
pulos fieri: sed reuera respicit qualibet
iudei personam. quasi dicat. Siquis iudeorum
abundat facultatibus congestis omnibus
fugiat. Si autem quis vilita oppressus penu
ria colit regionem hanc etiam amictum vendat et
gladium emat. Inuadet enim eos intole-
rabilis impetus pugne: vt nihil ad resi
stendum sufficiat. deinde pandit horum
malorum causam: quia scilicet passus est penam propha-
nis debitam cum latronibus crucifixus. Et
cum ad hunc euentum fuerit: sumet finem
verbum dispensationis. Persecutoribus
autem accident que a prophetis sunt pre
dicta. Hec igitur dominus predixit de fu
turis regioni iudeorum: sed discipu
li non intelligebant profunditatem dicto

Expositio nota bilis.

Gladius quo permissus apostolis.

rum putātes ob futurū proditoris insultū gladijs opus esse. vnde sequitur. At illi dixerunt. Domine ecce duo gladij hic. At ille dixit eis. Satis est. Chrys. Et quidē si humano eos volebat vti auxilio nec centū sufficerent gladij: q si nolebat eos vti humano subsidio: etiā duo superuacui sunt. Theophi. Noluit ergo dominus eos reprehendere quasi nō intelligētes: sz dicēs satis ē: eos dimisit. Sicut cum nos aliquē alloquētes cū videmus non intelligere quod dicitur dicimus: bene: sine ne ipsum molestemus. Quidā autē dicunt dominū ironice dixisse. Satis est. q. d. ex quo duo sunt gladij sufficiāt nobis ad tātā multitudinē quāta nos debet inuadere. Beda. Uel duo gladij sufficiūt ad testimoniū sponte passi saluatoris: vnus qui z apostolis audaciā pro domino certādi z domino virtutē medicandi doceret inesse: alter qui nequaq̄ vagina exemptus: ostenderet eos nec totū quod potuere pro eius facere defensione permissos. Ambro. Uel qz lex referre nō vetat fortasse petro duos gladios offerenti satis esse dicit quasi licuerit vsq ad euāgeliū: vt sit in lege equitatis eruditio: in euangelio bonitatis perfectio. Est etiā gladius spiritalis vt vēdas patrimoniū z emas verbū quo mentis penetralia vestiuntur. Ea etiā gladius passiōis: vt exuas corpus: z immolate carnis exuuijs ematur tibi sacra corona martyrij. Monet adhuc q duos gladios discipuli protulerūt ne forte vnū nouī: vnū veteris testamenti sit quibus aduersus diaboli armamur isidias. Deinde dicit dominus. Satis est: quasi nil desit ei quem vtriusq testamenti doctrina munierit.

Gladio duo mystice.

¶ Et egressus ibat sm cōsuetudinem in montem oliuarū. Secuti sunt autem illum z discipuli. Et cum peruenisset ad locum dixit illis. Orate: ne intretis in tentationē. Et ipse auulsus est ab eis q̄tum iactus est lapidis z positis genibus orabat dicēs. Pater si vis trāsfer calicem istum a me. Uerūtamen non mea voluntas sed tua fiat.

¶ Beda. Tradēdus a discipulo dominus ɔsueti secessus locū quo facillime reperiri possit adit. vnde sequitur. Et egressus ibat sm cōsue. in mon. oli. Cyril. De die nanq cōuersabat hierosolymis: obscura vero nocte succedente in montē oliueti cū suis cōuersabat discipulis. vnde subdit. Secu. sunt aūt il. z di. Beda. Pulchre aūt sui corporis mysterijs imbutos in montē oliuarū discipulos educit: vt omnes in morte sua baptizatos sanctispiritus charismate cōfirmandos esse designet. Theophi. Post cenā aūt nequaq̄ inertia z iocus z somnus occupant dominū sed oratio z doctrina. vnde sequit. Et cū peruc. ad lo. di. illis. Orate ne intretis in ten. Beda. Impossibile quidem est humanam animam non tentari. vnde non ait. Orate ne tentemini: sed orate ne intretis in tentationē. hoc est ne tētatio vos superet vltima. Cyril. Sed ne solis verbis eis prodesset: procedēs paululū orabat. vnde sequitur. Et ipse auul. est ab eis q̄tū iactus est lapidis vbiq inueniēs eū semotū orantē. vt discas q animo attento z corde quieto colloquendum est cū deo sublimi. Nō aūt quasi egēs alieni suffragij precibus insistebat: qui est omnipotentissim. virtus patris: sz vt discamus nō esse in tentationibus dormitandū: sed magis orationibus insistendū. Beda. Solus etiā orat pro omnibus q solus erat passurus pro omnibus significās tantū orationē suā q̄tū z passionē a nostra distare. Aug. de q. euan. Auulsus est aūt ab eis q̄tū iactus ē lapidis: tāq typice admonuerit. vt in eū dirigerent lapidē id est vsq ad ipsū perducerent intentionē legis que scripta erat lapide. Gre. nissen. Quid

autem

autē sibi vult flexus genuū de quo dicitur. Et posi. geni. ora. human⁹ quidē vsus est p:onos terre suppli care maioribus: facto ostēdētes for tiores esse qui rogantur. Palā est autē humanā naturā nihil habere deo cōdignū. Et ideo honorifica si gna que inuicē exhibemus: fatentes nos humiliores esse respectu excellē tie proximi: trāsumpsimus ad ob sequia incōparabilis nature. vnde ille qui nostros lāguores portauit: ac pro nobis intercessit per hominē quē sumpsit genuflectit orādo: sanciens nō esse superbiendū orationis tempore sed per oīa humilitati cōformandū: quia deus superbis resi stit: dat autē hūilib⁹ gratiā. Chry.

Artis ostēsio. Quelibet autē ars verbis et operibus ostēditur ab eo q̄ docet quia ergo dominus venerat doctor⁹ nos qualibet virtutē: ob hoc eadē dicit et facit. vnde quia iusserat verbis orare ne intrarent in tentationē: hoc etiā opere docet. Sequitur enī. Dicēs. Pa. si vis trāsf. ca. istū a me. Non dicit si vis. quasi ignorans an patri placeret neq; enī magis ardua cognitio est hac cognitione paterne substātie quā ipse solus perspicaciter nouit ꝯ illud. Sicut nouit me pater: et ego no. patrē. neq; hoc dicit quasi respuēs passionē. Qui enim cōminatus est discipulo volēti ei⁹ passionē impedire vt sathanā eū vocaret post multa preconia: qualiter crucifigi nolebat. Cur igitur ita dictū est cōsideres q̄tū erat audire q; deus ineffabilis: qui quēlibet intellectū transcendit voluit vterum subire virgineū lac sugere: et humana queq; pati. quoniā ergo fere incredibile erat qd̄ erat futurū. p̄mo q̄dē misit p̄phetas hoc nūciantes: postea ipse indut⁹ carne veniēs: vt nō phātasma putaret: pmittit carnē ferre naturales defect⁹: esurire sitire et dormire: laborare: affici et anxiari: ob hoc et recusat mortē veram hūanitatē demōstrās. Ambro. Dicit ergo. Si vis trāsfer a me cali. istū quasi homo mortē recusās qua

si deus sententiā suā seruās. Bed. Uel transferri a se calicē postulat. nō q̄dē timore patiēdi: ꝯ misericordia prioris populi: ne ab illo bibat calicē p̄pinatū. vnde et signāter nō dicit. Trāsfer a me calicē: ꝯ calicē istū hoc est populi iudeorum q̄ excusationē ignorātie hr̄e no pōt. q̄ me quotidie vaticinant. Diony. Alexādrin⁹. Uel q; dicit. Trāsfer calicem istū a me: non est hoc nō adueniat mihi. nisi enī adueniat trāsferri nō poterit. Igit̄ vt sensit iā p:esentem: cepit affici et tristari: et quasi iā propinquātē eo dicit. Trāsfer calicē hūc. Sicut enim qd̄ preterit nec intactū est nec permanens. sic et saluator leuiter inuadētem tentationē flagitat pelli: et hoc est nō intrare in tentationem: qd̄ cōsulit eē orādū perfectissimus aūt mod⁹ tentationes euitādi manifestat cū dicit. Uerūtamē nō mea volūtas: sed tua fiat. deus enim inexpert⁹ est malorū. Uult aūt nobis bona largiri supra id qd̄ petim⁹ vel intelligimus. ergo perfectam voluntatem patris quam ipse nouerat: petit sortiri effectū que eadē est et sua ꝑm deitatē. Renuit aūt impleri humanā volūtatem quā dicit suā: paterna volūtate minorē. Athana. Geminū enī hic velle ostēdit alterum quidē humanū qd̄ est carnis. alterum vero diuinū. humanitas enī ob carnis fragilitatē recusat passionē: sed diuin⁹ ei⁹ affect⁹ affectāter eā subijt: eo q; nō esset possibile eū detineri a morte. Grego. nisenus. Apollinaris

Apollinaris error. aūt asserit q; christ⁹ non habuit ꝑm terrenā naturā p:opriam voluntatem: sed solū in christo est volūtas deuqui de celo descēdit. Dicat ergo quam volūtatē vult domin⁹ neque q̄ euenire? Neq; enī deitas aufert p̄priā voluntatē. Beda. Appropinquans etiā passioni saluator: infirmantiū in se vocē sumpsit vt cum hoc imminet quod fieri volum⁹: sic per infirmitatē petamus vt nō fiat quatenus ꝑ fortitudinē parati simus: vt voluntas cōditoris nostre

etiā ɔtra nostrā volūtatē fiat.
¶ Apparuit autem illi ange=
lus de celo confortans eū. Et
factus in agonia prolixi⁹ ora
bat. Et factus est sudor eius
sicut gutte sanguinis decurrē
tis in terram. Et cum surrexis
set ab oratione ꝛ venisset ad
discipulos suos: inuenit eos
dormiētes pre tristicia. Et ait
illis. Quid dormitis? Surgite
et orate: ne itretis i tētationē

¶ Theophi. Ut nobis innotesceret
orationis virtus quatenus eā in ad
uersis prepunamus orans domi=
nus ab angelo cōfortatur: vt dicit.
Apparuit autem illi angelus de ce
lo confortans eum. Beda. Alibi le=
gimus quia angeli accesserunt et
ministrabant ei. In documento er=
go vtriusqꝫ nature angeli ꝛ ei mini
strasse: ꝛ eum confortasse dñr. Crea
tor enim creature sue non eguit p̄si
dio: sed homo factus sicut propter
nos tristis est: ita propter nos con=
fortatur. Theophi. Quidam au=
tem dicunt quoniam apparuit ei
angelus glorificans eum ꝛ dicens.
Domine tua est virtus. tu nanqꝫ po
tes contra mortem ꝛ infernum ge=
nus humanum liberare. Chry. Et
quia non phantastice: sed vere no=
stram carnem suscepit: vt approbet
dispensationis veritatem ꝛ opilet
hereticorum ora queqꝫ humana su
stinet. Sequitur em̄. Et fa. in ago=
nia prolixius orabat. Ambro=
si⁹. Horrēt pleriqꝫ hoc loco qui tri=
stitiā saluatoris ad argumētū ino=
Aurea fnia. lite potius a principio ꝙ suscepte
ad tempus infirmitatis inclinant.
Ego autē nō solū excusandū nō pu
to: sed nusqꝫ magis pietatē ei⁹ ma=
iestatēqꝫ demiror. Minus em̄ ɔtule
rat mihi: nisi meū suscepisset affe=
ctū. Suscepit em̄ tristitiā meam vt
mihi suā leticiā largiret. Cōfidēter
tristiciā nomino: qꝛ crucē predico.
Debuit ergo dolorē suscipere: vt vi=
ceret. Neqꝫ em̄ habēt fortitudinis
laudē qui stuporē magis vulnerū
tulerint ꝙ dolorē. Nos ergo voluit
erudire: quēadmodū mortē: ꝛ qd̄ ē
amplius: future mortis meditiam
vinceremus. Doles ergo domine
nō mea sed tua vulnera: infirmat⁹ ē
em̄ ꝓpter delicta nostra: ꝛ fortasse
tristis est ideo quia post ade lapsū
tali transitu nobis erat ex hoc secu
lo recedendū: vt mori esset necesse.
Nec illud distat a vero. Sed tristis
erat pro persecutoribus suis: quos
sciebat in malis sacrilegij penas da
turos. Grego. xxiiij. mora. Appropi
quante etiā morte nostre mētis in
se. certamē expressit: qui vim quan
dā terroris ac formidinis patimur
cū per solutionē carnis eterno iudi
cio propinquamus nec immerito:
quoniā anima post pusillū hoc in=
uenit quod in eternū mutare nō pos
sit. Theophi. Qd̄ autē humane na
ture foret premissa oratio. nō autē
diuine vt dicūt arriani patet etiā
ex eo quod subdit. Sequitur enim.
Et fa. est su. eius sicut gutte sang.
decurrentis in terram. Beda. Ne=
mo sudorem hunc infirmitati depu
tet: qꝛ contra naturā est sudare san
guinē: sed potius itelligat per hoc
nobis declaratū ꝙ effectū iam sue
precis obtineret: vt scilicet fidē disci
pulorū quā terrena adhuc fragili=
tas arguebat: suo sanguine purga
ret. Aug. in sentē. prosperi. Orans
etiam cum sudore sanguineo domi
nus significabat de corpore suo to=
to quod est ecclesia manatura mar
tyria. Theophi. Uel hoc prouerbia
liter dicitur de eo qui vehementer Rara expositio.
sudauit ꝙ sudauit sanguinē. Uo=
lens igitur euangelista innuere ꝙ
grossis sudorū guttis madebat su=
mit guttas sanguinis ad exemplū.
Post hoc autē inueniēs discipulos
dormiētes pre tristitia improperat
eis simul admonēs vt orarent. Se
quitur enim. Et cū surrexisset ab
orati. ꝛ venis. ad disci. suos inuenit
eos dormientes pre tristitia. Chry.
Erat enim intēpestū noctis ꝛ disci=

pulorum oculi pre angustia apreme bantur: z erat somnus non corporis sed meroris. Augustinus de cō sen. euange. Non autem expressit hic lucas quota oratione dominus ad discipulos venerit: nihil tamen hoc mattheo z marco repugnauit. Beda. Demonstrat autem domin⁹ consequenter quia pro discipulis orauerit: quos monet orationum suarū vigilando: z orando existere participes. Sequitur enim. Et ait illis. Quid dormitis surgite z orate ne intretis in tentationē. Theophi. Hoc est ne a tentatione superentur. Hoc enim est non induci in tentationem: non demergi ab ea. Uel simpliciter nos iubet orare: vt tranquilla sit nostra vita nec immergamur in aliquod molestum. Diabolicum enim est z superbum quemq̃ se in tentationem precipitare. vnde z iacob⁹ non dixit. Inijcite vos in tentationes: sed cum incideritis: omne gaudium existimate: de inuito voluntarium facietes.

Blesus euangelicus.

¶ Adhuc eo loquente: ecce turba: z qui vocabatur iudas vnus de duodecim antecedebat eos: z appropinquauit iesu: vt oscularetur eum. Iesus autem dixit illi. Iuda osculo filium hominis tradis? Uidentes autem hi qui circa ipsum erant quod futurum erat: dixerunt ei. Domine: si percutim⁹ in gladio? Et percussit vnus ex illis seruū principis sacerdotum: z amputauit auriculā eius dextram. Respōdens autem iesus ait. Sinite vsq̃ huc. Et cum tetigisset auriculam ei⁹ sanauit eum. Dixit autem iesus ad eos: qui venerant ad se principes sacerdotum z magistratus tēpli z seniores. Quasi ad latronem existis cum gladijs z fustibus. Cum quotidie vobiscum fuerim in templo non extendistis manus in me. Sed hec est hora vestra z potestas tenebrarum.

¶ Glo. Premissa oratione xp̄i subijcitur de eius proditione: qua a discipulo proditur. Dicitur enim adhuc eo loquente ecce turba z qui vocabatur iudas vnus de duodecim antecedebat eos. Cyrillus. Dicit autem qui vocabatur iudas: quasi nomen eius habens exosum. addit autem vnus de duodecim ad significantiam nequitie proditoris. Nā qui honoratus fuerat eque apostolis. factus est occisionis causa in christum. Chrysostomus. Sicut enim insanabilia vulnerum nec austeris medicamentis obediunt nec demulcentibus: sic anima vbi semel est captiuata: z si ipsam dedecet cuicunq̃ peccato nullum emolumentum ex admonitionibus consequetur: quod z inde accidit a proditione non cessanti: q̃uis omni modo doctrine esset a christo cohibit⁹. vnde sequitur. Et appropinquauit iesu vt oscularetur eum. Cyrillus. Immemor enim glorie christi: putauit forsitan posse latenter agere ausus psecipuum dilectionis signū organum efficere doli. Chrysostomus. Non autem discedendum est a fratrum admonitione: quamq̃ nihil propter nostra verba eueniat nam z riuuli z si nullus hauriat fluunt: z si forsan non persuaseris hodie poteris forsan cras. Piscator enim per totam diem vacua trahens rhetia circa sero piscē capit. vnde dominus: z si sciret iudaȝ nō cōuertendū: nō destitit facere: que sua intererat. Sequitur enim. Iesus aūt dixit ei. Iuda osculo filiuȝ homi. tradis? Ambro. Per interrogationē, pnūciādū puto quasi amātis affectu corripiat pditorē. Chry. Propriū āt nomē pōit qđ magis dolēt erat q̃ vocātꝫ q̃ puocati ad irā. Ambrosius. Dicit autem. Osculo tradis? hoc est amoris pignore

Doctrina moralis.

remulnus lingis:et pacis instrumē to mortē rrogas? Seru⁹ dominuz: discipulus prodis magistruz: elect⁹ auctorem. Chrysosto. Non autez dicit. Tradis magistrū tuuz: dominū tuuz benefactorē: sed filium ho. Hoc est mansuetū et mitē: qui si non eēt magister et domin⁹: quia tamē tam suauiter erga te gessit: non esset a te prodendus. Ambros. Magna o domine significatio potestatis: magna disciplina virtutis: et consiliuz proditionis aperitur et adhuc patientia non negatur. Ostendit deuz quez proderet: dum occulta manifestat. ostendit quem traderet: duz dicit. Filium hominis: quia caro non diuinitas comprehēditur. Illud tamen plus confutat ingratum ꝙ eū tradiderit: qui cuz esset dei filius. ppter nos filius hominis esse voluisset. q. d. ppter te suscepi ingrate qḋ tradis hypocrita. Augusti. Hoc ergo dominus cuz traderetur primo dixit quod ait lucas. Juda osculo fi. ho. tra. Deinde quod mattheus. Amice ad quid venisti? Deinde id quod ioannes cōmemorat. Quem queritis? Ambro. Osculatus est autem cuz dominus non quo simulare nos doceat: sed vt neqꝫ proditorem refugere videretur: et plus afficeret proditorem cui amoris officia non negaret. Theophi. zelātur autem discipuli et gladios euagināt. vnde sequitur. Uidentes autem hi qui circa ipsū erant quod futuruz erat: dixerunt ei. Domine si percutimus in gladio? Sed qualiter habent gladios? quia mactauerant agnum: et a mensa discesserāt. Alij autem discipuli querunt ac percuterent: sed petrus vbiqꝫ feruens pro domino persuasionē non expectat: percutit seruū pontificis. vnde seqꝫtur. Et pcussit vnus ex illis ser. prin. sacer. ⁊ amputa. auricu. eius dexteram. Augusti. de concor. euanger. Qui pcussit fm ioannē petrus erat. quem autez percussit malchus vocabatur. Ambros. Eruditus enim in lege petrus prōptus affectu: qui

Uideat augustinus quō hꝫ pbet.

sciret phinees reputatum ad iusticiam ꝙ sacrilegos peremisset: percussit principis seruum. Augusti. de concor. euang. Deinde lucas dicit. Respondens autem iesus ait. Sinite vsqꝫ huc. Et hoc est qḋ mattheus cōmemorat. Conuerte gladiū tuuz in locū suuz. Nec moueat quasi contrariuz sit: quod lucas hic dicit dominū respondisse. Sinite vsqꝫ huc: quasi post istam percussionez ita dictum fuerit: vt placuerit et vsqꝫ huc factum: sed āplius fieri noluerit: cū in verbis que mattheus posuit: intelligatur potius totuz factum quo vsus est gladio petr⁹ domino displicuisse. Illud enim veruz est: ꝙ cum interrogassent dicentes. Domine si percutimus in gladio? tunc respondit. Sinite vsqꝫ huc ad est non vos moueat quod futurū est: permittendi sunt hucusqꝫ progredi hoc est vt me apprehendant et impleantur q̄ de me scripta sunt. Non eñ diceret. Respondens autē iesus: nisi ad interrogationē eorū responderet: non facto petri. Sed inter moras verborum interrogantiū dominū: et illi⁹ respondentis petrus auiditatē defensionis percussit. Sed non potuit simul dici que simul fieri potuerūt. tunc sicut dicit lucas sanauit euz: q percussus erat. Sequitur eñ. et cū tetigisset auriculā eius sanauit eū. Beda. Nunqꝫ eñ pietatis sue dominus obliuiscit. Illi iniusto mortē inferunt: iste persequentiū vulnera sanat. Ambro. Sed cū dominus vulnere cruentum detersit: mysteria diuina subiecit: vt seruus principis mūdi non nature conditione: sed culpe auris vulnus exciperet: qui non audisset verba sapientie. Aut si petr⁹ volens percussit aures: docuit ꝙ aurē in spem habere non deberet: quā in mysterio non habuit. Sed quare petrus: quia ipse ligādi et soluendi adeptus est potestatē. et ideo tollit gaudio spiritali aurem interiorem male intelligentis. Sed domin⁹ ipse refundit anditum demonstrans et ipsos si conuertantur posse saluari

Con sus gela

qui in passione dñi vulnerati sunt: eo q omne peccatuz fidei mysterijs abluat. Beda. Uel seru⁹ iste popu lus est iudeorũ:principib⁹ sacerdo tum indebito mancipatus officio:q in passione dñi dexterã auriculã id est spiritalez legis intelligentiã per didit: que scilicet auris.i.Petri gla dio decidit:non q ille sensuz intelli gendi audientib⁹ tollat: sed diuino ablatũ iudicio negligentib⁹ pãdat. Uerũ eadez dextera auris in his q in eodez populo crediderũt diuina dignatione pristino est restituta offi cio. Seqtur. Dixit aũt iesus ad eos qui venerant ad se principes sacer: dotũ et magistratus templi et senio res. Quasi ad latronẽ existis cũ gla dijs et fustibus. Chrysosto. Accesse rant enĩ nocte timentes multitudi nis impetũ:et ideo dicit:quid vobis opus erat his armis in eum qui vo biscũ est semper:et hoc est qd sequi tur. Cũ quotidie vobiscuz fuerim in templo nõ extendistis man⁹ in me. Cyril. Ubi non inculpat domin⁹ pre sides iudeorũ q non sibi mature pa rauerãt insidias mortis:sed arguit eos qui temere opinabant euz se in uasisse ipso inuito:ac si dicat. Tunc non cepistis me:quia nolebã:sz nec nũc possetis: nisi me sponte vestris subijcerez manib⁹. vnde sequit. Sz hec est hora vestra id est parua tem pus concessuz est vobis exercende in me vestre superbie patre votis meis fauente. Dicit etiã: q hec po testas est tenebris data id est diabo lo:et iudeis insurgendi in christuz. Et hoc est qd subditur. Et potestas tenebrarũ. Beda.q.d. Ideo aducr sum me in tenebris congregamini: q: potestas vestra:qua sic contra lu cem mũdi armamini: in tenebris ẽ. Queritur autẽ quomodo iesus prin cipes sacerdotũ:magistrat⁹ templi: et seniores qui ad se venerũt alloq dicatur: cũ apud alios euãgelistas non ipsos venisse:verũ in atrio cay phe expectantes ministros misisse perhibeant. Sed huic contrarieta ti respondet:q illi non per seipsos:

Allego: ca ex: ositio.

Passio dñi volũ taria.

sed p eos quos miserũt ad apprehẽ dendũ christũ in sue iussionis pote statem venerũt.

¶Comprehẽdentes autẽ eũ: duxerũt ad domũ principis sa cerdotuz:petrus vero sequeba tur eum a longe. Accenso autẽ igne in medio atrij: et circunse dẽtibus illis:erat petrus in me dio eorum. Quẽ cũ vidisset an cilla quedã sedentem ad lumẽ. et cum fuisset intuita:dixit. Et hic cum illo erat. At ille nega: uit eum dicens. Mulier non noui illum. Et post pusillũ ali⁹ videns euz dixit. Et tu de illis es. Petrus vero ait. O homo non sum. Et interuallo facto quasi hore vnius: alius quidez affirmabat dicens. Uere et hic cum illo erat: nam et galileus est. Et ait petrus. O homo ne scio quid dicis. Et cõtinuo ad huc illo loquente cantauit gal lus. Et cõuersus domin⁹ respe xit petrũ. Et recordatus est pe trus verbi domini: quod dixe: rat: quia priusq gallus cantet ter me negabis. Et egressus fo ras petrus fleuit amare.

¶Ambro. Non intellexerunt infeli ces mysteriũ: nec venerati sunt taz clemẽtem pietatis affectũ:q etiã ho stes suos non passus est vulnerari. Dicitur eñi. Coprehẽdentes autem eũ duxerũt ad domũ principis sacer dotũ. Cũ legim⁹ teneri iesuz: caueã mus ne putem⁹ eũ teneri sm diuini tatem:τ inuitũ quasi infirmũ. tene: tur eñi et ligatur sm corporis veri: tatẽ. Beda. Princeps autẽ sacerdo: tum cayphã significat:qui sm ioan nẽ erat pontifex anni illius. Augu. de con. euan. Sed primo ad annam ductus est socerũ cayphe. sicut Jo nes dicit q ad cayphã: vt matthe⁹

Natu ra du: plex i e su.

dicit. Marcus autē et lucas nomē
non dicunt pontificis. Chryso. Ideo
autē ducitur ad domū pōtificis: vt de
consensu principis sacerdotū singu
la queque facerent. illuc enim oēs cōue
nerant christum prestolantes: ma-
gnus autē feruor petri ostenditur q
non aufugit: cum alios fugientes vi
disset. Sequitur enim. Petrus vero seq-
batur eum a longe. Ambros. Bene a
longe sequebatur: iam proximꝰ ne-
gatur: neque enim negare potuisset si
christo proximus adhesisset. Sed in
hoc sit reuerendus q dominū nō re
liquit. etiā cum timeret metus natu-
re est cura pietatis. Beda. Qd autē
ad passionē euntē dominū a longe
sequitur petrus: significat ecclesiam
secuturā q est imitatura passionem
domini: sed longe differenter. eccle-
sia enim pro se patitur: at ille pro ec-
clesia. Ambro. Iam autem in domo
principis sacerdotū ignis ardebat.
vnde sequitur. Accē. autem igne in
me. atrū et circū. il. erat pe. in me.
eorū. Accessit petrus vt calefaceret
se: qr clauso dño calor mentis iam in
eo refrigerauerat. Chrysosto. Tradite
enim erant petro claues regni celo-
rum: credenda erat ei populorū in-
numera multitudo: que esset inuo-
luta peccatis. Erat aūt petrus pau
lo durior: sicut truncata serui princi
pis sacerdotum declarat auricula.
Hic igitur tā durus tāque seuerus: si
donū non peccādi fuisset adeptus:
que venia cōmissis populis donare
tur? quē diuina prouidentia permi
sit: q primo ipse laberetur in petrū:
quo erga peccantes duriorē senten
tiam proprij casus intuitu tempera
ret. et cum se calefacere vellet ad pru
nas: accessit ad eū puella de qua se
quitur. Quē cum vidisset ancilla que
dam sedentē ad lumē: et eum fuisset
intuita dixit. Et hic cum illo erat.
Ambro. Quid sibi vult q primo eū
prodit ancilla: cum viri vtique magis
potuerint eum recognoscere: nisi vt
iste sexus peccare in nece domini vi
deretur: vt et iste sexus redimeretur
per domini passionem. Petrus au-

Documētum pietatis

tem proditus negat. malo enim negat
se petrum q dominū fefellisse. vnde
sequitur. At il. neg. di. Mulier non
noui illum. Chrysosto. Quid ais o
petre? Vox tua repente mutata est.
os enim plenum fidei et amoris: in
odium perfidiamque conuersum est:
non tibi flagella: nondū sunt admo
ta tormenta: qui te interrogat: nul-
lus est eorum qui auctoritate sui pos
sit formidinē incutere cōfitenti. mu-
lier te simplici voce interrogat: et for
tenec prodituta confessum: nec tamē
mulier: sed puella ostiaria: vile mā
cipium. Ambros. Sed ideo negauit
petrus: quia promisit incaute: non
negat in monte: non in templo non
in sua domo: sed in pretorio iudeorū.
Ibi negat: vbi iesus ligatus ē: vbi
veritas non est. Negans autem di-
cit. Nōn noui illum temerariū quip
pe erat: vt diceret quia nouerat eū:
quem mens humana non potest cō-
prehendere. nemo enim nouit filiū
nisi pater. Rursum secunda vice ne
gat christum. Sequitur enim. Et post
pusillum alius videns eū dixit. Et
tu de illis es. Augusti. de cōcor. euā
geli. Intelligitur autem q in hac se
cunda negatione a duobus est com
pellatus: ab ancilla scilicet quam cō-
memorant mattheus et marcus: et
ab alio quē cōmemorat lucas. Hoc
ergo quod hic lucas dicit: et post pu
sillum: iam egressus erat ianuā pe-
trus et primū gallus cantauerat vt
marcus dicit. Iam redierat: vt quē
admodum dicit ioannes: ad focum
stans iterum negaret. De qua nega
tione sequitur. Petrꝰ vero ait. o ho
mo non sum. Ambro. Maluit enim se
negare: q christum. aut quia videba
tur negare christi societatē: vtique se
negauit. Beda. In hac autem nega
tione petri dicimus non solum ab eo
negari christum: qui dicit eū nō esse
christū: sed ab illo etiam qui cum sit
negat se esse christianū. Ambrosiꝰ.
Tertio quoque interrogatur. Sequi
tur enim. Et inter. isa. qua. ho. vniꝰ
alius qui. affir. di. Vere et hic cum
illo erat. Augusti. de concor. euan-

Cōsensꝰ euāgelistarum.

gel. Quod mattheus et marcus dicit post pusillum: quantum esset hoc tempous manifestat hic lucas dicendo. Et interuallo facto quasi hore vni⁹. de hoc autem interuallo tacet ioannes. Item quod mattheus et marcus non singulari: sed plurali numero enunciant eos qui cum petro agebant: cum lucas et ioannes vnum dicant facile est intelligere: aut pluralem numerum pro singulari vsitata locutione vsurpasse mattheum et marcum: aut quia vnus maxime tanquam qui eum viderat affirmabat. ceteri autem secuti eius fidem petrum simul vrgebant. Iam vero illud quod mattheus ipsi petro dictum asseuerat. Nonne te vidi in orto? Marcus autem et lucas inter se illos de petro locutos: aut sententiam intelligimus tenuisse eos: qui compellatum dicunt petrum. tantum enim valet quod de illo coram illo dicebatur: quantum si illi diceretur: aut vtroque modo dictum: et alios hunc: alios illum modum commemorasse. Beda. Subdit autem. Nam et gali. est. non quia alia lingua galilei: atque alia loquerentur hierosolymite: qui vtrique fuerunt hebrei: sed quia vnaqueque prouincia et regio suas habendo proprietates: vsitatum loquendi sonum vitare non possit. Sequitur. et ait Pe. o homo nescio quid dicis. Ambros. Hoc est sacrilegia vestra nescio: sed nos excusamus ipse non excusauit. Non enim satis est inuoluta responsio confitentis iesum: sed aperta confessio. et ideo petrus non de industria respondisse sic inducitur: quia postea recordatus est: et tamen fleuit. Beda. Solet autem sacra scriptura sepe meritum causarum per meritum designare temporum. vnde petrus qui media nocte peccauit: ad gallicantum penituit. Sequitur enim. Et conti. il. adhuc lo. gal. cantauit. quod in tenebris obliuionis errauit. vere lucis rememoratione correxit. Augusti. de con. euangeli. galli autem cantum post trinam negationem petri intelligimus: sicut Marcus expressit. Beda. Hunc gallum mystice opinor: aliquem doctorum intelligendum: qui iactantes et somnolentos increpat dicens. Euigilate iusti: et nolite peccare. Chrysostomus. Admirare autem curam magistri: quia cum vinctus esset multa vtebatur prouisione erga discipulum: quem nutu erigens ad lachrymas prouocauit. Sequitur enim. Et conuersus domin⁹ respexit petrum. Augusti. de consen. euangeli. Quod quomodo accipiendum sit diligentius considerandum est. Dicit enim Mattheus. Petrus enim sedebat foris in atrio. quod non diceret: nisi illa cum domino intus agerentur. Similiter et in eo quod dixit marcus. Et cum esset petrus in atrio deorsum: ostendit non solum in interioribus: sed etiam in superiorib⁹ gesta que dixerat. Quo modo ergo respexit dominus petrum facie corporali? Quapropter mihi videtur illa respectio diuinit⁹ facta. Et sicut dictum est. Respice et exaudi me: et conuertere domine et libera animam meam: ita dictum arbitror. Conuersus dominus respexit petrum. Beda. Respicere nanque eius misereri est: quia non solum cum agitur penitentia: verumetiam vt agatur dei misericordia necessaria est. Ambrosius. Denique quos iesus respicit: plorant delictum. vnde sequitur. Et recordatus est Petrus verbi domini quod dixerat. Quia prius quam gallus cantet: ter me negabis. Et egressus foras petrus fleuit amare. Quare fleuit: quia errauit vt homo lachrymas eius lego: satisfactionem non lego. Lauant lachryme delictum: quod voce pudor est confiteri. Negauit primo et secundo et non fleuit: quia adhuc non respexerat dominus. Negauit tertio respexit eum iesus: et amarissime fleuit: et tu si veniam vis mereri dilue lachrymis culpam tuam. Chrysosto. Non autem audebat petrus palam flere: ne a lachrymis deprehenderet: sed foras exiens la

Nos proditur. (margin)

Expositio moralis de gallo. (margin)

Notula bona. (margin)

chrymabatur. Flebat aūt nō ppter penā: sed quia delictū negauerat: qđ molestiꝰ erat ei q̄libet supplicio.

¶ Et viri qui tenebant illum: illudebant ei cedentes. Et vela uerunt eum: et percutiebant faciem eius. Et interrogauerunt eū dicētes. Prophetiza. Quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et vt factus est dies: conuenerūt seniores plebis ꝛ principes sacerdotum et scribe: et duxerunt illum in concilium suum dicentes. Si tu es christus dic nobis. Et ait illis. Si vobis dixero non creditis mihi: si autē ꝛ interrogauero nō r̄ndebitis mihi: neq̄ dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens a dextris virtutis dei. Dixerunt aūt oēs. Tu ergo es filius dei? Qui ait. Uos dicitis quia ego sum. At illi dixerunt. Quid adhuc desideramꝰ testimonium. Ipsi enim audiuimꝰ de ore eius.

Consensus euāgelicus. ¶ Augusti. de concor. euan. De petri temptatione: que inter domini contumelias facta est: non eodē ordine omnes narrant. Nam illas primo cōmemorat mattheꝰ et marcꝰ: deinde petri temptationem. Lucas vero explicauit priꝰ temptationē petri: deinde domini contumelias dicens: et vi. qui tene. eum illude. ei cedentes. Chrysosto. Celi et terre dominus ecce sustinet: ꝛ patitur impiorum ridicula: formam nobis patientie p̄bens. Theophilus. Necnon dominus prophetarū vt pseudopropheta deluditur. Sequitur. Et vela. eū ꝛ percu. fa. eius et inter. eum di. Prophe. no. quis est qui te percussit. Beda. Hec quasi in contumeliā faciebant eius qui se a populis pphe tam voluit haberi. Sed tunc qui eo sue est colaphis inde orum: ceditur etiā nunc blasphemiis falsorū christianorum. Uelauerūt āt eū: nō vt eorum illa scelera nō videat: sꝫ vt a se ipsi faciē eiꝰ abscōdāt. Heretici aūt et iudei: ꝛ mali catholici eū ꝑ̄probis actibus exacerbantes: quasi ei illudētes dicūt. Quis est qui te percussit? Dum ab illo suas cogitationes et opera tenebrarum cognosci nō estimāt. Augu. de con. euan. Hec autē intelligit passus dn̄s vsq̄ mane in domo principis sacerdotū: quo p̄mus adductus est. vn̄ sequit̄. Et vt fa. est dies cōue. seni. ple. ꝛ p̄n. sacer. ꝛ scri. et duxe. eū in cō. su. di. Si tu es xp̄s dic nobis. Bed. Nō veritatē desiderabāt: sed calūniā preparabāt. Sic quidē xp̄m hoīem tātūmō de stirpe dauid venturū sperātes: hoc ab eo q̄rebāt: vt si diceret. Ego sum xp̄s: calūniarent̄ q̄ sibi arroget regiam p̄tātē. Theo. Ipse v̄o sciebat eorū p̄cordia q̄ q̄ nō crediderāt opibꝰ mirominꝰ sermonibꝰ crederēt. vn̄ sequit̄. Et ait illis. Si vo. dixe. nō cre. mihi. Beda. Sepe em̄ dixerat se xp̄m esse puta cū dicebat. Ego ꝛ pater vnū sumus: ꝛ cetera talia. Si aūt interro. nō r̄n. mi. neq̄ dimittetis. Interrogauerat em̄ eos: q̄ūo dicerēt xp̄m filiū esse dauid: cū dauid i spiritu dominū suum illū vocauerit: verū illi neq̄ dicēti credere: neq̄ interroganti r̄ndere voluerūt. quia aūt semen dauid calūniari q̄rebāt plus est qđ audiūt. Seq̄t̄. Ex hoc āt erit fi. ho. se. a dex. vir. dei. Theo. q. d. Nō est vobis decetero tp̄s sermonum ꝛ doctrine: sed deinceps iudicij tempus erit cū videbitis me filiū hoīs sedētē a dextris v̄tutꝭ dei. Cyril. Cū aūt de deo sessio dicit̄ atq̄ thronꝰ: regia et vniuersis principās dignitas designatur. Non em̄ putabamus tribunal quoddā positū esse cui credamus inniti dominū omniū: ꝛ sed nec omnino dextrū vel sinistrum esse penes diuinam naturā. proprium em̄ est corporū figura: et locus et sessio. Sessio xp̄i quō intelligenda

Qualiter aũt paris honoris: paris
quoqꝫ cõsessus filius videbitur esse:
si non est ſm naturã filius: natura-
lem: in se proprietatẽ habẽs patris.
Theo. Hec igitur audientes timere
debebãt: sed illi post hec verba ma
gis insaniunt. vnde sequitur. Di. aũt
oẽs. Tu ergo es fi. dei? Bed. Quod
se filiũ dei dixerat: acceperunt in eo
quod ait. Erit fi. ho. se. ad dex. vir.
dei. Ambro. Dominus autẽ maluit
se regem probare ꝙ dicere: vt cõdẽ
nandi causam habere non possint:
qui quod obijciunt hoc fatẽtur. Se
quit. Qui ait. Vos di. qꝛ ego sum.
Cyril. Hoc aũt dicente christo: succẽ
suit phariseorum cohors vsurpans
ignominie vocẽ. vnde sequitur. At
illi dixerũt. Quid adhuc desidera.
testimo. ipsi enim audi. de ore eius.
Theophilus. Ex quo patet ꝙ ino-
bedientes nulla commoda referũt
ex reuelatis sibi secretioribus: sed
maiorem penam acquirunt. ꝑpter
quod talia oportet eis esse occulta.

Capitu. xxiij.



Et surgẽs oĩs mlti-
tudo eorũ duxerũt
illum ad pilatum.
Ceperunt aũt illũ
accusare dicentes.
Hũc inuenim⁹ subuertẽtẽ gẽtẽ
nostrã: ꝛ prohibẽtẽ tributa da-
ri cesari: et dicentẽ se christũ re-
gẽ esse. Pilatus aũt interroga-
uit eũ dicens. Tu es rex iudeo-
rũ? At ille respondens ait. Tu
dicis. Ait autẽ pilatus ad prin
cipes sacerdotũ et turbas. Ni-
hil inuenio cause in hoc homi-
ne. At illi inualescebãt dicẽtes.
Cõmouit populũ docẽs ꝑ vni-
uersam iudeam incipiens a ga
lilea vsqꝫ huc.
¶ Augusti. de con. euan. Postꝙ cõ-
pleuit lucas narrando petri nega-
tionem: recapitulauit que cũ domi-
no gesta sunt circa mane: cõmemo-
rans quedã que alij tacuerũt: atqꝫ
ita ꝯtexuit narrationẽ: similia alijs
narrãs cũ dicit. Et sur. omnis mul.
eo. duxe. il. ad pilatũ. Beda. Ut im-
pleretur ſmo iesu quẽ de sua morte
predixit. Tradet̃ gentibus scilꝫ Ro
manis. nã pilatus romanus erat:
eũqꝫ romani i iudeã ꝑsidẽ miserãt.
Augusti. de cõ. euan. Deinde apud
pilatũ gesta sic narrat. Ceperũt aũt
eũ accusare dicẽtes. Hũc inue. sub-
uer. gen. no. ꝛ prohi. tri. da cesa. ꝛ di.
se chri. re. esse. Hoc mattheus ꝛ mar
cus nõ dixerunt: cũ tamen dicerẽt ꝙ
eũ accusabant: sed iste ẽt ipsa crimi
na q̃ falso obiecerunt apuit. Theo.
Euidenter aũt aduersant̃ veritati.
Nõ eñ dñs ꝓhibuit dari censum:
sed magis dari iussit. Qualiter aũt
pplm subuertebat: an vt regnũ ag-
grederet̃? sed hoc est incredibile cũ
ctis: qꝛ volente multitudine tota eũ
in regẽ eligere sciens fugit. Beda.
Duob⁹ aũt dño obiectis. s. ꝙ tribu-
ta cesari dari ꝓhibuerit: et se xp̃m
regẽ diceret: potuit fieri vt illud qđ
dñs ait. Reddite q̃ sunt cesaris cesa
ri: ẽt pilatũ audisse contigerit. Jõqꝫ
causam hanc quasi aptũ iudeorum
mendaciũ ꝑuipẽdens solũ qđ nescie
bat: de regni verbo interrogandum
putauit. Sequit̃. Pila. aũt inter. eũ
di. Tu es rex iudeorũ. Theo. Mihi
videt̃ ꝙ hoc a xp̃o õ ficrit contẽptũ
obiecti criminis subsanando. q. d.
Tu pauper: hũilis: nudus: cui nul-
lus adiutor: accusaris de regni am
bitione: ad qđ opus est multorũ ad-
iutorio et sumptibus. Beda. Eodẽ
aũt verbo presidi: quo et principib⁹
sacerdotũ respõdet: vt propria sen-
tentia cõdemnet̃. Sequit̃. At il. rñ.
ait. Tu dicis. Theophi. Illi aũt cũ
nihil aliud faueret eorũ calũnie: re
currunt ad clamorũ subsidia. Seq̃-
tur. At il. inua. dicẽtes. Con. popu. Innocẽ
do. ꝑ vni. iude. inci. a gali. vsqꝫ huc tia iesu.
quasi dicat. Peruertit populuꝫ nec
in vna parte tantũ: sed a galilea in-
cepit: et hucusqꝫ peruenit transiẽs
per iudeã. puto autẽ eos non absqꝫ
causa meminisse galilee: sed volen-

teo incutere timorē pilato. Galilei enim scismatici fuerūt: et noua tētātes: qualis fuit iudas galileus: cuius in actibus apostolorū fit mētio. Beda. His aūt verbis nō illū: sed se accusant. Docuisse em̄ populū et a principio tēpora signauia docendo commonuisse: taliqȝ actu totā terrā promissionis ptransisse nō criminis: sȝ indiciū est virtutis. Ambro. Accusatur aūt dn̄s et tacet: qz defensiōe nō indiget. ambiāt defendi: qui timēt vinci. Non ergo accusationē tacendo confirmat: sed despicit nō refellendo. Quid ergo timeret: qui non ambit salutē: solus vim suam pdit: vt acquirat omnium.

¶ Pilatus aūt audiēs galileā iterrogauit si hō galileus esset Et vt cognouit q̄ de herodis potestate eēt remisit eū ad herodē: qui et ipse hierosolymis erat illis diebus. Herodes aūt viso iesu gauisus ē valde. Erat enim cupiens ex multo tēpore videre eū: eo q̄ audiret multa de eo: et sperabat signū aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eū multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant autem principes sacerdotum et scribe constāter accusantes eū. Spreuit autem illum herodes cū exercitu suo: et illusit indutum veste alba: et remisit ad pilatū. Et facti sunt amici herodes et pilat⁹ in ipsa die: nam antea inimici erant adinuicem.

¶ Beda. Pilatus de premissa accusatione nō interrogādū dn̄m ratus sed ipsum magis nacta occasiōe cupit ab eo iudicādo liberū reddere. vñ dicit. Pilatus aūt audi. galileā interro. si hō gali. esset. Et ne cōtra eū quē insontē et propter inuidiam traditū cognouerat: sententiam da re cogeretur. herodi eū misit audiēdū: vt ipse potius eū qui eius patrie tetrarcha existebat: vel absolueret: vel puniret. Sequit. Et vt cognouit q̄ de hero. potestate esset: remi. eū ad hero. qui et ipse hiero. erat illis diebus. Theophi. In hoc sequitur legē romanā: que iubebat quēlibet a principe sue iurisdictionis condemnari. Grego. x. mora. Christi autē famā herodes explorare voluit: eū eius miracula videre cōcupiuit. Sequitur. Hero. autē vi. ie. ga. est val. Erat enim cu. ex mul. tem. vi. illū. Theophi. Non tanq̄ lucraturus quicq̄ vtilitatis ex eius aspectu: sed patiens nouorū cupidinē credebat videre quēdā extraneū hominem: de quo audierat q̄ sapiens et mirificus esset. vnde sequit. Eo q̄ audi. mul. de il. et spe. sig. ali. vi. ab eo fieri. Uolebat etiā audire ab eo quid diceret: et ideo interrogat eum q̄si derisorie se habens ad ipsum et eū subsanans. Sequitur. Interro. aūt illū multis sermonibus. Jesus qui cūcta ratiōe peregit: et q̄ teste dauid suos sermones in iudicio disponit: peius esse iudicauit in talibus habere silentium. Sermo enim prolatus ei cui nihil proficit: condemnationis fit causa. vnde seqtur. Et ipse nihil ei respondebat. Ambro. Tacuit et nihil fecit: quia nec illius credulitas merebatur videre diuina. Et domi nus iactantiā declinabat: et forte typice in herode omnes impij signi ficantur: qui si legi non crediderint et prophetis: mirabilia christi opera in euangelio videre nō possunt. Grego. xviij. mora. Hoc etiā audientes nos opz adiscere: vt quotiēs auditores nr̄i nr̄a volunt q̄si laudādo cognoscere. nō aūt sua puersa mutare olo taceamus: ne si ostētatiōis studio verbū dei loqmur: et illorum que erat culpa esse non desinat: et nostra que nō erat fiat. Multa autē sunt q̄ audientis animū produnt: maxime si auditores nostri et semp laudant quod audiunt: et nunq̄ qd laudant sequūtur. Grego. x. mora.

Mos romanorum.

doctrina moralis

Inquisitus ergo redemptor tacuit: expectatus miracula adhibere contempsit: seseque apud se in occultis retinens: eos quos exteriora querere cöperit: ingratos foris reliquit: magis eligens aperte a superbientibus contemni: quam a non credentibus vacua voce laudari. vnde sequitur. Sta. aũt p. in. sacer. et scri. con. accu. eũ: spre. aũt il. hero. cũ exer. suo: et illu. idu. veste alba et remi. ad pila. Ambro. Non ociosum quod veste alba induitur ab herode: imaculate tribuens indicia passionis: quod agnus dei sine macula cũ gloria mũdi peccata susciperet. Theo. Tu tamen considera quod per ea que facit diabolus impeditur: cögerit derisiones et opprobria in xpm: ex quibus declarat quod dñs seditiosus nõ sit: alioqñ nõ derideret plebe reddita suspecta et nouitatibus gaudete. Missio aũt christi a pilato ad herodẽ fit amicitie cõis exordiũ quasi pilato nõ vsurpante sibi subditos ditioni herodis vñ subdit. Et fa. sunt ami. he. et pi. in ipa die: nã ante ini. erant adinuicẽ. Attende diabolũ vbique coniungẽtẽ dissidẽtia: vt christi peragat necẽ. Erubescam° ergo nos: si causa nostre salutis nec amicos in xpo federe cõseruemus. Ambro. In typo etiã herodis atque pilati: qui amici ex inimicis per iesum christum facti sunt: et plebis israelis et populi gentilis figura seruatur: quod per dñi passionẽ vtriusque sit futura cocordia ita tamen vt prius populus nationũ capiat dei verbum: et ad populũ iudeorũ fidei sue deuotionẽ trãsmittat: vt illi quoque gloria maiestatis sue corpus vestiant christi quod ante desperarant. Beda. Ut hoc herodis et pilati fedus significat: quod gẽtiles et iudei genere et religione et mẽte dissidentes: in christianis persequẽdis consentiunt.

Allegorica expositio.

¶ Pilatus aũt cõuocatis principibus sacerdotũ et magistratibus et plebe: dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc hominẽ: quasi auertẽtẽ pplm: et ecce ego corã vobis interrogans nullã causam inuenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis. Sed neque herodes. Nam remisi vos ad illũ: et ecce nihil dignũ morte actũ est ei. Emendatum ergo illum dimittã. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festũ vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba dicens. Tolle hunc: et dimitte nobis barrabam. Qui erat pp seditionem quandã factam in ciuitate et homicidium missus in carcerẽ. Iterũ autẽ pilatus locut° est ad eos: volens dimittere iesum. At illi succlamabãt dicẽtes. Crucifige: crucifige eũ. Ille autẽ tertio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiã ergo illum: et dimittã. At illi instabãt vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur: et inualescebãt voces eorũ. Et pilatus adiudicauit fieri petitionẽ eorũ. Dimisit aũt illis eũ qui propter homicidium et seditionẽ missus fuerat in carcerem quem petebant. Iesum vero tradidit volũtati eorum.

¶ Augusti. de con. euan. Rediẽs lucas ad ea q̃ apud psidẽ gerebãt. vñ digressus erat: vt narraret qd apud herodem actũ est ita dicit. Pilatus autem conuo. prin. sacer. et ma. et ple. di. ad eos. obtu. mi. hunc ho. quasi auer. po. et ec. ego co. vo. inter. nul. cau. inue. in ho. isto ex his in qui. eum accusatis. Hic intelligimus eũ pretermisisse quẽadmodum a domino quesierit: quid accusatorib° responderet. Ambrosius. Hic pilatus christum absoluit iudicio: crucifigit

Consensus euangelicus

ministerio. ad herodē mittitur ad pilatuz remittitur. vnde sequitur. Sed neqȝ he. nā remisi vos ad illū et ecce nihil dignum morte actū est ei. Et si vterqȝ reum nō pronunciat ob metum tamē aliene crudelitatꝫ studijs pilatus obsequitur. Theo. Duorum ergo virorum testimonio iesus insons ostenditur. iudei vero qui accusabant nullum testem obtulerunt: cui credere oporteret. Uide ergo quomodo superet veritas. Iesus tacet: et testantur inimici: proclamant iudei: et nullus eorum attestatur clamoribus. Beda. Pereāt ergo scripta que tanto post tēpore contra xp̄m composita: non illū apō pilatum magice artis accusatum: sed componentes apud dominum perfidie et falsitatis accusādos eē demonstrant. Theophilus. Lent' ergo pilatus nec satis pro veritate seuerus: quia timebat accusationes; subiungit. Emendatum ergo illum dimittaz. Beda. q. d. Flagris illuz et ludibrijs q̄tuz iubetis afficiam: dūmodo innoxium sanguinez non sitiatis. sequitur. Necesse aūt habebat dimittere eis per di. festū vnum. Necesse habebat non imperialis legiō sanctiōe: sed annua gētis consuetudine deuictus: cui per talia gaudebat placere. Theophi. Romani enim iudeis concesserant ꝓm leges et ritus proprios conuersari. Mos autem patrius erat iudeis petere dānatos a principe: sicut a saule ionathā petierūt. vñ et de eorum petitione nunc subditur. Exclā. autē si. vni. tur. di. Tolle hunc et dimit. no. bar. qui erat ꝓpter sedi. q̄dam factam in ciui. et homi. mis. i carcerem. Ambrosius. Nō immerito homicide absolutionez petunt: qui flagitabant innocentis exitium: tales leges habet iniqtas: vt quod oderit innocentiaz: scelus diligat. In quo tamen nois interpretatio spēm dat figure barrabas enim patris filius lanne dicit. Illi ergo quib' dicitur. Uos ex patre diabolo estis. vero dei filio: patris sui filium. i. antixp̄z prelaturi esse produntur. Beda. Heret autez iudeis vsqȝ hodie sua petitio. q: ei data sibi optione: pro iesu latronē. pro saluatore interfectorem elegerunt merito salutē vitāqȝ perdiderūt: et latrocinijs se ac seditionib' intantum subiecerunt vt et patriā et regnū suum perdiderint. Theophilus Sic igitur gens olim sancta fuerit ad cedendum: pilatus gentilis cedem prohibet. Sequitur eniz Iterum autē pila. locu. ē ad il. vo. di. iesum. At il. succla. di. Cru. cru. eū. Beda. Pessimo enī genere mortis occidere innocentem: hoc est crucifigere desiderant. Pendentes ei in ligno crucifixi: clauis ad lignum pedibus manibusqȝ confixis i prolucta morte necabantur; ne dolor citius finiretur. Uerum a domino electa erat mors crucis quam diabolo superato tanqȝ tropheum in frontibus fidelium erat positurus. Theophi. Tertio autem pilatus xp̄m absoluit. Sequitur enī. Ille autem ter. dixit ad il. Quid enī mali fecit iste: nul. cau. mor. lue. i eo. Cor. ergo il. et dimittaz. Beda. Hāc correptionem qua populo satisfaceret: ne vsqȝ ad crucifigendum saluatorē seuirēt pilat' querebat: non solum obtulisse: sed etiam deridendo et flagellando exhibuisse: verba ioannis testantur. Quia vero totā accusationem quam aduersus dominum detulerunt: sollicita pilati interrogatiōe videbant euacuatā: tandē ad solas se preces cōuertūt. vnde sequitur. At il. insta. vo. mā. postu. vt cru. et lua. vo. eorū. Theo. Tertio clamant contra christum: vt per trinam hanc vocem suam eē occasionem xp̄i approbent: quam petēdo extorserunt. Sequitur eniz. Et pila. adiu. fieri peti. eo. sī. dimi. autem eum il. qui propter homi. et sedi. mis. fue. i car. ie. ve. tradi. voluntati eorum. Chry. Putabant eniz hoc se posse astruere qȝ iesus deterius esset latrone: et adeo neqȝ vt neqȝ pro pietate: neqȝ pro festi pre-

Notula de iudeis.

rogatiua deberet liberari.

¶ Et cuz ducerent euz apprehenderunt simonez quendam cyrenēsem venientem de villa: et imposuerūt illi crucē portare post iesum. Sequebatur autem illū multa turba populi ⁊ mulierum: que plāgebāt et lamentabantur eum. Cōuersus autem ad illas dixit iesus. Filie hierusalem nolite flere sup me: sed super vosipsas flete et super filios vestros. Quoniaz ecce venient dies in quibus dicent. Beate steriles et ventres qui non genuerūt: et vbera q̄ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus cadite super nos: et collibus operite nos. Quia si in viridi ligno hec faciunt: in arido quid fiet? Ducebantur autē et alij duo neq̄ cum eo: vt interficerentur.

¶ Glo. Posita cōdēnatione xp̄i cōuenienter agit de eius crucifixione cum dicitur. Et cum ducerent eum apprehenderunt simonez quēdam cyrenensem venientē de villa: et imposuerunt ei crucem portare post iesum. Augu. de cō. euan. Joannes autem narrat q̄ iesus baiulabat sibi crucez. vnde intelligitur q̄ ipse sibi portabat crucem cum exiret in eum qui dicitur caluarie locuz. Simon autez in itinere angariatus est cui data ē portāda crux vsq̄ ad locū. null' ei aliorū acceptabat crucē baiulare eo q̄ lignū detestabile putabat: nō simoni cyrenco q̄si i quādaz iacturā l posuerīt crucē portare quā alij recusabāt. Hic adimpletur illud Isaie. Cuius principat' super humerū eius p̄icipatus enim xp̄i est crux eius propter quam sim apostolū de' eū exaltauit. Et sicut i signum dignitatis alij baltheū alij mitrā portant: sic et domin' crucē.

Consensus euāgelicus

Et si inquiras inuenies non aliter in nob' regnare iesuz: nisi per asperitates: q̄ fit vt deliciosi inimici sūt xp̄i crucis. Ambro. Christus ergo crucem baiulās: iam tropheuz suū victor attulit. crux super humeros ipōnitur: q̄z siue simō siue ipse portauerit: ⁊ xp̄s in hoīe ⁊ hō portauit in xp̄o. Nec discordāt euāgelistarū sententie quādo concordat mysterium. Et bonus ordo nostri p̄ofect' ē: vt pri' crucis sue trophea ipse erigeret: deinde martyrib' traderet erigenda. Nō iude' ē qui crucē portat: sed alienigena atq̄ peregrin' nec p̄ecedit. s̄z sequitur: iuxta hoc qđ scriptū est. Tollat crucē suam ⁊ sequatur me. Beda. Simon autez obediēs: cyrene heres iterp̄tat. vn̄ per eū p̄pli gētiū designāt: q̄ quondam peregrini et hospites testōrū nūc obediendo facti sunt dei heredes. De villa aūt simon egrediens crucez portat post iesū: cū paganis ritib' derelictis: vestigia dominice passionis obedienter amplectitur. Villa enim grece pagos vocatur: a q̄ pagani nomē trahūt. Theophi. Ut ille tollit crucē xp̄i qui venit a villa. i. dimittit hunc mūdū et op̄a ei': in hierusalem. i. in supernam libertatem tendens. Ex hoc ēt nō modicū sum: k documētū. Qui ei ad modū xp̄i magr̄ est: dz ipse prius tollere crucem: et timore dei p̄opriā carnē configere: et sic subditis et obedientibus eā ip̄onere. Sequitur āt xp̄z ēt multitudo plebis ⁊ mulierū. nā subdit. Sequebatur āt illū multa turba populi et mulierū q̄ plāgebāt et lamētabāt eū. Beda. Multa q̄dē turba crucē dn̄i: s̄z nō vna eadēq̄ mente sequebatur. Nā populus qui eius mortē ip̄etrauerat. vt mouentē letus aspiceret. mulieres vero vt morituruz plorarent. Non āt ideo solus mulieruz plāctus seq̄batur: quia non ēt innumerus virorum cetus de eius erat passiōe mestissimus: sed quia femineus quasi contemptibilior sexus liberius poterat qđ senserat ostentare. Cyril.

Tropologia pulchra

Amans etiam lachrymarũ est sem
per sexus femineus et mentem ha
bens flexibilẽ ad pietatẽ. Theop.
Per hoc ẽt significabat q multitu-
do magna iudeorũ eẽt post crucez
atura credẽs in iesum. Sz et mens
infirma que significat p feminã: si
sumpta cordis cõtritione per peni-
tentiam fleat. sequitur iesum pro-
pter nostram salutẽ afflictum. Fle
bant igitur mulieres p cõpassionẽ
Eũ aũt qui vltro patit flere nõ opz
sed magis ei applaudere: et iõ eas
flere vetat. Sequit. n. Cõuersus ãt
iesus ad illas dixit. Filie hierusa-
lem: nolite flere super me. Beda.
Cuius. s. cita resurrectio mortẽ sol
uere põt: cui⁹ mors et omnẽ mortẽ
et ipsum morti destructura ẽ aucto
rem. Notandũ ãt cũ filias hierusa
lẽ appellat: q nõ sole q̃ cũ eo vene-
rant a galilea: sed et eiusdẽ vrbis
ciues et mlieres adheserũt. Theo
phi. Mãdat deplorãtib⁹ eũ in futu
ra mala prospectum intendere: et
super illis flere. Sequitur enĩ sup
vosipsas flete et sup filios vestros.
Cyril. Significãs in futuro mulie-
res liberis esse orbãdas: nã irruen
te bello i terra iudeorũ cũcti simul
peribũt magni z parui. vnde seqt.
Quia ecce venient dies in quib⁹ di
cent: beate steriles: et vẽtres qui nõ
genuerunt: et vbera que nõ lacta-
uerũt. Theo. Tunc enĩ femine cru
deliter suos assabunt filios: et vẽ-
ter qui produxerat flebiliter: itera
to recipiet genitũ. Bed. In quo die
vẽture a romãis obsidiõis z captiui
tatis tps significat de q̃b⁹ supra di-
xerat. Ue pregnãtibus et nutriẽti-
bus in illis dieb⁹. Naturale ẽ aũt
imminẽte captiuitate hostili alta
vel abdita quib⁹ abscõdantur ho-
mines refugia querere. vnde seqt.
Tunc incipiẽt montib⁹ dicere. Ca- Hystoria iosephi.
dite super nos. et collib⁹: opite nos.
Refert enim iosephus. insistenti-
bus sibi romãis: certati iudeos ca
uernas mõtiũ colliũq petisse speũ
cas. potest etiam q beatificandas
dicit steriles de his intelligi: qui
vtrolibet sexu se castrauerunt pro-
pter regnum celorum mõtib⁹. colli-
busq dici. cadite super nos: et ope
rite nos: cum quilibet sue fragilita
tis meores ingruente tentationuz
articulo: sublimiũ quorũcũq viro-
rum quesierint exemplis monitis
et precibus defendi. Sequitur. Qr
si in vi. li. hec fa. i ari. qd fiet? Gre.
xxi. moraliũ. Se lignũ viride: et
nos lignũ aridũ dixit: qr ipse in se
vim diuinitatis habuit. nos vero
qui puri homines sum⁹ lignũ ari-
dũ appellamur. Theo. quasi dicat
iudeis. Si ergo in me lignũ fructi
ferum iugiter virens taliter seuie
runt romani: q̃dmõ attentabunt er
ga vos? populum dico quasi lignũ
aridum priuatũ qualibet viuificã-
te virtute: nec vllum fructum ferẽ-
tem. Beda. Uel quasi omnibus di-
ceret. Si ego qui peccatũ nõ feci: li
gnum vite appellat⁹ sine igne pas
sionis a mundo nõ exeo: quid pu-
tas eis manere tormenti qui sunt
fructib⁹ vacui? Theo. Malã ãt opi
nionẽ de dño inuere volẽs diabol⁹
etiã latrones faciebat crucifigi cũ
eo. vñ sequit. Ducebantur autem z
alij duo neq̃ cũ eo vt interficerẽtur.

Et postq̃ venerunt in locũ
qui vocatur caluarie: ibi cruci
fixerunt eum: et latrones: vnuz
a dextris: alterum a sinistris.

Athana. Ubi corruptum est ge-
nus hũanũ: ibi christ⁹ proprium cor
pus exposuit: vt vbi seminata ẽ cor
ruptio: ibidẽ icorruptio oriatur: p-
pter quod in loco caluarie crucifi-
gitur. Dicitur enĩ. Et postq̃ vene.
in lo. qui. vo. cal. ibi crucifi. eũ. quẽ
locũ doctores iudeorũ aiunt esse se
pulchrũ ade. Bed. Uel aliter. Forz
portã loca erant in quib⁹ trũcabãt
capita dãnatorum: et caluarie. i. de
collatorum sumpserũt nomẽ. Et sic
pro omniũ salute quasi noxius. in- Locus passiõis xpi.
ter noxios crucifigit: vt vbi abũda
nit peccatũ super abundet et gra-
tia. Cyril. Nõ aũt ipse vnigenitus
dei fili⁹ in propria natura qua de⁹

est passus est: que sunt corporis: sz magis in natura terrena. Decet ei vtrunqz de vno et eodez filio dici: scz et non pati diuine: et passuz esse humanitus. Euseb. Si autem aliter post conuersationem cũ hoib⁹ euanescens subito euolaret fugiens mortẽ ab hominib⁹ cõpararet̃ phãtasmati: itqueadmodũ siquis incõbustibile quoddam nobis vas: et preualens ignis nature vellet ostẽdere: flãme illud traderet: et consequenter a flãma illud illesum extraheret. Sic dei verbũ volẽs ostendere instrumentũ quo visus est ad humanã salutem esse preualens morti: mortale morti exposuit ad demõstrandam eius naturã: deide post modicũ a morte illud eripuit in signum diuine virtutis. Et prima quidem causa mortis xpi hec est: secũda vero diuine potestatis ostensio: corpus xpi inhabitantis: cuz enim antiqui⁹ deificarẽt homines cõez exitũ mortis sortitos: quos heroas et diuos nominabant. Docuit illum solum mortuum verũ deũ esse fatẽdum: quẽ brauia victorie morte pstrata decorant. Tertia ratio est victima pro toto genere hominũ mactãda: q oblata tota potestas demonum periit: et error quilibet est sedatus. Est et alia ratio salutifere mortis: vt discipuli oculata fide cõspicerent resurrectionem post mortem ad quam propriaz spem erigere docebantur: vt mortẽ cõtennentes: agonẽ cõtra errores inirẽt alacriter. Chry. Non autez sui mortez quã nõ hebat: cũ sit vita: sed holuz venit cõsumpturus saluator. vnde nõ propria morte corp⁹ deposuit: sz ab hominib⁹ illataz sustinuit. sed z si egrotauisset corp⁹ eius: et in cõspectu: omniũ solueret̃: icõueniens erat eũ qui sanaret aliorum lãguores haberet propriũ corp⁹ affectuz languoribus. sed etsi absqz aliquo morbo seorsum alicubi corp⁹ depo suisset: ac deinde rursus se offerret non crederetur ei de resurrectione differenti: oportet enĩ mortem resurrectionem precedere. Cũ ergo resurrectionẽ palã quidẽ predicaret cãculo vero moreretur? nimirum si latenter hec euenissent qd excogitarent hoies incredulitatis calumnias quomodo pateret xpi in mortem victoria: nisi corã oibus eã patiens per incorruptionem corporis probasset extinctã? Sz dices: decebat saltem gloriosam mortẽ sibi excogitare: vt euitaret ignominiam crucis. sed et si hoc fecisset: suspectum se reddidisset: quasi nõ habens virtutem cõtra quãlibet mortem. Sicut ergo pugil prosternens illum quẽ hostis obtulerit: ostenditur excellentior omnibus. sic oium vita ab hostibus illatam quam putabant esse diram et infamem detestabilem mortez in cruce suscepit vt hac interempta dominiũ mortis totaliter destruatur: propter quod non caput ei amputatur vt ioanni: neqz sectus est vt ysaias: vt corpus integruz et idiuisibile morti seruet et non fiat occasio volẽtib⁹ ecclesiã diuidere. Uolebat ẽt supportare quam incurreram⁹ maledictionez: maledictaz mortẽ. s. crucis suscipiẽdo sm illud. Maledictus hõ qui pẽdet in ligno. In cruce ẽt expansis manib⁹ morit̃: vt altera quidẽ manu veterẽ populum altera eos qui sunt ex gẽtib⁹ trahat: vtrosqz sibi contiugens. Mortẽs ẽt in cruce a demonib⁹ expiat aerẽ et ascensum nobis parat i celum. Theo. Qz ẽt p lignum mors irrauerat: necesse erat vt per lignũ exterminaret̃: et vt dominus per ligni dolores inuictus transiens cõsutaret delectationem prouenientem ex ligno. Grego. nisenus. Sed et figura crucis a medio contactu in quattuor extrema partita: significat virtutem prouidentiam eius qui in ea pependit vbiqz diffusã. Aug. de q. no. et ve. testamẽti. Nõ frustra ẽt tale gen⁹ mortis elegit: vt latitudis: zaltitudis: lõgitudis z pfũditatis. de qb⁹ apostol⁹ loq̃t magr existeret. Nã latitudo est in eo ligno: q trãsuersum desuper

Cause mortis christi.

Alia sententia.

Mysterium crucis.

figitur:hoc ad bona opera pertinet
quia ibi extendũtur manus. Lon-
gitudo in eo quod ab ipso ligno vs-
qꝫ ad terrã cõspicuum est. ibi enim
quodã modo statur id est persisti-
tur ꝛ perseueratur quod longani-
mitati tribuitur. Altitudo est in ea
ligni parte que ab illo quod trans-
uersuz figitur: sursuz versus relin-
quitur: hoc est ad caput crucifixi: qꝛ
bene sperantium superna expecta
tio est. Jã vero illud ex ligno qđ fi
xuz occultatur. vnde totũ illđ exur
get: profunditatem significat gra-
tuite gratie. Chry. Duos etiã latro
nes vtrinqꝫ crucifixerũt: vt eorum
suspitionis fieret particeps. vnde
sequitur. Et latro. vnuz a dextris:
ali. a sinistris. sed nõ ita euenit: nã
de illis nil dicitur. Huius aũt. crux
vbiqꝫ honoratur: reges diademata
deponẽtes assumunt crucẽ in pur-
puris: in diadematibus: in armis:
in mẽsa sacrata vbiqꝫ terrarũ crux
emicat nõ talia sunt humana. Ui-
uẽtibus enim istis qui egerũt strẽ-
nue arridẽt propria gesta. his autẽ
pereuntibus pereunt: sed in christo
totũ cõtrariũ. Naz ante crucẽ om-
nia mesta: vt autẽ crucifixus est: om
nia clariora facta sunt vt noscas nõ
puruz hominẽ esse crucifixũ. Beda.
Duo autẽ latrones cuz christo cru-
cifixi significãt eos qui sub fide xp̃i
vel agone martyrũ vel cõtinẽtie ar
tioris instituta subeũt: sed qui hec
pro eterna gloria faciunt dexteri
latronis: qui autẽ humane laudis
intuitu sinistri latronis actus imi-
tantur.

Jesus autem dicebat. Pa
ter dimitte illis. Non enim
sciunt quid faciunt. Diuidẽtes
vero vestimenta eius miserũt
sortes: ꝛ stabat populus expe-
ctans: ꝛ deridebant eum prin
cipes cum eis dicentes. Alios
saluos fecit seipsum saluum fa
ciat: si hic est christus dei ele-
ctus. Illudebant autem ei: et
milites accedentes: et acetum
offerentes ei dicentes. Si tu
es rex iudeorum saluum te
fac.

Chrys. Quia dominus dixerat.
Orate pro persequẽtibus vos: hoc
etiã crucẽ ascẽdẽs fecit. vnde sequi
tur. Jesus autẽ dicebat. Pater di-
mitte illis. Nõ quia nõ posset ipse Oro xp̃i
relaxare: sed vt nos pro persequen
tibus orare doceret: nõ solũ verbo
sed ꝛ opere. Dicit autez dimitte eis
si penituerint. Fauet enim penitẽti
bus si vellẽt post tantã nequiciam
reat⁹ per fidẽ diluere. Beda. Neqꝫ
putandũ est hic eũ frustra orasse sꝫ
in eis qui post eius passionẽ credi-
derũt: quod orabat impetrasse. No
tandũ sane qꝫ nõ pro eis orauit qui
filiũ dei intellexerũt crucifigere nec
cõfiteri voluerũt: sed pro eis qui
nesciebãt quid facerẽt: zelũ dei ha-
bentes. sed nõ sm̃ sciẽtiã. vnde sub
dit. Nõ eniz sciũt quid faciũt. Gre
cus. Permanẽtes vero post crucez
in infidelitate nullus per ignoran-
tiã iuuari putabit dignus miracu-
lis sonora voce euz predicãtib⁹ esse
deũ. Ambro. Refert ergo cõsidera-
re qualis crucẽ ascẽdat. nondũ eniz
video: talis ergo ascẽdat: qui secu-
luz vincere parat: vt seculi adiumẽ
ta nõ querat. victus est autẽ adam
qui vestimẽta quesiuit. vicit ille qͥ
tegumẽta deposuit: talis ascendit:
quales nos auctore deo natura for
mauit. talis in paradiso prim⁹ ho-
mo habitauerat: talis in paradiso
homo secundus intrauit. Pulchre Christ⁹
autem ascensurus crucẽ regalia ve nudus
stimẽta deposuit. vt scias quasi ho crucifix⁹
minem passum esse: nõ quasi deuz
regẽ: et si vtrũqꝫ xp̃s. Athana. Qui
etiã cunctas cõditiões nostras cau
sa nostri suscepit: induit vestimen-
ta nostra signa mortificationis ade
vt erant illa: ꝛ horũ vicẽ induit nos
vitã ꝛ incorruptionẽ. Sequitur. Diui
dẽtes vero vestimẽta eius: miserũt
sortes. Theo. Forsitã ei plures eo
rũ egebãt: vl' forte magis ad oppro
brium

briū hoc faciebāt: ⁊ ex quadā lasciuia qd eīn ꝓciosuz inueniebāt inuestib⁹: Beda. In sorte aūt dicit gratia dei cōmēdata est: q̄ cū sors mittit nō persone cuiusq̄ vel meritis: sed occulto dei iudicio cedit. Aug. de cō. euā. Hoc quidē breuiter dictū est a tribus euāgelistis. Ioānes distinctꝰ hoc explicat: queādmodum hoc gestū sit. Theo. Deludētes igitur hoc agebāt. Nā vbi principes subsanabāt quid dicere oportet de vulgo. Sequit enī. Et stabat populꝰ qui scꝫ petierat euz crucifigi. Spectās scꝫ finē. Et deridebāt euz principes cū eis. Augu. de cō. euā. Q: principes dixit nec addidit: Sacerdotū: omnes primates generali nomine cōplexus est: vt ibi possent intelligi scribe ⁊ seniores. Beda. Qui etiā nolētes confitent q̄ alios saluos fecit. Sequit enim dicētes. Alios saluos fecit: seipsum saluuz faciat: si hic est christus dei electus. Athana. Dominꝰ autē vere saluator nō saluādo seipsuz: sed creaturā liberādo volebat cognosci saluator Neq̄ eñ medicꝰ q̄ sibi medet: medicꝰ esse cognoscit: nisi erga languidos artē ꝓbet: sic dominꝰ saluator existēs: nō habeat opꝰ salutis neq̄ descēdēdo de cruce volebat cognosci saluator sed morādo. multo nāq̄ maiorē salutē mors saluatoris affert hominibꝰ: q̄ descēsus de cruce. Grecus. Uidēs aūt diabolus nullū esse sibi defensaculū titubabat: et quasi aliud nō valēs tētauit vlteriꝰ ꝓpinari saluatori acetū ad bibendū. Seq̄t ei. Illudebāt āt ei et milites accedētes acetū: offerētes illi qd̄ ꝓ seipsuz facere diabolus ignorabat. Nā amaritudinē ire ex preuaricatione legis factā: qua cūctos detinebat saluatori ꝓbebat quā ille sumēs cōsumebat: vt vice aceti vinū det nobis in potū qd̄ sapiētia miscuit. Theo. Obtulerūt aūt milites christo acetum quasi regi subministrātes. Sequit eñ. Dicentes. Si tu es rex iudeorū saluū te fac. Beda. Et notandū q̄ iudei vocabuluz

Aceti potati rō.

christi scripture sibi auctoritate creditū blasphemantes irridēt. Milites vero vtpote scripturaruz nescij nō christo sed regi iudeorum insultant.

¶ Erat autem ⁊ superscriptio scripta super eum litteris grecis ⁊ latinis ⁊ hebraicis: hic ē rex iudeorum. Unus autem de his qui pendebant latronibus blasphemabat eum dicens. Si tu es christus: saluuz fac temet ipsum ⁊ nos. Respondens autem alter increpabat eum dicens. Neq̄ tu times deum: q̄ in eadem damnati one es. Et nos quidem iuste: nam digna factis recipimus. Hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad iesum. Dñe memento mei cū veneris in regnum tuum. Et dixit illi iesus. Amen dico tibi hodie mecuz eris in paradiso.

¶ Theophi. Aliā attēde sagacitatē demonis agitatā in christū. triplici enim litterarū figura promulgabat accusationem iesu. ne. s. quēq̄ transeuntiū lateat: q̄ ob hoc suspēsus fuerat: q̄ se regē faciebat. Dicit enim. Erat autē ⁊ suprascriptio scripta super illum lrīs grecis. latinis. ⁊ hebraicis. Hic est rex iudeorū. per qd̄ significabat potētissimas gētium: quales erāt romani prudentissimas: quales greci maxime deū colētes quale fuit iudeorū genꝰ subijci debere imperio christi. Ambro. Merito autē supra crucē ponit titulus: q̄ non humani corporis: sꝫ diuine potestatis est regnum quod habet christus. Lego titulum regis iudeorū cum lego: Regnū meū nō est de hoc mundo. Lego causam christi super caput eius scriptā cuz lego. Et deus erat verbū: caput eīn christi deus. Cyril. Alter autē latronum eadē cum iudeis eructuabat. Sequitur enim. Unꝰ aūt de his qui

Mysteriū tituli triumphalis.

pendebant latronibus blasphemabat eum dicens. Si tu es christ⁹: saluum fac temetipsum ꝛ nos. Alter vero refrenabat voces ipsius. Sequitur enim. Respondens autem alter increpabat eum dicens. Neqꝫ tu times deum: quia in eadem dānatione es. Sed ꝛ propriū reatū confessus est subdens. Et nos quidem iuste: nam digna factis recipimus. Chrysostomus. Hic fungitur vice iudicis cōdemnatus: ꝛ incipit de veritate censere qui coꝛam pilato post multa tormenta confessus est scelera. Quia aliud est homo cū soꝛ quem latent intima. ꝛ aliud de⁹ qui mentes penetrat. Et ibi quidē post confessionem pena subsequitur. hic autem confessio fit ad salutem: sed ꝛ christum pronunciat innocentem cum subdit. Hic vero nihil mali fecit quasi dicat. Nouam vide iniuriam: honestatem damnari cum scelere. Nos viuentes occidim⁹: hic moꝛtuos suscitauit: nos aliena sumus furati: hic ꝛ sua iubet tribuere. beatus igit̄ latro astātes docebat talia differens: quibus alterum increpabat. Sed vt videt extinctos auditus astantiū: redit consequenter ad eum qui nouit ꝑcoꝛdia. Sequitur enim. Et dicebat ad iesum. Domine memento mei cum veneris in regnum tuum. Crucifixū aspicis: ꝛ dn̄m profiteris. cōdēnati vides figurā: ꝛ regis predicas dignitatē. Mille malis imbut⁹: postulas iustitie fontem reminisci tue nequitie: sed dices video quidē apparens opprobriū: sed intueoꝛ latens regnū. ꝛ tu auertis mea publica scelera: ꝛ acceptas fidē intentionis occulte. Discipulum veritatis vsurpauit nequitia. discipulū nequitie nō commutabit veritas? Gregoꝛ⁹. xviii. moꝛ. In cruce claui manus eius pedesqꝫ ligauerāt: nihilqꝫ a penis in eo liberū nisi coꝛ ꝛ lingua remāserunt. Inspirante deo totū illud ei obtulit quod in se liberū inuenit. vt iuxta hoc qđ scriptū est. Coꝛde crederet ad iustitiā: oꝛe confiteretur ad salutē. Tres autē virtutes quas apostolus memoꝛat subito repletus gratia: ꝛ accepit latro ꝛ seruauit in cruce. Fidē nanqꝫ habuit: qui regnaturū deum credidit: quē secū pariter moꝛientē vidit spem habuit: qui regni eius aditū postulauit: qui charitatē quoqꝫ in moꝛte sua viuaciter tenuit qui fratrem ꝛ collatronē pro simili scelere moꝛientem de iniquitate sua redarguit. Ambro. Pulcherrimū autem datur affectande conuersionis exēplū: ꝙ tā cito latroni venia relaxatur. Cito ignoscit dominus: quia cito ille conuertitur: ꝛ vberioꝛ est gratia ꝙ̄ precatio. semper enim dominus plus tribuit ꝙ̄ rogatur. ille rogabat vt memoꝛ sui esset. De domino autem sequitur. Et dixit illi iesus. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Uita est enim esse cū christo: ꝛ vbi christus: ibi regnū. Theophi. Et quēadmodum quisqꝫ rex victoꝛiosus rediens ex triūpho optima predarū fert secū: sic ꝛ dominus predatus poꝛtionē diabolicarū predarū: scilicet latronē ducit secū in paradisū. Chrysostomus. Erat ergo videre saluatoꝛē in medio latronū: trutinā iustitie. trutinantem fidē ꝛ infidelitatē. Expulit diabolus de paradiso adā. christ⁹ latronē impulit ante totū oꝛbē ꝛ ante apostolos. nudo verbo sola fide in paradisū introiuit. ne quis post erroꝛes introitū desperaret. Attende celeritatē a cruce in celos: a cōdēnatione in paradisū. vt noueris nō ad beniuolentiam illius: sed ad clementiā dominū totū fecisse. Si autē iā facta est bonoꝛū retributio nunquid superuacua erit resurrectio? Si enim introduxit latronē in paradisū: coꝛpus autē eius coꝛruptum remansit foꝛis: liquet nō esse resurrectionē coꝛpoꝛū. hec dicunt illi. Sed caro que fuit laboꝛū particeps: nunquid ꝓuabitur p̄miis? Audi Paulū dicentē. Opoꝛtet coꝛruptibile hoc incoꝛruptionē induere. Sed si dominus pollicit⁹ est re

Latro iudex effectus.

Nota ꝟba.

Tres ꝟtutes latronis.

gnum celorū: introduxit aūt latro
nē ī paradisuꝫ: nondū ei retribuit
premia. Sed dicunt nomine para-
disi regnum celoruꝫ nominauit: vsi
tato nomine vtens dum alloquere
tur latronē: qui nihil audierat de
arduis documentis. Quidaꝫ autē
non sic legunt. Hodie mecū eris in
paradiso. sed sic. Dico tibi hodie.
⁊ consequenter: Mecū eris in para
diso. Sed adhuc euidentiorē solu- (Distinctio textus.)
tionē subiungemus. nā medici cuꝫ
vident aliquē desperatū: dicunt iaꝫ
mortuus est. Sic ⁊ latro quoniā nō
amplius timebatur ei⁹ regressus
ad perditionē: dicitur paradisuꝫ in
troisse. Theophi. Hoc tamē est ve-
rius omnibus: ꝙ ꝗuis omnia pro
missa sortiti sunt: ⁊ latro ⁊ alij san-
cti: ne sine nobis consumeretur: vt
dicitur in epistola ad hebreos. sunt
tamē in regno celorū ⁊ in paradiso.
Grego. Nisenus. Hic iterū oportet
discutere quomodo latro censeatur
dignus paradiso cū sactis flāmea
frāmea prohibeat introitū. Sꝫ at-
tende ꝙ sermo diuinus eaꝫ versa-
tilē dicit vt indignis quidē obuiet
dignis vero liberū ad vitā patefa-
ciat aditū. Grego. xij. mor. Uel illa
rumphea flāmea versatilis dicit ꝑ
eo ꝙ sciret quandoqꝫ venire tēpus
vt etiā remoueri debuisset. quādo
scilicet veniret qui sue incarnatio
nis mysterio paradisi nobis iter
apiret. Ambro. Sed ⁊ illud soluēdū
est quia alij scilicet matthe⁹ ⁊ mar
cus duos conuitiantes inducunt la
trones ⁊ iste vnū conuitiantē: vnum (Consensus euangelicus.)
regnantem. fortasse ⁊ iste prius cō
uitiatus est: sed repente conuersus
est. Potuit etiā de vno pluraliter di
ci. sicut est illud. In caprinis pelli-
bus ambulabant. Secti sunt: cum
solus helyas melotidem habuisse.
Isaias sect⁹ esse doceatur. Mysti-
ce autē duo latrones populos pec
catores significāt per baptismū cru
cifigendos esse cū christo: quorū dis
sensio diuersitatem pariter creden
tium significat. Beda. Quicunqꝫ
enim baptizati sum⁹ in christo iesu
in morte ipsius baptizati sum⁹. per
baptismū autēꝫ cū peccatores esse
mus abluimur. sed alij dū deum in
carne passuꝫ laudāt coronant. alij
dū aut fideꝫ aut opera baptismi ha
bere renuerūt: dono quod accepe
re priuantur.

¶ Erat autem fere hora sexta
⁊ tenebre facte sunt in vniuer-
sa terra vsqꝫ in horā nonā. Et
obscuratus est sol ⁊ velum tem
pli scissum est medium. Et cla
mans voce magna iesus ait.
Pater: in manus tuas com-
mendo spirituꝫ meum. Et hec
dicens expirauit.

¶ Cyril. Postꝗ̄ cruci tradiderunt
dominū omniū mūdi machina lu-
gebat proprium dominum ⁊ obte-
nebrata est lux in meridie ſꝫ amos
vnde dicitur. Erat autem fere
hora sexta: ⁊ tenebre facte sunt in
vniuersa terra vsqꝫ in horam nonā.
Quod erat manifestum indicium (Cōcent⁹ euangelicus.)
ꝙ forent passure caliginem crucifi
gentium anime. Augustinus de cō.
euangelistarum. Hoc autem quod
de tenebris dictum est: etiam alij
duo mattheus ⁊ marcus contestan
tur. Addit autem Lucas. Unde fa
cte sunt tenebre. cum subdit. Et ob-
scuratus est sol. Augustinus tertio
de ciuitate dei. Quam solis obscu-
rationē: non canonico cursu syderū
accidisse satis ostendit: ꝙ tunc erat
pascha iudeorū: quod plena luna
solenniter agitur. Regularis autē
solis defectio: nō nisi fine lune cō-
iungit. Diony. ad Policarpum.
Apud heliopolim enim tūc presen
tes inopinabiliter soli lunam inci-
dentem videbamus. non enim erat
conueniens tempus: ⁊ rursus ipaꝫ
a nona hora vsqꝫ ad vesperam ad
solis dyametrum supernaturaliter
restitutam. Eclypsim etiam illam
ex oriente vidimus inchoatam: et
vsqꝫ ad solarem terminum venien
tem: postea regredientem rursus
ex eodē non defectuꝫ ⁊ repurgatio

nem: sed econtrario fm diametrum factā. talia sunt eius temporis supernaturalia: et soli christo qui est omnium causa possibilia. Gregus. Hoc igitur prodigiū factum est: vt pateret q̄ qui mortem susceperat: gubernator esset totius creature. Ambro. Sol etiam occidit sacrilegis. vt funesti spectaculū sceleris obumbraret: tenebre effuse sunt oculis perfidorum: vt fidei lumen resurgeret. Beda. Volens autem Lucas mira culum miraculo adiungere subiungit. Et velum templi scissum est medium. Hoc expirante domino factū est: sicut mattheus et marcus contestantur: sed lucas preoccupādo narrauit. Theophi. Per hoc autē dominus ostendebat: q̄ non erunt vlterius sancta sanctorū inaccessibilia: sed tradita in manus romanorū inquinarētur et eorū aditus pateret. Ambrof. Velum etiā scinditur: quo duorū populorū diuisio synagoge prophanatio declaratur. Scinditur velum vetus: vt ecclesia noua fidei sue vela suspēdat. Synagoge velamen suspendit: vt religionis interna mysteria reuelata: mētis cernam⁹ intuitu. Theo. Per hoc etiā ostendit q̄ velum quod sequestrabat nos a sacris que sunt in celo disrūpitur. id est dei inimicitia et peccatū. Amb. Deinde etiā vbi assumpte mortalitatis impletū est oīe mysteriū: immortalitas sola remansit. vnde sequitur. Et clamans voce magna ait iesus. Pater: in manus tuas cōmendo spiritū meū. Beda. Patrem inuocādo filiū dei se esse declarat: spiritū vero cōmendando: non defectū sue virtutis: sed confidentiā eiusdē cū patre ptātis insinuat. Ambrof. Caro moritur vt resurgat. spiritus patri cōmēdat: vt celestia quoq̄ ab iniquitatis vinculo soluerent: et pax fieret in celo: quā terrena sequerentur. Cyril. Hec autem vox edocet q̄ anime sanctorū nō deinceps in inferno clauduntur vt prius: sed apud deum sunt: huius rei facto christo principio. Athana. Commēdat eū

Scissure veli significatio.

patri per se vniuersos mortales in se viuificatos. nam sumus membra eius: fm illud apostoli ad Galath. Omnes vnum estis in christo. Grego. nisenus. Decet autem querere qualiter in eodem tempore domin⁹ tripartitur seipsum in viscera terre: vt dixerat phariseis In paradisum dei: vt dixit latroni: in manus paternas vt nunc dicit. Sed recte cōsiderantibus hoc nec questione dignum videtur. nam qui vbiq̄ est p diuinam potentiam quolibet loco adest. Ambro. Commendatur ergo patri spiritus: sed cum sit in superioribus: illuminat et inferna: vt vniuersa redimantur: etenim christus omnia et in christo omnia. Gregori⁹ nisenus. Alia solutio est q̄ tempore passionis neutram partē humanitatis semel vnita diuinitas dimisit: sed animam de corpore sponte disiūxit: se tamen in vtroq̄ permanentē ostendit. nā per corpus in quo mortem suscepit: et cōfutauit mortis potentiam: per animam vero latroni parauit introitum paradisi. Dicit autem Isaias de superna hierusalem: que a paradiso nō est alia. Super man⁹ meas depinxi menia tua. vnde palam est q̄ existens in paradiso manus patris inhabitabat. Damasce. Vel expressius loquēdo in sepulchro erat fm corpus: in inferno fm animā: sed sicut deus et in paradiso cum latrone: et in throno erat cum patre et spiritusancto. Theophilus. Clamans vero alta voce expirauit: quia inerat ei potestas ponendi animā suam: et eam resumēdi. vnde sequitur. Et hoc dicens expirauit. Ambrof. q. d. Tradidit spiritum: quia nō inuitus amisit. quod enim emittitur: voluntarium est. qd̄ amittitur necessarium.

Notanda snīa.

¶ Videns autem centurio qd̄ factum fuerat: glorificauit deū dicens. Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorū qui simul aderant ad spectaculum

istud: et videbant que fiebant: percutientes pectora sua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius a longe: et mulieres que secute eum erant a galilea hec videntes.

¶ Augusti. quarto de trinitate. Cũ post illam vocem continuo tradidit spiritum: hoc maxime qui aderant sunt mirati. longa enim morte cruciabantur ligno suspensi. vnde dicitur. Uidens autem centurio quod factum fuerat: glorificauit deum dicens. Uere hic homo iustus erat. Augusti. de consen. euangel'. Non est autem contrarium q̃ mattheus viso terremotu: dicit admiratum cẽturionem: cum Lucas dicat hoc eũ admiratum fuisse: q̃ emissa illa voce expirasset: ostendens quam potestatem habuit quando moreretur. In eo autẽ quod Mattheus dixit: non solum viso terremotu: sed addidit et his que fiebant integrum locum fuisse demonstrauit luce: vt diceret ipsum domini mortem fuisse miratum. Quod autem Lucas etiã ipse dixit. Uidens autem centurio quod factũ erat: in eo genere inclusit omnia que facta erant: in illa hora mirabiliter tanq̃ vnũ mirabile factum commemorans: cuius quasi membra et partes erant omnia illa miracula. Quod autem alius dixit centurionem dixisse. Uere filius dei erat iste. Lucas autem ait q̃ iustus erat: putari potest diuersum. sz vel vtrunq̃ dictum a centurione debemus intelligere: ⁊ aliud illũ: ⁊ aliud istum cõmemorasse. vel fortasse lucam exprimere sententiaz centurionis: quomodo dixerit iesum filium dei, forte enim non eum vnigenitũ equalem patri centurio intellexerat. Sed ideo filium dei dixerat: q̃ iustum crediderat: sicut multi iusti dicti sunt filij dei. Jam vero quia Mattheus addidit eos qui cũ centurione erant: Lucas vero hoc tacuit non est contrarium: cum alius dicit quod alius tacet: ⁊ Mattheus dixit. Timuerunt valde. Lucas autem non dixit Timuit. sed glorificauit deuz: quis non intelligat deũ timendo glorificasse? Theophi. Nũc autẽ videtur effectũ sortiri quod dominus dixerat. Cũ exaltatus fuero: omnia ad me trahã. Exaltatus nanq̃ in cruce attraxit latronem et centurionẽ: sed et quosdã iudeorũ de quibus sequitur. Et omnis turba eorũ qui simul aderãt ad spectaculum istud: et videbant que fiebãt percutiẽtes pectora sua reuertebãtur. Beda. Qđ percutiebant pectora: quia penitentie luctus indiciũ est: potest dupliciter itelligi. siue eũ cuius vitam dilexerunt iniuste occisum dolebant: siue cuius mortem se ipetrasse meminerant: hunc in morte amplius glorificatũ tremebant. notandũ autem q̃ gentiles deuz timentes: aperte cõfessionis voce glorificant: iudei percutientes solum pectora: silẽtes domũ redeunt. Ambros. O duriora satis pectora iudeorum. Judex arguit: credit minister: proditor scelus suũ morte condemnat: elementa fugiunt: terra concutitur: monumenta referãtur: iudeorum tamen imobilis duricia manet orbe concusso. Beda. Unde merito per cẽturionẽ fides ecclesie designatur: que dei filiũ taceute synagoga confirmat. Impletur autẽ quod dominꝰ patri conqueritur dicens. Elõgasti a me amicum et proximũ: ⁊ notos meos a miseria. vnde sequitur. Stabant autẽ omnes noti eius a lõge. Theophilus. Sed feminarũ genus olim maledictũ: manet et videt hec omnia. Sequitur enim. Et mulieres que secute erant eum a galilea hec videntes. Et sic prime refocillantur iustificationes: et benedictione a passione profluente sicut et resurrectione.

Implecio verbi dñi.

Cõcentꝰ euangelicus.

Judeorũ duricia.

¶ Et ecce vir nomine Joseph qui erat decurio vir bonus et iustus: hic non consenserat cõsilio et actibus eorum: ab arimathia ciuitate iudee: qui ex-

pectabat et ipse regnum dei.
Hic accessit ad pilatum et pe=
tiit corpus iesu:et depositu3 in
uoluit in syndone:et posuit eu3
in monumẽto exciso:in quo nõ
dum quisq3 positus fuerat. Et
dies erat parasceues:et sabba
tu3 illucescebat. Subsecute au
tem mulieres que cum eo vene
rant de galilea viderunt monu
mẽtum:et quemadmodum po
situm erat corpus eius:ꝛ reuer
tentes parauerunt aromata et
vnguenta : et sabbato quidem
siluerunt ẜm mandatum.

¶ Grecus. Fuerat quãdoq3 ioseph
occultus christi discipulus . deniq3
vinculu3 timoris rumpens feruen=
tior factus dominicu3 corpus turpi
ter pendens a ligno deposuit:com
parans preciosam margaritam ver
boru3 modestia. vnde dicitur. Et ec
ce vir nomine ioseph qui erat decu
rio. Beda. Decurio vocatur ꝙ sit de
ordine curie:et officia curie admini
stret:qui etia3 curialis a procuran
do munera ciuilia solet appellari.
Magne ergo ioseph dignitatꝭ apð
seculum : sed maioris apud deũ me
riti fuisse laudatur. vnde sequitur.
Uir bonus ꝛ iustus. hic non consen
serat consilio et actibus eorum : ab
arimathia ciuitate iudee. Arima=
thia ipsa est ramatha ciuitas hel=
cane et samuelis. Augusti. de con.
euange. Dicit autẽ ioannes ꝙ erat
discipulus iesu. vnde et hic subdi=
tur. Qui expectabat et ipse regnu3
dei. Merito autem monet. Cur ille
qui propter timorem occultus erat
discipulus:ausus sit petere corpus
eius : quod nullus eorum qui eum
palam sequebantur auderet . Se=
quitur enim. Hic accessit ad pilatũ:
et petiit corpus iesu. Sed intelligen
du3 est istum fiducia dignitatis hoc
fecisse:qua preditus poterat fami=
liariter intrare ad pilatũ. In extre
mo autem illo officio funeri exhi=

Joseph
iusticia.

bendo minus videtur curasse de iu
deis : quãuis soleret in domino au
diendo coru3 inimicitias deuitare.
Beda. Sic igitur per iusticiam me=
ritoru3 sepeliendo corpori domini=
co, dignus fuit per nobilitatem po=
tentie secularis illud impetrare. vn
de sequitur. Et depositu3 inuoluit
in syndone . Ex simplici sepultura
domini ambitio diuitum condem=
natur : qui nec in tumulis quidem
possint carere diuitijs. Athanasi⁹.
Enormiter etiam agũt qui condiũt
corpora mortuorum et ea non sepe=
liunt etiam si sancta sint : quid eni3
sancti⁹ aut maius domini corpore?
quod tamen in monumento positu3
est:donec die tertia resurrexit. Seq
tur eni3. Et posuit eum in monumẽ
to exciso. Beð. Scilicet de petra:ne
si ex multis lapidibus edificatum
esset post resurrectione3 suffosis tu
muli fundamentis ablatus furto
diceretur. In nouo etiam ponit mo
numento. Nã sequitur. In quo non
dum quisq3 positus fuerat : ne post
resurrectionẽ ceteris corporibus re
manentibus:surrexisse alius suspi
caretur : quia vero sexta die homo
factus est. recte dominus sexta die
crucifixus humane reparatiõis im
pleuit arcanum. vnde sequitur. Et
erat dies parasceues:quod prepa=
ratio interpretatur : quo noie sextã
feriam appellabãt:quia ea die que
in sabbatu forent necessaria prepa
rabant:qꝛ vero septimo die requie=
uit cõditor ab opere suo. Sabbato
dñs in sepulchro requieuit. vnde se
quitur. Et sabba. illucescebat. Su=
pra autẽ legimus:qꝛ stabãt oẽs no=
ti eius a longe:ꝛ mulieres que secu
te erãt eu3. his ergo notis iesu post
depositum eius cadauer ad sua re
meantibus:sole mulieres que arti⁹
amabant funus subsecute:quo po=
neretur inspicere cupiebãt. Sequi=
tur eñ. Subsecute autẽ mulieres q̄
cu3 ipso venerãt de galilea viderũt
monumentu3 : et quẽadmodũ posi.
erat cor. eius. vt sc3 ei tempore con=
gruo munus possent sue deuotiõis

Sepul
tura sui
detur.

Para=
sceues
ratio.

offerre. Theophi. Necq tamē fidē debitā adhuc habebāt: sꝫ quasi puro homini aromata ⁊ vnguenta parabāt more iudeo: ū: qui talia exhibebant defunctis. vnde sequit. Et reuer. parаue. aroma. et vnguēta. Beda. Sepulto enim dño q̄diu licebat operari. i. vsq ad solis occasuꝫ vnguentis preparandis erant occupate. Mandatū autē erat: vt sabbati silentiū. i. quies a vespera vsq ad vesperā seruaretur. Sequitur em. Et sabbato quidē siluerunt sm mādatuꝫ. Ambro. Mystice autē iustus christi corpus sepelit. Talis est em christi sepultura que fraudē iniquitatē q non habeat. Merito aūt mattheus hunc diuitē dixit. suscipiendo em diuitem nesciuit fidei paupertatē. iustus corpus xp̄i operit syndone. vesti ⁊ tu dñi corpus gloria sua: vt et ipse sis iustus. ⁊ si mortuuꝫ credis: operi tamē diuinitatis plenitudine sue: sed ⁊ vestit ecclesia innocētie gratia. Beda. Ille etiā in syndone mūda inuoluit iesuꝫ: q̄ pura mēte euꝫ susceperit. Amb. Nec ociose alius euāgelista monumentū nouū dixit: ali⁹ monumentū ioseph. etem tumul⁹ his parat qui sub lege sunt mortis: victor mortis tumulū suū nō habet. Que enīꝫ cōicatio tumulo et deo? solus em tumulo includitur: q2 mors xp̄i et si sit cōis sm naturam: specialis est sm virtutē. Bñ aūt xp̄s in monumēto cōditur iusti: vt iusticie habitatione requiescat. monumentuꝫ em hoc in duricie gentilis petra iustus excidit penetrali verbi vt pretenderet in nationibus virtus xp̄i: cuiꝫ pulcherrime admot⁹ est lapis. Quicūq in se bñ humauerit xp̄ꝫ diligenter custodiat ne eū perdat: ne ve perfidie sit ingressus. Beda. Qd autem domin⁹ sexta die crucifigitur: septima in sepulchro quiescit: significat q in sexta mundi etate nos p domino pati: et velut mūdo crucifigi necesse est. in septima vero id est post mortē: corpora quideꝫ intumulis: anime vero cuꝫ domino requiescunt vsq huc et mulieres sancte id

Nota mysterium.

est anime humiles dilectione feruētes passioni xp̄i diligēter obsequuntur. ⁊ si forte valeāt imitari: sedula curiositate quo ordine sit eadē passio cōpleta perpēdunt: qua lecta. audita. recordata. mox ad paranda se opa⁹ tutū qb⁹ xp̄o delectet puertūt: vt futura p̄ntis vite pasceue ⁊ rede btā: tpe resurrectiōis occurrere xp̄o valeāt cum aromatibus spiritualiū actionum.

Capitu. xxiiij.



Na autem sabbati valde diluculo venerūt ad monumentuꝫ portantes que parauerāt aromata: et inuenerunt lapidem reuolutum a monumento: ⁊ ingresse non inuenerunt corpus domini iesu. Et factum est duꝫ mente cōsternate essent de isto: ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem et declinarent vultum in terram dixerunt ad illas. Quid queritis viuentem cum mortuis? Non est hic: sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis cum adhuc in galilea esset dicens. Qꝛ oportet filiuꝫ hominis tradi in manus hominum peccatorum et crucifigi: et die tertia resurgere. Et recordate sunt verborum eius: et regresse a monumento nunciauerunt hec omnia illis vndecim: et ceteris omnibus. Erat autēꝫ maria magdalene et ioanna: et maria iacobi: et cetere que cuꝫ eis erāt: q̄ dicebāt ad apostolos hec. Et visa sūt añ illos sicut delyramētū verba ista: ⁊ nō crediderūt illis. Petr⁹ autē surgēs cucurrit ad monumentū: et procūbēs vi

dit lintheamina sola posita: et abiit secum mirans quod factum fuerat.

¶ Beda. Religiose mulieres nō solū in die parasceue sꝫ etiā sabbato trāsacto .i. sole occidēte: imo ꝛ vt operandi licētia remeauit emerūt aromata: vt veniētes vngerent corpus iesu: sicut Marcus testat̃: hoc occupāte tamē iā noctis articulo monumētū adire nō valuerunt. Et ideo dicitur. Una aūt sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum: portantes que parauerant aromata. Una sabbati siue prīa sabbati. prima est a sabbato quā dicē dñicam ꝑpter dñi resurrectionē mos christianus appellat. Quod autē valde diluculo mulieres venere ad monumentū: magnus querēdi et inueniēdi dñm feruor charitatis ostēditur. Ambro. Sed magna oritur hoc loco plerisqꝫ dubitatio: siquidē hic valde diluculo. Mattheus vespere sabbati mulieres ad monumentū venisse dixerunt. sed euangelistas de diuersis putes dixisse tēporib⁹. vt pmas alias mulierū ꝛ alias cōijcias visiones. Qđ aūt scriptū est. Uespere autē sabbati que lucescit in pma sabbati resurrexisse dñm. sic temperandū est: vt neqꝫ mane dominica q̄ est prima post sabbatū: neqꝫ sabbato resurrectio facta credat̃: nā quomō triduū cōplet̃? Nō ergo vesperascēte die: sed vespere noctis resurrexit. Deniqꝫ grecus Sero dixit. Sero autē: et horā significat in occasu diei ꝛ rei cuiuslibet tarditatē: quomodo si dicas. Sero. mihi suggestum est. Est ergo et sero tēpus noctis ꝑfundum. vnde ꝛ mulieres ad monumētū accedendi habent facultatē custodibus quiescētibus. Et vt scias nocte factū: mulieres alie sciunt: alie nesciunt. sciunt que obseruant noctibus et diebus: nesciunt que recesserunt. Nescit vna maria magdalene ꝺm ioannē. nā eadꝫ ꝛ ante scire et postea nescire non potuit. ergo si plures marie: plures etiā fortasse Marie magdalene: cū illud nomen ꝑsone sit: hoc sumat̃ a loco. Augu. de consen. euāgelistarū. Uel Mattheus a pma parte noctis quod est vespere: ipsam voluit noctem significare: cuius noctis fine venerūt ad monumentum. et hoc ea de causa: quia iam a vespere parauerant: et licebat afferre aromata: transacto sabbato. Euse. Jacebat autē organū verbi extinctū: magnus vero lapis claudebat sepulchrū: q̄si mors eū duxisset captiuū: sed nōdū lapso triduo vita se ꝑmit iteꝝ post sufficiētē mortis ostensionē. vnde sequitur. Et inuenerunt lapidē reuolutum a monumēto. Theophi. Nam Angelus reuoluerat eum. vt testat̃ Mattheus. Chryso. Amot⁹ est aūt lapis post resurrectionē ꝑpter mulieres: vt credant resurrexisse dominū videntes monumentū vacuū corpore. vnde sequitur. Et ingresse non inuenerunt cor. do. iesu. Cyril. Cū igitur non inuenissent corpus christi quod resurrexerat: ducebantur diuersis cogitationibus: ꝛ propter amorem christi ꝛ adhibitā sollicitudinem meruerunt visionē angelicā. Sequitur enim. Et fac. est dum mente consternate essent de isto: ecce duo viri steterunt iuxta illas in veste fulgenti. Euse. Jocunditatis et gaudij indicia salutifere resurrectionis: ꝛ fulgentes amictus prestātes. Moyses enim plagas egyptijs preparās in flamma ignis angelū perspexit: sꝫ non tales visi sunt mulieribus in sepulchro: sꝫ mites ꝛ hylares: quales decebat conspici in regno ꝛ gaudio dñi. Et sicut in passione eclypsatus est sol: meroris et angustie signa ꝑmēs crucifigentibus filium dei: ita angeli vite ac resurrectionis precones habitum salutiferi festi candidati designabant. Ambro. Sed quo Marcus vnū iuuenē in albis sedentem. Mattheus vnum. Joannes et Lucas duos angelos in albis sedētes visos esse memorauerūt? Augu. de consen. euangelista. Possumus intelligere vnum angelum visum a

Mulierū religio.

Concordia euāgelij.

Consensus euāgelistarum.

mulieribus: ⁊ secundū Marcum et secundū Mattheū: vt eas ingressas in monumentum accipiamus scȝ in aliquod spacium: quod erat aliqua materia cōmunitū ante illum sa rei sepulchri locū: atqȝ ibi vidisse angelū sedentē a dextris qđ dicit Marcus. deinde intus ab eis dū inspicerent locum in quo iacebat corp⁹ dñi visos duos alios angelos stantes: sicut dixit lucas locutos ad earūdē exhortandū animū et edificandam fidem. vnde sequitur. Cū time. au. et declina. vul. in ter. Beda. Sancte mulieres astātibus sibi angelis nō in terram cecidisse: sed vultū dicuntur in terram declinasse: nec quēpiā sanctorū legimus tempore dominice resurrectionis: vel ipsi domino vel angelis sibi visis terre prostratū adorasse. vnde mos obtinuit ecclesiasticus vt vel in memoriā dñice vel in nostre spē resurrectionis omnibus dñicis diebus ⁊ toto quinquagesime tēpore nō flexis genibus: sȝ declinatis in terram vultibus oremus. Non erat autem in monumēto: qui locus est mortuorum: querēdus ille qui ad vitam resurrexit a mortuis. Et ideo subdit. Dixerunt ad illas. s. āgeli ad mulieres. Quid queritis viuen. cum mor. non est hic sed surrexit. Die autem tertia sicut ipse inter discipulos tā viros ꝙ feminas p̄dixit resurrectiōis sue triūphū celebrauit. vnde sequit. Reco. quali. locu. est. vo. cū adhuc in galilea esset dicens. Quia opor. filiū homi. tra. in manus homi. pecca. ⁊ cruci. ⁊ tertia die resurgere. Die namqȝ parasceue hora nona spiritum tradens: vespere sepultus. mane prima sabbati resurrexit. Atha. Poterat siquidē stati suscitare corpus a morte. Sed dixisset aliquis eū nequaqȝ fuisset: vel non plene mortē ei inhesisse: et fortasse si resurrectio domini fuisset dilata: latuisset icorruptionis honor. Ut igitur corpus ostenderet mortuum vnius interpellationē dici passus est: ⁊ tertia die corp⁹ suū incorruptum demonstrauit. Beda.

Tridui xpi rō.

Unoxetiam die in sepulchro et duab⁹ noctibus iacuit: quia lucem sue simple mortis: tenebris duple nr̄e mortis adiunxit. Cyril. Instructe aūt mulieres angelorum affatibus accelerātes retulerunt discipulis. vñ sequitur. Et recordate sunt verborū eius. Et regresse a monumento: nūciauerunt hec omnia illis vndecim: ⁊ ceteris omnibus. Namqȝ femina que quondam mortis fuit ministra venerandum resurrectionis mysterium prima percepit ⁊ nūciat. Adeptum est igitur femineum genus ⁊ ignominie absolutionem et maledictionis repudium. Ambrosius. Mulieribus autē docere in ecclesia nō permittitur: sed domi viros suos interrogāt. Ad eos ergo femina mittitur qui domestici sunt. Que autē fuerit he mulieres ostēdit subdēs. Erat autem maria magdalene. Beda. Ipsa est soror lazari. Et ioānna vxor cuse procuratoris herodis. Et maria iacobi id est mater iacobi minoris et ioseph. Et communiter de aliis subditur. Et cetere que cum eis erant: que dicebant ad apostolos hec. Ut enim perpetui reat⁹ apud viros mulier opprobrium nō sustineret: que culpam viro transfuderat: transfudit ⁊ gratiam. Theo. Est autem naturaliter incredibile mortalibus resurrectionis miraculum. vnde sequitur. Et visa sunt añ illos sicut deliramētum verba ista: et non credebāt illis. Grec⁹. Quod non tam illorū infirmitas ꝙ nostra vt ita dicā futura firmitas fuit: ipsa namqȝ resurrectio illis dubitantibus per multa argumenta mōstrata est: que dum nos legentes agnoscimus: de eorum dubitatione solidamur. Theophi. Petrus autē hoc audiēs tollit moras et vadit ad monumentum: quia nec ignis nouit moras ingestus materie. vnde seqtur. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum. Euse. Solus enim ipse credit feminis dicētibus se angelos vidisse. et cum esset eximii affectus pre ceteris sedulum se

promebat: passim circunspiciēs dominum. vnde sequitur. Et procumbens vidit sola lintheamina posita. Theophi. Cum autē ad monumētum fuisset hoc primo cōsecutus est vt miraretur que prius ab ipso vel ab alijs deridebantur. vnde sequitur. Et abijt secū mirans quod factum fuerat: id est apud se mirans rei euentū: qualiter sola lintheamina derelicta fuere corpore mirrha periuncto: vel quātam opportunitatem habuisset fur: vt hic semotim inuoluta dimittens circunstātibus militibus corpus auferret. Augu. de con. euangelista. Intelligitur autem hoc Lucas recapitulando posuisse de petro. tunc enim cucurrit petrus ad monumentum quādo et ioannes: cum tantūmodo a mulieribus precipue a maria magdalene nunciatum eis fuerat de corpore ablato. postea autē facta sunt hec de visione angelorum. Ideo autem lucas petrum solū commemorauit: quia illi primitus maria nunciauerat. Item potest mouere ꝙ petrum non intrantem: sed procumbentem dicit Lucas sola lintheamina vidisse et discessisse mirantem. cum Joannes dicat ita se lintheamina vidisse posita: ꝛ seipsū post petrū intrasse: Sed intelligendum est petrum primo procumbentē vidisse: quod Lucas cōmemorat. Joānes tacet. post autem ingressus est ātēꝙ Joannes intraret. Beda. Iuxta intellectum vero mysticum per hoc ꝙ mulieres valde diluculo veniunt ad monumētum datur nobis exemplum discussis vitiorū tenebris ad domini corpus accedere. nam et sepulchrum illud figuram dominici habebat altaris: in quo corporis christi mysteria non in serico: non in panno tincto: sed instar syndonis quo illud ioseph inuoluit in lintheo puro debēt cōsecrari: vt sicut ipse veram terrene nature substantiam pro nobis morti obtulit: ita et nos in commemoratione ipsius purum de terre germine candidūꝙ et multimodo

Petri āmiratio.

quasi mortificationis genere castigatum altari linum imponamus. Aromata autem que mulieres deferunt significant odorem virtutū et orationum suauitatem: quibus altari appropiquare debemus. Reuolutio autem lapidis insinuat reserationem sacramētorum: que tegebantur velamine littere legis: que in lapide scripta est: cuius ablato tegmine corpus domini mortuum non inuenitur: sed viuum euangelizatur: quia et si cognouimus secundum carnem christum: sed iam nūc non nouimus: quomodo autem posito in sepulchro corpore domini angeli astitisse leguntur: ita etiam tēpore consecrationis mysterij corporis christi assistere sunt credendi. Nos ergo exemplo deuotarum rerum quotiens mysterijs celestibus appropiquamus propter angelicā presentiam: seu propter reuerentiā sacre oblationis cum omni humilitate vultum declinemus in terram: nos cinerem et terram esse recolentes.

Mystica expositio sepulture

¶ Et ecce duo ex illis ibāt ipsa die in castellum quod erat in spacio studiorum sexaginta ab hierusalem nomine emaus. et ipsi loquebātur adinuicem de his omnibus que acciderant. Et factum est dum fabularentur: et secum quererent: et ipse iesus appropinquans ibat cū illis. Oculi autem eorum tenebantur ne eū agnoscerent: ꝛ ait ad illos. Qui sūt hi sermones quos confertis ad inuicem ambulantes: et estis tristes? Et respondens vnus cui nomē cleophas dixit ei. Tu solus peregrinus es in hierusalem: et non cognouisti que facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit. Que? Et dixerunt de iesu na-

zareno qui fuit vir propheta: potēs in opere et sermone: corā deo ꝛ oī populo. Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes et principes nostri in dānationem mortis et crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus: quia ipse esset redempturus israel. Et nunc sup hec omnia tertia dies est hodie ꝙ hec facta sunt. Sed et mulieres quedam ex nostris terruerunt nos que ante lucem fuerunt ad monumentum: et non inuento corpore eius venerūt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse: qui dicunt eum viuere. Et abierūt quidam ex nostris ad monumentum: et ita inuenerunt sicut mulieres dixerūt: ipsum vero non inuenerunt.

¶ Glo. Post manifestationez resurrectionis christi per angelos mulieribus factam: manifestatur vlteriꝰ eadem resurrectio per ipsius christi apparitionem discipulis. vnde dicitur. Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum. Theophi. Quidā alterum horum duorum lucam inquiunt esse. et ob hoc suum nomen occultasse. Ambrosius. Uel duobus discipulis seorsum dominus iā se vespere demonstrat scilicet ammaonite cleophe. Augu. de consen. euāgelista. Castellum autem illud non absurde accipimus etiam villam secundum Marcū potuisse appellari. Deinde castellum describit dicens. Qđ erat in spacio stadiorū sexaginta ab hierusalem nomine emaus. Beda. Ipsa est nicopolis

Emaus nicopolis.

ciuitas insignis palestine: que post expugnationē iudee sub marco aurelio antonio pñcipe restaurata cū statu mutauit et nomen. Stadium autem quod greci auctore vt dicsit hercule viarū spacia mensurat octaua est pars miliarij. Et ideo sexagina stadia septem milia passuum et quiquagita significat: quod spacium itineris eis qui de morte et sepultura domini certi gradiebātur de resurrectione domini dubij: nam resurrectionem que post septimā sabbati facta est octauo numero contineri nullus ambigit: Discipuli ergo qui de domino loquentes incedunt: sextum miliarium cepti itineris compleuerant: qꝛ illuz sine querela viuentē vsqꝫ ad mortē quā in sexta sabbati subijt puenisse dolebāt. Cōpleuerant ꝛ septimū: qꝛ hūc in sepulchro nō dubitabāt quieuisse. Sed de octauo dimidium tantuz pegerant: quia gloriam iam celebrato resurrectionis non credebant perfecte. Theophilus. Predicti autem discipuli loquebantur de his adinuicem que acciderant: nō quasi credētes: sed sicut stupentes in rebus extraneis. vnde seqtur. Et ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus que acciderant. Beda. Loquentes autem de se dominꝰ appropinquās comitatur. vt et fidem resurrectiōis mentibus eorum immittat et quod se facturum promiserat impleat: scilicet vt vbi sunt duo vel tres in nomine meo congregati: ibi sum in medio eorū. vnde sequitur. Et factū est dum fabularentur: et secum quererent: et ipse iesus appropinquās ibat cum illis. Theophilus. Obtento enim iam spiritali corpore nō obstat loci distantia quin adesset qđbꝰ volebat: nec vlterius naturalibus legibus corpus suum regebat: sed spiritaliter et supra naturam. vnde vt marcus dicit: sub alia forma eis videbatur in qua non concedebatur eis eius cognitio. Sequitur eñ Oculi autem eorum tenebantur: ne illū agnoscerent: vt scilicet totā suā dubiam intentionem reuelent: et vulnꝰ detegentes recipiant medicinam: et vt cognoscerent ꝙ quamuis corpus ipsum quod passum fuerat resurrexerit: nō tñ ampliꝰ tale erat vt esset omnibus visibile: sed tñ ab

Corporis gloriosi libertas.

his a quibus vellet videri: et vt nō dubitent quare decetero non conuersatur inter plebem: q.r.f. post resurrectionez cōuersatio ei⁹ nō esset digna hoib⁹: sed diuina magis: qđ ēt est forma resurrectionis future in qua sicut angeli conuersabimur et filij dei. Grego. in homi. Conuenienter etiam eis spēm quaz recognoscerent non ostendit: hoc agēs foris in oculis corporis quod apđ ipsos agebatur intus in oculis cordis. ipsi nanq apud seipsos intus et amabant et dubitabant. De se ꝗ loquentibus presentiam exhibuit: sed de se dubitantibus cognitionis sue spēm abscondit verba quidem eis contulit. Nam sequitur. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones ꝗs confertis adinuicem ambulantes et estis tristes? Grecus. Conferebant quidē inter se quasi non amplius expectantes christum viuētē sed dolorosi quasi perempto saluatore. vnde sequitur. Et respondens vnus cui nomen cleophas: dixit ei. Tu solus peregrinus es in hierusalem: et non cognouisti que facta sunt in illa his diebus. Theophi. quasi.d. Tu solus peregrin⁹: et extra confinia hierusalez habitans: et expers es eorum que in medio eius contigerunt vt hec ignoras? Beda Uel hoc dicit: qr peregrinem putabāt eū: cuius vultū non agnoscebant. ſʒ reuera pegrin⁹ erat eis: a quorum nature fragilitate percepta iam resurrectionis gloriā longe distabat: et a quorū fide vtpote resurrectionis ei⁹ nescia manebat extraneus. Sed adhuc domin⁹ interrogat: nā sequitur. Quibus ille dixit. Que? Et ponitur eorum responsio cū subditur. Et dixerūt ei: De iesu nazareno qui fuit vir propheta. Prophetam fatentur: filiuz dei tacent. Uel nonduz perfecte credentes: vel solliciti ne inciderēt in manus iudeorum persequentium quia nesciebant quis esset quod verum credebant celantes. Ad cuius commendationem subditur. Potens in opere et sermōe. Theo. Primo quidez est opus secūdo sermo. nullus enim doctrine sermo approbatur: nisi prius is qui docet: se ostendat auctorem: precedit enim opus aspectum. nam nisi mūdaueris intellectus speculum p opera: nō emicat decor optatus. Adhuc autē subditur. Corā deo et oī populo. Nam primo cōplacēdū est deo: deinde curandum quantū possibile est de innocentia apud hoīes vt precedēte diuino cultu viuamus sine scandalo plurimorū. Grec. Deinde assignātur causa tristitie: traditio et passio christi: cū sequit. Et quomō tradiderunt eū summi sacerdotes p̄ncipes nostri in dānationē mortis: et crucifixerunt eum. Subditur autē desperantium vox: cū dicitur. Nos autem sperabamus ꝙ ipse esset redempturus israel. Sperabamus inquit: non speram⁹: ac si more domini similis esset mortibus aliorū. Theophi. Expectabāt eni christuz saluaturum et redempturum populum israel ab ingruentib⁹ malis: et a seruitute romanorū ipsum quo ꝙ credebant terrenum regē fieri: quē putabāt promulgatā in se mortis sententiam cauere potuisse. Beda. Merito ergo tristes incedebāt quia et seipsos quodā modo arguebant: ꝙ in illo redemptionez sperauerint: quem iā mortuum viderāt: nec resurrecturum credebāt: et maxime dolebant eū sine causa occisū quem nouerant innocentē. Theo. Uidentur tamen hi viri non omnino increduli esse per hoc quod subditur. Et nūc super hec omnia tertia dies est hodie ꝙ hec facta sunt. In quo videntur habere memoriā eius ꝙ eis dominus dixerat se tertia die resurrecturuz. Grecus. Porro relatam a mulieribus resurrectionis famam commemorat: cum subditur. Sed et mulieres quedā ex nostris terruerunt nos: que ante lucem fuerunt ad monumentum et non inuento corpore eius venerunt dicentes se etiam visionem

Doctrina moralis.

Apostolorum diffidētia.

angelorum vidisse qui dicunt eum
viuere. Dicunt quidem hoc quasi
non credentes propter quod refe=
runt se territos: id est stupefactos
non enim quod erat eis relatum fir
mum estimabant aut angelicam il
luminationem fuisse: sed stuporis 7
turbinis causam inde sumebant.
Testimonium quoque petri non cer
tum estimabant dum diceret: se nō
vidisse dominum sed resurrectio=
nem eius conijcere ex eo q corpus
ipsius in sepulchro non iacebat. vñ
sequitur. Et abierunt quidam ex
nostris ad monumentum: et ita in
uenerunt sicut mulieres dixerunt:
ipsum vero non inuenerunt. Aug.
de concordantijs euangelistarum.
Cum autem lucas dixerit petrum
accurrisse ad monumentum: et cleo
pham dixisse: ipse retulerit q qui
daz eorum ierant ad monumentū:
intelligitur attestari ioanni: q duo
ierint ad monumentum: sed petrū
primo solum commemorauit: quia
illi primitus maria nunciauerat.

Concentus euāgelicus

¶ Et ipse dixit ad eos. O stul
ti et tardi corde ad credenduz
in omnibus que locuti sunt p
phete. Nonne hec oportuit pa
ti christum: et ita intrare in glo
riam suā? Et incipiens a moy
se et omnibus prophetis inter
pretabatur illis in omnib9 scri
pturis que de ipso erant. Et
appropinquauerunt castello
quo ibant: et ipse se finxit lon
gius ire. Et coegerūt illū dicē
tes. Mane nobiscū quoniā ad
uesperascit: et inclinata est iā
dies. Et intrauit cum illis. Et
factum est dū recumberet cū
eis accepit panem et benedi
xit ac fregit 7 porrigebat illis.
Et aperti sunt oculi eorum et
cognouerūt eum. Et ipse eua
nuit ex oculis eorum. Et dixe
runt adinuicem. Nonne cor nō
strum ardēs erat in nobis dū
loqueretur in via: et aperiret
nobis scripturas? Et surgētes
eadē hora regressi sunt in hie=
rusalē: et inuenerunt congrega=
tos vndecim et eos qui cū il=
lis erant dicētes q surrexit do
minus vere: et apparuit simo=
ni. Et ipsi narrabāt que gesta
erant in via: et quomō cogno
uerunt eū in fractione panis.

¶ Theophi. Quia predicti discipu
li nimia dubietate laborabant: do=
minus eos redarguit. vnde dicitur
Et ipse dixit ad eos. O stulti. Fere
enim eadem dixerant que et astan
tes cruci: Alios saluos fecit: seipsū
non potest saluum facere. Et tardi
corde ad credendum in omnibus q̄
locuti sūt pphete. Cōtigit ei crede=
re que locuti sūt pphete. pticulariē
quedā et non vniuersaliter omnia:
puta si aliquis credat que de cru=
ce christi dicuntur a prophetis: si=
cut est illud. Foderunt man9 meas
et pedes meos. que vero spectant
ad resurrectionem non credant: si=
cut est illud. Non dabis sanctum
tuum videre corruptionem. Decet
autem in omnibus fidem adhibe=
re prophetis tam in gloriosis que
de christo predixerunt: q̄ in inglorijs:
quia ex passione malorū est ingres
sus i gloriā. Unde sequitur. Nōne
hec oportuit pati christum: et ita in
trare in gloriam suam? scilicet fm
humanitatem. Isidorus. Sed et si
oportebat christum pati: tamen q̄
crucifixerunt rei sunt pene: non enī
satagebant perficere quod deus
disponebat. vnde et eorum execu=
tio fuit impia: dei vero dispensa=
tio prudentissima: qui nequitiam
eorum in beneficia generis huma=
ni conuertit: quasi vtens vipereis
carnibus ad antidoti salutiferi cō
fectione. Chrysostomus. Et ideo
dominus ostendit consequenter h

Prophetarū finitas.

omnia non euenisse simpliciter : sz
ex dei proposito an predestinato.
vnde sequitur. Et incipiens a moy=
se et omnibus prophetis interpre=
tabatur illis in omnibus scriptu=
ris que de ipso erant quasi diceret
Postq̄ estis tardi: ego promptos vos
reddā: mysteria scripturarum vo=
bis exponendo. Nam sacrificium
abrae cū ysaac dimisso immolatus
est aries. hoc prefigurauit. Sed et
in alijs scripturis propheticis spar
sim iacent mysteria crucis et resur
rectionis christi. Beda. Si autem
moyses et prophete de christo locu
ti sunt: et eum per passionez in glo
riam intraturuz predixerunt: quo=
modo gloriatur se esse christianuz
qui neq3 qualiter scripture ad chri
stuz pertineant inuestigat: neq3 ad
gloriam quam cum christo habere
cupit per passionez attingere desi=
derat. Greco⁹. Ut vero predixit euā
gelista. Tenebant oculi eorum ne
eum agnoscerent: donec sermo do=
mini mentem eorum moueret ad fi
dem: conuenienter opportunū aspe
ctum auditui subiungit. vnde seq̄t
Et appropinquauerunt castello q̄
ibant: et ipse finxit se longius ire.
Augustinus. de que. euangeli. Qđ
non ad mendacium pertinet. non
enim omne quod fingimus menda
cium est sed quando id fingimus
quod nihil est significat tunc mēda
ciuz est cum autem fictio nostra re
fertur ad aliquam significationez
non est mendacium sed aliqua fi=
gura veritatis : alioquin omnia
que a sapientibus et sanctis viris
Figere quo licitum. vel etiam ab ipso domino figurate
dicta sunt mendacia deputabun=
tur: quia secundum vsitatum intel
lectum non consistit veritas in tali
bus dictis. Sicut autem dicta: ita
etiam finguntur facta sine menda
cio ad aliquem rem significandaz.
Gregorius. in home. Quia ergo
adhuc in eorum cordibus peregri=
nus erat a fide ire se longius fin=
xit. Fingere namq3 componere di=
cimus. vnde et compositores luti
figulos vocamus. Nihil ergo sim=
plex veritas per duplicitatem fe=
cit: sed talem se exhibuit in corpo=
re qualis apud illos erat in men
te. Sed quia esse extranei a chari=
tate non poterant: hi cum quibus
charitas gradiebatur: eum ad ho
spitium quasi peregrinum vocant.
vnde sequitur. Et coegerunt illuz.
Ex quo exemplo colligitur: quia
peregrini ad hospitium non solum
inuitandi sunt. sed etiam trahen=
di. Glo. Nec solum factis eum co=
gunt: sed etiam verbis inducunt.
Sequitur enim. Dicentes. Ma=
ne nobiscum: quoniam aduespera
scit: et inclinata est iam dies: scili
cet ad occasum. Gregori⁹ in home.
Ecce autem cum per membra sua
christ⁹ suscipitur susceptores suos Doctrina moralis.
etiaz per semetipsum requirit. Se
quitur enim. Et intrauit cum illis.
Mēsam ponunt: cibos afferunt: et
deum quem in scripture sacre ex=
positione non cognouerant in pa=
nis fractione cognoscunt. Sequi=
tur enim. Et factum est dum recū=
beret cum illis accepit panem et be
nedixit ac fregit et porrigebat illis
et aperti sunt oculi eorum et cogno
uerunt eum. Chrysostomus. Qđ
non de sensibilibus oculis dictum
est: sed de sensu mentali. Augusti=
nus de concor. euangelistaruz. Ne
q3 enim clausis oculis ambulabāt:
sed inerat aliquid quo non sinerē=
tur agnoscere quod videbant: quod
scilicet caligo et aliquis humor effi
cere solet : non quia dominus non
poterat transformare carnem suā
et alia reuera esset effigies: quam
solebant intueri: quandoquidez et
ante passionem transformatus est
in monte: vt facies eius claresceret
sicut sol. Sed non ita nunc factum
est. non enim incongruenter accipi
mus hoc impedimentum in oculis
eorum a sathana fuisse ne agnosce
retur iesus: sed tantum a christo fa
cta est permissio vsq3 ad sacramen
tum panis: vt veritate corporis ei⁹
participata : remoueri itelligatur

impedimentum inimici: vt christus possit agnosci. Theophilus. Sed et aliud innuit: quod scilicet sumentibus sacrum panem aperiuntur oculi vt eum agnoscant. magnam enim et ineffabilem vim habet domini caro. Augustinus de que. euangelista. Uel quod dominus se ire longius finxit: cum comitaretur discipulis exponens sacras scripturas: vtrum ipse esset ignorantibus: significat quia hospitalitatis officio ad suam cognitionem peruenire posse homines intimauit: vt cum longius ipse ab hominibus abscesserit super omnes celos cum eis transit. qui hec exhibent seruis eius. Tenet ergo christum ne longius ab eo eat quisquis catherizatur verbo in omnibus bonis ei qui se catherizat communicat. Etenim isti cathetizati erant verbo cum exponeret eis scripturas. Et quia hospitalitatem secuti sunt eum quem in ipsa expositione scripturarum non cognouerunt in panis fractione cognoscunt. non enim auditores legis iusti sunt apud deum sed factores legis iustificabuntur. Gregorius in home. Quisquis ergo audita vult intelligere: festinat ea que iam intelligere potuit: opere implere. Ecce dominus non est cognitus dum loqueretur: et dignatus est cognosci dum pasci tur. Sequitur enim. Et ipse euanuit ex oculis eorum. Theophi. Non enim tale corpus habebat: vt diutius cum eis commorari deberet: et hoc pariter augeret affectum eorum. vnde sequitur. Et dixerunt adinuicem. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis: dum loqueretur in via et aperiret nobis scripturas? Orige. Per quod innuit quod prolati sermones a saluatore accendebant audientium cor ad amorem diuinum. Gregorius in ho. penthe. Ex audito enim sermone inardescit animus: torporis frigus recedit: mens superno desiderio fit anxia. Audire libet precepta celestia: et quot mandatis instruitur. quasi tot fascibus inflammatur. Theophilus. Ardebat ergo cor eorum vel igne verborum domini quibus intendebant tanquam veris. Uel quia eo differente scripturas: precellebatur intrinsecus cor eorum: quod ille qui differebat dominus esset. Adeo ergo letati sunt: vt nullam moram passi: mox reuersi sint in hierusalem. et hoc est quod sequitur. Et surgentes eadem hora regressi sunt in hierusalem. surrexerunt quidem eadem hora: peruenerunt autem per plures horas: sicut oportebat sexaginta stadia transeuntes. Augustinus. de concordantia euangelista. Jam autem fama erat quod surrexerat iesus a mulieribus facta: et a simone petro: cui iam apparuerat. Etenim isti duo hec inuenerunt loquentes illos ad quos in hierusalem venerunt. Sequitur enim. Et inuenerunt congregatos vndecim: eos qui cum ipsis erant dicentes quod surrexit dominus vere et apparuit simoni. Beda. Omnium enim virorum primo dominus apparuisse videtur petro ex his quos euangeliste quattuor et Paulus apostolus commemorauerunt. Chrysostomus. Non enim simul omnibus se manifestabat: vt fereret fidei semina: nam qui primo viderat et certus erat: aliis referebat. Deinde sermo prodiens preparabat animum auditoris visioni et ideo primo digniori et fideliori omnibus apparuit. Erat enim opus anime fidelissime: que prius acciperet hunc aspectum: vt minime turbaretur in opinata visione. Et ideo primo videtur a petro vt qui primo confessus est eum christum: primo resurrectionem videre mereatur: et etiam quia eum negauerat: prius et voluit apparere: consolans eum ne desperaret. Post petrum vero aliis apparuit: quandoque paucioribus: quandoque pluribus: quod duo discipuli confitentur. Sequitur enim. Et ipsi narrauerunt que gesta erant in via: et quomodo co-

Ignis verbo[rum] iesu.

Apparitio iesu facta petro.

gnouerunt eum in fractiōe panis. Aug. de cōcordā. euāgelista. Quod autē ait Marcus annūciauerūt ceteris: nec illis crediderūt cū Lucas dicat q̄ iā inde loquebātur vere resurrexisse dominū: quid intelligendum est: nisi aliquos ibi fuisse qui hoc credere nollēt.

¶ Dum autem hec loquuntur stetit iesus in medio eorum et dixit eis: Pax vobis. Ego sum nolite timere. Conturbati vero ⁊ conterriti estimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis ⁊ cogitationes ascendunt in corda vestra Uidere manus meas ⁊ pedes: quia ego ipse sum. Palpate: et videte: quia spiritus carnem ⁊ ossa non habet: sicut me videtis habere. Et cū hec dixisset ostēdit eis manus ⁊ pedes.

¶ Cyril. Undiq̄ resurrectionis fama per apostolos diuulgata: ⁊ affectu discipulorū erecto ad christi visionē venit desideratus: ⁊ q̄rentib⁹ ⁊ expectātib⁹ reuelat: nec disceptat vt de alio: sed euidēter se offert. vnde dicit. Dum hec aūt loquūtur stetit iesus in medio eorū. Aug. de cō. euā. Hāc ostēsionē dn̄i post resurrectionem ⁊ ioannes commemorat. Sz quod dicit ioannes. Nō cū illis fuisse apostolū thomā: cū sm̄ lucā duo illi regressi in hierusalē: inuenerūt cōgregatos vndecim p̄oculdubio intelligēdū est q̄ inde thomas

Cōcōr⁹ euangelista.

exierit anteq̄ dominus hec loquētib⁹ appareret. Dat eniz lucas locū in sua narratione quomodo possit intelligi dū h̄ loquerent: prius inde exisse thomā: ⁊ postea dominū intrasse nisi q̄s dicat nō illos vndecim q̄ iā tūc apl̄i vocabant: sz discip̄los illos .xi. fuisse ex m̄lto nūero discip̄lorū. Sz cū adiūcit lucas: Et eos qui cū ipsis erāt. Satis vtiq̄ declarauit eui dēti⁹ illos vndecim apostolos q̄ vocabant apostoli cū quib⁹ ceteri erāt. Sed videam⁹ cui⁹ mysterij grā sm̄ Mattheū ⁊ Marcū resurgēs ita mādauerit. Precedā vos in galileam ibi me videbitis. Quod ⁊ si cōpletū est tn̄ post multa cōpletū est: cū sic mādatū sit: vt aut hoc solū: aut hoc primū expectaretur fieri debuisse. Ambro. Unde hoc conuenienti⁹ arbitror q̄ dominus q̄dē mādauerit discipulis vt in galilea eū viderēt: sed illis ob metū intra cōclaue residentib⁹ primū se obtulisse. Grecus. Nec hoc est promissi trāsgressio: sed potius festinata ex benignitate impletio ꝓpter pusillanimitatē discipulorū. Ambro. Postea vero confirmatis animis vndecim illos galileā petisse. Uel nihil obstat si dicantur pauciores intra cōclaue: ⁊ in monte cōplures fuisse. Eusebius. Duo enim euangeliste: scilicet Lucas et Joannes: solis vndecim hunc scribūt apparuisse in hierusalē: ceteri vero duo in galileā properare nō solū vndecim: sed etiā vniuersis discipulis ⁊ fratribus dixerunt angelum ⁊ saluatorē vidisse: de quib⁹ ⁊ Paulus meminit dicēs. Deinde apparuit plus q̄ quingētis fratribus simul. Est autē verior solutio q̄ prius q̄ in hierusalē latitātibus semel aut bis visus est ad eorū cōsolatiōez: in galilea vero nō in conclaui: aut semel aut bis: sed cū multa ptāte ostēsionē sui fecit: prebens se eis viuentem post passionem in signis multis vt lucas testat in actibus. Augu. de cō. euā. Uel quod ab angelo hoc est a domino dictum est: prophetice accipiendum est. In galilea enim sm̄ transmigrationis significationem intelligendum occurrit: quia de populo israel transmigraturi erant ad gentes: quib⁹ apostoli predicantes non crederent nisi ipse dominus viam in cordib⁹ hominum prepararet. ⁊ hoc intelligitur. Precedet vos in galileam. Secundum autem illud q̄d galilea interpretatur reuelatio: non iam in forma serui intelligendum est:

sed in

Anagogica et Positio.

sed in qua est equalis patri quam promisit electo:ibus suis:illa erit reuelatio tanquam vera galilea cum videbimus eum sicuti est. Ipsa etiam erat beatior transmigratio ex isto seculo in illam eternitatem. vnde ad nos veniens non recessit:et quo nos precedens non deseruit. Theophi. Primo igitur dominus in medio discipulorum stans solito pacis affatu eorum turbinem sedat ostendens quod ipse idem est magister eorum qui hoc verbo gaudebat:quo etiam eos muniuit cum ad predicandum misit. vnde sequitur. Et dixit eis. Pax vobis:ego sum:nolite timere. Cyrillus. Pudeat ergo nos pacis munus deserere : quam nobis hinc ascendens christus reliquit. Pax et res et nomen dulce quam et dei esse accepimus:iuxta illud. Pax dei. et eius esse deum:iuxta illud. Deus pacis ipsam esse deum:iuxta illud. Ipse est pax nostra. Pax bonum commendatum ab omnibus:obseruatum autem a paucis. Que ante est causa? Fortassis ambitio dominandi aut fastus: aut liuor aut odium aut contemptus:aut aliquid huiusmodi ex his que dei ignaros videmus incurrere. Dei quippe precipue pax est que confederat omnia :cuius nihil est adeo proprium sicut vnitas natureet pacificus status. Transmittitur vero ab angelis et diuinis potestatibus :que ad deum et adinuicem pacifice se habent. Diffunditur vero per totam creaturam: cuius est decor tranquillitas : in nobis autem manat secundum animam quidem per inuestigationem virtutum et communicationem: secundum corpus vero in membrorum et elementorum commensuratione:quarum alterum pulchritudo alterum sanitas appellatur. Beda. Discipuli autem nouerant christum verum hominem:cum quo tanto tempore fuerant conuersati : sed postquam mortuus est non credunt tertia die potuisse veram carnem de sepulchro resurgere. Putant ergo se videre spiritum quem emisit in passione. vnde sequitur. Conturbati vero et conterriti : existimabant se spiritum videre. Error ille apostolorum secta est manicheorum. Ambrosius. Adducti autem virtutum exemplis petrum et ioannem non credimus potuisse dubitare. Cur ergo inducit fuisse turbatos. Primo omnium quia paucorum opinionem sententiis maiorum partis includit. Deinde quia et si petrus de resurrectione crediderat:turbari tamen potuit:quod se dominus cum corpore vectibus obseruatis improuisus infunderet. Theophilus. Uerum quia per verbum pacis non est sedatus turbo in animabus discipulorum. aliunde indicat eis se filium dei esse:qui mentis cognoscebat arcana. vnde sequitur. Et dixit eis. Quid turbati estis:et cogitationes ascendunt in corda vestra? Beda. Quales vtique cogitationes nisi false et perniciose? Perdidit enim christus fructum passionis:si non esset veritas resurrectionis:tanquam bonus agricola diceret quod ibi plantaui inueniam:id est fidem que in cor descendit:quia desuper est. Cogitationes autem iste non desuper descenderunt:sed de imo in cor sicut herba male ascenderunt. Cyrillus. Hoc autem fuit euidentissimum signum:quod non alius est qui videtur:sed ille idem quem viderant in ligno mortuum:et positum in sepulchro: quem non latebat aliquid eorum que erant in homine. Ambrosius. Consideremus autem qua gratia secundum ioannem apostoli crediderunt:qui gauisi sunt secundum lucam qui increduli redarguuntur. Et videtur mihi ioannes quasi apostolus maiora et altiora tetigisse hec sequentia : et humanis proxima hic historico vsus circuitu:ille compendio:quia et de illo dubitari non potest:quia testimonium perhibet de his quibus ipse interfuit : et ideo vtrunque verum putamus. Nam et si in primo lucas eos non credidisse

Pacis laus.

Euidens signum christi resurgentis

dicat: postea tamen credidisse demonstrat. Cyril. Comprobans aut dominus devictam esse mortem et humanam naturam iam in christo corruptionem exuisse primo ostendit eius manus et pedes et clavorum foramina. vnde subdit. Uidete manus meas et pedes quia ego ipse sum. Theophi. Sed et aliud subiungit: palpationem scilicet manuum atque pedum: cum dicit. Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet: sicut me videtis habere quasi diceret. Uos putatis me esse spiritum id est phantasma sicut plures defunctorum circa sepulchra videri sunt soliti. Sed scitote quod spiritus neque carnem habet: neque ossa. ego autem carnem et ossa habeo. Ambrosius. Hoc autem dominus ideo dixit: vt speciem nobis sue resurrectionis ostenderet: nam quod palpatur corpus est. In corpore autem resurgemus: sed illud subtilius: hoc crassius: vtpote adhuc terrene labis qualitate concretum. Non ergo per incorpoream naturam: sed per resurrectionis corporee qualitatem christus clausa penetrauit. Grego. xiiii. moral. Non enim in illa resurrectionis gloria corpus nostrum erit impalpabile: et ventis aereque subtilius: vt euticius dixit: sed subtile quidem per effectum spiritalis potentie: palpabile autem per veritatem nature. Sequitur et cum hec dixisset: ostendit eis manus et pedes. Beda. Quibus scilicet indata clauorum vestigia clauere: sed secundum ioannem etiam latus eius ostendit: cum fuerit lancea perforatum: vt scilicet ostensa vulnerum cicatrice dubietatis eorum vulnus sanaret. Solent autem in hoc loco gentiles calumniam struere: quasi non valuerit dominus vulnera sibi inflicta curare. Quibus respondendum est: quia non est consequens: vt qui maiora fecisse probatur: minora facere nequiuerit: sed certe dispensationis gratia qui mortem destruxit: signa mortis delere noluit: primo quidem

Eutitii error damnatur.

vt per hoc discipulis fidem sue resurrectionis astrueret: deinde vt patri pro nobis supplicans quale genus mortis pro homine pertulerit semper ostendat: tertio vt sua morte redemptis quam misericorditer sit adiuti, propositis eiusdem mortis indiciis insinuet. postremo vt in iudicio quam iuste damnentur impii denunciet.

¶ Adhuc autem illis non credentibus et mirantibus pre gaudio dixit. Habetis hic aliquod quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi: et fauum mellis. Et cum manducasset coram eis: sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Hec sunt verba que locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis de me.

¶ Cyrillus. Ostenderat dominus discipulis manus et pedes: vt certificaret discipulos quod corpus quod passum fuerat resurrexit. Ut adhuc autem magis certificaret: aliquid manducabile petiit. vnde dicitur. Adhuc autem illis non credentibus et mirantibus pre gau. dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur. Gregorius nissenus. Et iussu quidem legis pascha cum amaricantibus edebatur: quia adhuc amaritudo manebat: post resurrectionem vero cibus fauo mellis dulcoratur. vnde sequitur. At illi obtulerunt ei partem piscis assi: et fauum mellis. Beda. Ad insinuandum ergo resurrectionis sue veritatem: non solum tangi a discipulis: sed etiam conuesci cum illis dignatur: ne arbitrentur eum non solide: sed imaginabiliter sibi apparere. vnde sequitur. Et cum manducasset coram eis sumens reliquias dedit eis. Manducauit quidem potestate non ex necessitate. Aliter enim absorbet

Nota mysterium allegorie.

aquam terra sitiens: aliter sol calens: illa indigentia iste potentia. Greci. Si damus dominum vere comedisse: demus et omnes homines post resurrectionem vti cibozū fomentis. Sed que ex quadam dispensatione fiunt a saluatore: non sunt regula et norma nature: quoniam in quibusdam aliis dispensauit. Resuscitabit enim nostra corpora incorrupta: qui tamen dereliquit proprii corporis foramina: que clavi forauerant et lateris cicatricem: vt ostendat quod mansit post resurrectionem natura corporis nec est in aliam mutatus substantiam. Bed. Manducauit ergo post resurrectionem: nō quasi cibo indigens: nec quasi in resurrectione qua expectamus cibis egere significās: sed vt eo modo naturam corporis resurgentis astrueret. Mystice autem piscis assus quem christus comedit: significat christum passum: ipse enim latere dignatur in aquis generis humani. Capi voluit laqueo mortis nostre: et quasi tribulatione assatus est tempore passiōis sue. sed fauus mellis nobis extitit in resurrectione. In fauo quidem mellis vtranque naturā exprimere voluit persone sue. Fauus quippe mellis in cera est: mel vero in cera est diuinitas in humanitate. Theophi. Videntur autem et comesta aliud habere mysterium: quod enim manducauit partem piscis assi: significauit quod naturam humanam in huius vite mari natantem assans eam igne proprie deitatis et exiccans eius humiditatem: quam a profundis vndis contraxerat: escam fecit diuinam: et eam que prius erat abominabilis preparauit deo cibum suauem: quod significat fauus mellis. vel per piscem assum significat vitam actiuam cōsumentem nostram humiditatem laborum prunis contemplationem vero significat per fauum mellis: propter dulcedinem eloquiorū dei. Beda. Postquam autem visus est et tactus et māducauit ne aliquos sensus humanos ludificasse videretur misit manus ad scripturas. vnde sequitur: Et dixit ad illos. Hec sunt verba que locutus sum ad vos: cum adhuc essem vobiscum. id est cum adhuc essem in carne mortali in qua estis et vos. tunc quidem in eadem carne resuscitatus erat: sed cum illis in eadem mortalitate non erat. et subdit. Quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis de me. Augusti. de con. euangelista. Illud attendant qui magicis artibus christum tāta potuisse et nomē suum ad apostolos in se ꝯuertēdos arte ipsa consecrasse delyrant vtrū potuit magicis artibus prophetas diuino spiritu antequam in terra nasceretur implere. Neque enim si magicis artibus fecit vt coleretur et mortuus magus erat antequam natus cui prophetando venturo gens vna deputata est.

¶ Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas: et dixit eis. Quoniam sic scriptū est: et sic oportebat christum pati: et resurgere a mortuis tertia die: et predicare in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes incipientibus ab hierosolyma. Vos autem testes estis horū: et ego mittā promissum patris mei in vos. Vos autem sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto. Beda. gutio heretcorum.

¶ Beda. Postquam prebuit se videndū oculis: manibus contractandum: legis commemorauit scripturas: consequenter aperuit sensum: vt intelligatur quod legitur. vnde dicitur. Tūc aperuit illis sensum: vt itelli. scri. Theo. Alioquin quō eorū aīa turbata et vacillās circa xpi mysteriū studuisset: sed et verbis eos docuit. Sequitur. Et di. eis: quoniam sic scri. est: et sic opor. xpm pati. s. per lignū crucis. Beda. Perdidit autem christus fructū pas

Resur= ectiõis utilitas

sionis:si non esset veritas resurre= ctionis. vnde subdit. Et resurgere a mortuis die tertia. Deinde post cõ= mendatã sui corporis veritatem:cõ mendat ecclesie vnitatẽ cum subdit. Et predicare in nomine eius penitẽ tiam et remissionẽ peccatorũ in om nes gentes. Euse. Dictum em̃ erat. Postula a me:⁊ dabo tibi gentes he reditatẽ tuam. Oportebat autẽ con uersos ex gentibus expiari a quoli bet contagio et macula ipsius virtu te:qua si contaminatos ab errore de monũ:ydolatrie:⁊ quasi nuper con uersos a vita execrabili et impudi= ca. et ideo dicit:ꝙ oportet predicari prius quidem penitẽtiam:consequẽ ter remissionẽ peccatorũ in oẽs gen tes. Eis em̃ qui priusꝗ̃ veram ostẽ derunt malorum penitentiã:salubri gratia veniã commissorum donauit: pro quibus ⁊ mortem subijt. Theo. In hoc vero ꝙ dicit. Penitentiam ⁊ remissionem peccatorũ:etiam de ba ptismate meminit:in quo per depo sitionẽ priorum scelerũ subsequitur venia peccatorũ. Sed quo pacto in= telligetur in solo christi nomine ba ptisma fieri : cum alibi mandet hoc fieri in nomine patris et filij et spiri tussancti?Et primo quidem dicim⁹ ꝙ non intelligit ꝙ in solo christi no

Resolu= tio pul= chra.

mine fiat baptisma:sed ꝙ christi ba ptismate aliquis baptizetur.i.spiri taliter nõ iudaice nec tali quali Joã nes baptizabat ad solam penitẽtiã: sed ad spũs almi participationem. sicut et christus in iordane baptiza= tus.ostendit spm̃ sanctum in specie columbina. Porro baptisma in chri sti nomie.i.morte christi intelligas: sicut em̃ ipse post mortẽ triduo re= surrexit:sic et nos ter in aquã mer= gimur:et conuenienter emergimus incorruptibilitatis spiritus arram recipientes. Hoc etiam christus no= men continet in se : et patrem quasi vnctorem et spm̃ quasi vnctionem:⁊ filium quasi vnctũ:scilicet ꝭm huma nam naturam. Nõ aũt decebat am plius bipartitũ esse humanũ genus in iudeos et gentiles. Et ideo vt om

nes in vnũ vniret mandauit incipe re sermonẽ a hierusalẽ:et ad gẽtes terminari. vnde sequitur. Incipi. ab hierusalem. Beda. Non solũ quia credita sunt illis eloquia dei et eoꝝ est adoptio filiorum et gloria:verum etiam vt gentes varijs erroribus im plicate hoc maxime indicio diuine pietatis ad spem venire prouocent: ꝙ eis qui filiũ dei crucifixerunt ve= nia concedetur. Chrysosto. Insuper ne dicerent aliqui : ꝙ omissis notis iuerunt se ostẽsuros ad extraneos. Ideo prius apud ipsos occisores pã dunt resurrectionis signa in eadem ciuitate : in qua prorupit temerari⁹ ausus. Ubi enim crucifixores crede re videntur:resurrectio plurimũ de monstratur. Euseb. Qd si ea q̃ chri= stus predixit tam fortiũtur effectũ: et verbum eius viuum et efficax p vniuersum mundũ oculata fide per spicitur tempus est non incredulos esse erga eum qui protulit verbum: cum enim necesse est diuinã vitam ducere:cuius opera viuida verbis consona ostendũtur:que quidẽ mini sterio:apostolorum impleta sunt. vn= de subdit. Uos autẽ estis testes ho rum:mortis scilicet ⁊ resurrectiõis. Theophi. Consequenter ne turbati cogitarent quomodo nos homines ydiote testimoniũ perhibebim⁹ gẽ= tibus et iudeis qui te occiderũt sub iũgit. Et ego mitto promis. pa. mei in vos:quod scilicet per iohelẽ pro miserat dicens. Effundam spiritum meũ super omnẽ carnem. Chrysost. Sicut autẽ milites inuasuros mul= tos nemo dux exire sinit donec ar= mati sint:et sic discipulos ante spiri tus descensum:ad conflictum regre di non permittit. vnde subdit. Uos autem sedete in ciui. quoadusꝗ̃ in= dua. vir. ex alto. Theo.i. virtute nõ humana sed celesti. nec dixit. Susci piatis:sed induamini : integrã tute lam spiritalis velaminis indicans. Beda. De hac autẽ virtute.i. spiri= tusancto dicit etiã angelus marie. Et virtus altissimi obũbrabit tibi. ⁊ ipse domin⁹ alibi. Nã et ego noui

Aduẽt⁹ spũsscti.

virtutez de me exisse. Theophi. Cur autem nō christo presente vel eo discedente statim spiritus venit? Decebat enī eos fieri cupidos rerū de sursū recipere gratiam. tunc enī magis ad deum erigimur: cū incumbit necessitas. oportebat enim interim nostram comparere naturā in celo: et federa ꝯsummari: ac deinde spiritum aduenire: et gaudia celebrari serena. Attende etiam quantam eis necessitatem imposuit hierosolymis esse: in eo ꝙ illic spiritum promisit largiri. Ne enī rursus post eiꝰ resurrectionem aufugerent: hac expectatione quasi quodā vinculo omnes simul eos ibi detinuit. Dicit autem. Donec induamini virtute ex alto. Nec expressit quando vt sint iugiter vigiles. Quid ergo miraris: si diem nobis nouissimū non pandit: cū diez hunc propinquum pandere noluit? Gregorius in pastora. Admonendi sunt ergo quos a predicationis officio: vel imperfectio vel etas prohibet: et tamen precipitatio impellit: ne dum sibi tantū onus officij precipitatione arrogant: viam sibi subsequentis meliorationis abscindant. Ipsa enī veritas que repente quos vellet roborare potuisset: vt exemplum sequentibus daret: ne imperfecti predicare presumerēt: postꝙ plene discipulos de virtute predicationis instruxit: mandauit eis vt in ciuitate sederēt donec induerētur virtute ex alto. In ciuitate quippe sedemꝰ: si intra mētiū nr̄arum nos claustra ꝯstringimꝰ: ne loquēdo exteriꝰ euagemur: vt cum virtute diuina perfecte induimur: tūc quasi a nobismetipsis foras etiaz alios instruentes exeamus. Ambro. Consideremꝰ autez quomodo ſm ioannē acceperint

Resolutio vtilis. spiritūsanctū: hic autē in ciuitate iubentur sedere: quoadusqꝫ induantur virtute ex alto: sed spiritūsanctū vel illis. x. q̄si pfectioribꝰ insufflauit ꝛ reliq̄s postea tribuēdū ꝓmittit: vl' eisdē ibi īsufflauit: hic spopōdit. Nec videt̄ esse ꝯtrariū: cū diuisiōes sint gratiarū. ergo aliaz insufflauit ibi operationē: hic aliā pollicetur. Ibi enim remittendo: ū gratia tributa est peccatorū: qđ videt̄ esse angustius: et iō insufflat̄ a christo: vt credas spiritūsanctum christi: et credas de deo spiritū. Deus enī solus peccata dimittit: lucas autem linguarum gratiam describit effusam. Chryso. Uel dicit. Accipite spiritūsanctuz: vt eos idoneos faceret ad receptionē qđ futurum est: vt presens indicauit. Augusti. xv. de trini. Uel dominus post resurrectionē suam bis dedit spiritūsanctū: semel in terra ꝓpter dilectionez proximorum: et iterum de celo propter dilectionem dei.

Eduxit āt eos foras ī bethaniā: et eleuatis manibus suis benedixit eis: et factum est. dū benediceret illis recessit ab eis et ferebatur in celū. et ipsi adorantes regressi sunt in hierusalem cum gaudio magno: ꝛ erāt semper in templo laudantes et benedicentes deum. Amen.

Beda. Pretermissis omnibus q̄ per. xliij. dies agi a domino cum discipulis potuerunt: primo diei resurrectionis eius ꝯiungit tacite nouissimū diem quo ascendit in celum dicens. Eduxit autem eos foras in bethaniam. Primo quidem ꝓpter nomē ciuitatis que domus obediētie dicitur: qui enim propter inobedientiā ꝑuersorū descendit: propter obedientiā conuersorum ascendit. deinde propter situm eiusdem ville que in latere montis oliuarum posita esse narratur: qꝫ videlicet obedientis ecclesie domus in ipsiꝰ summi montis: id est in christi latere: fidei: spei: dilectionisqꝫ sue fundamēto locauit. Eos autē benedicit: quibus precepta docēdi tradiderat. vnde sequitur. Et eleuatis manibus suis bn̄dixit eis. Theophil'. Forsan vim conseruatiuā influens eis vsqꝫ ad aduentū spiritus: et fortassis instruens nos: vt quotiens recedimꝰ: benedictionibꝰ subditos deo commē

Bethanie significatio.

demus. Orige. Q6 autem eleuatis
manib⁹ benedixit eos: significat ꝙ
deceat benedicentē cuiꝗ ornatū esse
variis operibus et arduis respectu
aliorum: sic enim manus tolluntur
in altum. Chrysosto. Attendite autē
ꝙ dominus brauia repromissa aspe
ctu subiicit. promiserat quidem cor-
porum resurrectionē: a mortuis re-
surrexit: et p. xl. dies discipulos cer
tificat. promittitur etiā ꝙ in nubib⁹
rapiemur in aere: et hoc ipse patefe
cit per opera. Sequitur enim. Et fa
ctum est dum benediceret illis: reces
sit ab eis et ferebatur in celū. Theo.
Et helyas quidē videbatur quasi
assumi in celū: sed saluator ipse pre
cursor omniū ascendit in celum: ap-
pariturus diuino conspectui in sa-
cro suo corpore: et iam nostra natu-
ra in christo honorat a qualibet vir
tute angelica. Chrysost. Sed dices:
quid interest mea? quia et tu in nubib⁹
susciperis similiter: nā corpus tuū
connaturale est illi corpori. Erit igi
tur et corpus tuū tam agile vt possit
transire per aera. nam sicut caput:
sic et corpus: sicut principium: sic et fi
nis. Aspice autem quomodo hono-
ratus es per hoc principiū. Infima
pars rationalis creature hō erat: sꝫ
pedes effecti sunt caput: sublimati
in regiam sedē in suo capite. Beda.
Ascendente autem in celū domino:
discipuli adorantes vbi steterūt no
uissime pedes eius: confestim hiero
solymā redeunt: vbi promissionem
patris sunt expectare cōmoniti. Se
quitur enim. Et ipsi adorantes: re-
gressi sunt in hierusalem cum gau-
dio magno. Gaudia magna agunt:
quia deum ac dominū suū post triū
phum resurrectionis etiā celos pe
netrasse letantur. Grecus. Et erant
vigilātes non degentes in propriis
laboribus: sed expectantes supernā
gratiam conuersantur in templo in

Dotes corpoꝝ.

ter cetera etiam loci honestatē addi
scentes. vnde dicitur. Et erant sem-
per in templo. Theophi. Nondum
aderat spiritus: et iam spiritaliter
conuersantur: prius erant reclusi: iā
stant in medio principū sacerdotū:
nec aliquo distrahuntur mundano:
sed omnibus contēptis iugiter deū
laudāt. Sequitur eni. Laudantes et
benedicentes deum. Beda. Et attē-
de ꝙ Lucas inter quattuor anima-
lia celi designatus accipitur per vi-
tulum: cuius victima qui in sacerdo
tium eligebātur imitari sunt iussi:
eo ꝙ ipse sacerdotium christi cete-
ris amplius exponendū suscepit. et
euangeliū suum quod a ministerio
templi per sacerdotium zacharie ce
pit: in templi deuotione compleuit:
et apostolos ibi ministros noui sa-
cerdotii futuros: non in victimarū
sanguine: sed in laude dei et in be-
nedictione conclusit: vt in loco ora-
tionis et inter laudū deuotiones pro-
missum spiritussancti aduentū pa-
ratis cordibus expectēt. Theophi.
Quos nos imitantes in sacra vita
semper degamus laudantes et be-
nedicentes deum: cui est gloria et be
nedictio et virtus in secula. Amen.

Figura luce iter euāgelistas.

¶ Finem sortiuntur optatū aurei
Commētarii Thome aquinatis in
euangeliū Luce. opa magistri Guil
helmi huyon calchographi Lugd.
cōmorantis: Impensis vero honesti
viri Jacobi. q. Francisci de Gionta
florentini et sociorū eius Anno salu-
tis. M. d. xx. xi. kal. decemb.

¶ Regestum.

a a a. b b b. c c c. d d d. e e e. f f f. g g g
h h h. i i i. k k k. l l l. m m m. n n n.
o o o. p p p. q q q. r r r. s s s. t t t. v v v
x x x. y y y. z z z. et et et. ꝯ ꝯ ꝯ. Oēs sunt
quaterni dēpto ꝯ qui est duernus.

